a ¶ Introducebant.et alij in alijs:vt quia forte aliq̃d noui in obligatiõe erat adiectũ.vt.ĩ.e.§.ſʒ ſi eadẽ.
b ¶ Conſtitutio.vt.C.de noua.l.fi.Accur.
c ¶ Accedere.fit tamen exactio tãtum ſemel de eodem.vt.ff.de regu.iuris.bona fides.
¶ Hoc amplius ꝛc. Caſus. ¶ Jam vidiſtis tres modos prin. tollẽde obligatõis. quarto etiam modo obligatiões que conſenſu naſcuntur contrario cõſenſu tollũtur:veluti ſi cõuenerit inter me et ticiũ:vt fundũ tuſculanũ habeam emptuʒ ꝑ.c.deinde nondum precio ſoluto nec fundo tradito placuerit inter nos ꝙ ab emptiõe ꝛ venditione diſcedatur: inuiceʒ liberamur ꝛ ſi per cõtrariũ conſenſũ tollitur obligatio conſenſu contracta ideʒ etiã intelligas in omnib⁹ alijs contractibus ex conſenſu deſcendentibus.hoc dicit.

alijs caſibus itroducebãt[a] Jdeo noſtra ꝓceſſit cõſtitutio[b] q̃ apertiſſime diffiniuit: tunc ſolum nouationẽ prioris obligationis fieri:q̃tiẽs hocipſum inter contrahentes expreſſum fuerit:ꝙ propter nouationẽ prioris obligatonis conuenerũt. Alioquin manere ꝛ priſtinã obligationẽ:ꝛ ſecũdã ei accedẽ[c] vt maneat ex vtraq; cã obligatio ſecũdũ nr̃e ꝯſtitutiõis diffinitionẽ:quã licet ex ipi⁹ lectiõe aperti⁹ cognoſcere.

¶ Cõtract⁹ q̃ ꝯſenſu ꝯhit: contrario cõſenſu (re non ſecuta) diſſoluit. Aretinus.

¶ Hoc ampli⁹ he obligationes que cõſenſu[d] cõtrahũt contraria volũtate diſſoluũtur. Nam ſi titius ꝛ ſeius inter ſe cõſenſerũt vt fundum tuſculanũ emptum ſeius haberet centum aureorum:deinde re nondũ ſecuta:id eſt neq; precio[e] ſoluto.neq; fũdo tradito placuerit int eoſ vt diſcederet ab ea ẽptiõe ꝛ vẽditione:inuicem liberantur. Jdẽ eſt in cõductione ꝛ locatione ꝛ in oĩbus contractibus qui ex cõſenſu deſcẽdunt:ſicut iã dictum eſt.[f]

¶ Finis tertij.
¶ Jncipit Liber quartus.
¶ De obligationib⁹ que ex delicto naſcuntur.
¶ Diſobligatio ex delicto naſcit ex re.i.ex maleficio.af

Cum ſit expoſitum ſuperiori libro de obligatio

d ¶ Hoc amplius Que conſenſu.ſ.ſolo. Sed q̃ ſunt he: R̃n.numerãtur.ĩ.de oblig.ex cõſenſu. Jtem in quibuſdam ex maleficio vt nudo cõſenſu etiã tollantur ipſo iure.vt iniuriarum. Jtem furti ꝛ ſimules.vt.ff.de pac. ſi tibi.x.§.quedam actiones.(i alie non ipſo iure tollunt cõſenſu.ſ.pacto de non petendo:ſed per exceptionem.vt.ff.de pac.l.ſi vnus.§.pactus. Additio (i Hoc verũ intellige quo ad preiudicium partis non fiſci vel reipu.ſicut econtra princeps faciẽdo gratiam malefactori nõ tollit jus pene queſite parti. Angelus.
e ¶ Neq; precio ſoluto. Sed quid ſi partem precij ſoluat: R̃n.nõ eſt res integra:et ideo nõ recedit nudo conſenſu:ſed ita demum ſi hincinde facta ſit retrotraditio.vt.C.quando liceat ab empto.diſ.l.j.et.ff.de pac.l.ab emptiõe.et eſt ratio vtrobiq;. Quia nil eſt tã conueniens naturali equitati q̃ʒ eodem genere q̃dq; diſſolui quo ligatum eſt.vt.ff.de reg.iu.nichil.Ac.
Obligatio tã naturalis q̃ʒ ciuilis ipi⁹ iure multis modis tollitur.
f ¶ Dictum eſt.ĩ.eo.§. Et not.in fi.huius ti.xij.eſſe modos per quos tollitur obligatio tam ciuilis q̃ʒ naturalis ipſo iure vt nulle maneant reliquie. Per ſolutionem.vt.ĩ.eo.in priu. Jtem per acceptilationem.vt ĩ.eo.§.item per acceptilationem. Jtem per nouationem voluntariã.vt.ĩ.eo.§.preterea.et.ĩ.proxi.§. Jtẽ per nouationem neceſſariam:vt per ſententiam ꝛ cõteſtationem litis.vt ſi alius meo nomine ſubeat pro me iudicium animo nouandi ꝛ liberandi me.vt.ff.de noua.l.delegare.§.j.ꝛ.l.aliam. Jtem per compenſationem vt.ĵ.de ac.§.pe.et.§.in bone fidei. Jtem per delegationem.vt.ff.de noua.l.delegare.j.rñ. Jtẽ per confũſionem debiti.vt.ff.de fideiuſ.l.ſi debitor creditori.(i) Jtem per oblationem/conſignationem/et depoſitionem.vt.C.de ſolu.l.obſignatione.ꝛ etiam ipſo iure.vt.ff.depoſiti.l.j.§.ſi pecunia.in fi.§. Jtem ꝑ interitum ſpeciei.vt.ff.de verbo.oblig.l.ſi ex legati. Jtẽ maleficio ſuo mora non precedente: vt per cõſtitutionem.ſi quis in tantam. Uel per edictum diui marci.vt.C.vnde vi.l.ſi quis in tantam.ꝛ.ff.quod me cauſa.l.extat.ꝛ.ff.ad.l.iul.de vi pri.l.pe. Jtem nudo conſenſu q̃n̄q;: vt in hoc §. Jtẽ nudo pacto:vt in maleficijs. Sed ꝛ alijs modis tollit non vtraq;.ſcʒ ciuilis et naturalis:ſed interdum ciuilis tantum/ꝛ remanet naturalis: vt per ſentẽtiam.vt ff.de cõdi. inde.l.iulianus. Jtẽ remanet ciuilis et tollitur naturalis:vt per pactũ.ꝛ cirographi redditionem.ꝛ iuſiurandum.vt.ff.de ſolu.l.ſtichum.§.naturalis. Jpſa etiam ciuilis ſic elidit vt nõ habeat vigorem.l.ĵ.de except.§.preterea. Jtem ſũt ꝛ alij modi quibus tollitur obligatõ per exceptionẽ:quos habemus.ĵ.de excep.per totum. Accurſius. Additio (i) Jntellige factam congruo loco ꝛ tempore:ꝛ ſola ſufficit in iudicio.idem extra iudicium ſi res ſit immobilis.alias ſecus q: requiritur conſignatio ꝛ depoſitio. Ange.
Obligatio ciuilis ſola q̃n̄q; tollit
Obligatio naturalis ſola q̃n̄q; tollitur.

¶ De obligationibus que ex delicto naſcuntur.
Continuatio.
¶ Hanc continua.vt in prin.huius ti.continetur. Dictũ eſt.ĩ.de obligationibus ex cõtractu et ex quaſi cõtractu. Uerũ quia eſt reperire obigatiões que ſũt ex delicto ꝛ ex quaſi delicto.ideo videndum eſt de ipſis Sed quia obligationes ex delicto ſunt maiores ꝛ generaliores:ideo de ipſis prius videndum eſt.
Cum ſit. ¶ Totus iſte tit.in nouẽ partes diuiditur. Primo continuat iſtum librum ad librũ precedentẽ. Sc̃do ponit diffinitionem:alluſionem: ꝛ diuiſionẽ furti.ibi Furtũ eſt cõtractatio. Tertio ponit duo genera furtorum eorum penam annectando.ibi. Manifeſtum eſt. Quarto in quibus rebus fiat furtum:et quando fur excuſetur.ibi. Furtum autem fit. Quinto quando quis preſtat opem.ibi. Jnterdũ furti. Sexto qñ illi q̃ ſunt in poteſtate alterius dñovel patri furantur.ibi. Hi qui. Septimo cui competit actio furti.ibi. Furti autem actio. Octauo an impubes cõmittens furtum teneatur ibi. Jn ſumma. Ultimo ponit q̃ ſit vera pena furti manifeſti.
Diuiſio.
¶ Ex contractu. Caſus. ¶ Supra dictũ eſt quid eſt obligatio:et ꝙ omnes obligationes aut ſunt ex cõtractu:aut ex quaſi contractu:aut ex maleficio:vel quaſi:vt dictum eſt.ĩ.de obliga.§.ſequens diuiſio. Cum igitur in ſuperioribus ſatis dictum eſt de obli.que ex contractu vel quaſi contractu naſcuntur. Nunc tra=

etandum eſt de obliga.que ex maleficio vel quaſi de‐ſcendunt. Scire tamen debetis ꝙ obligationes que naſcuntur ex contractu in quadruplici genere reperiuntur: vel.in quatuoꝛ genera diuidūtur obligatiões tamen que naſcuntur ex maleficio in vno genere reperiuntur. Semper enī naſcūtur re ipſa: id eſt ab ipo delicto perpetrato veluti ex furto aut dāno aut iniuria. hoc dicit.

a ¶Ex contractu.vt.ſ. de obli. ex contractu vſqꝫ ad titu.de oblig. ex quaſi ꝯctu.

b ¶Ex quaſi cōtractū. vt.ſ.de obli.que ex quaſi contractu.

c ¶Ex maleficio. Caue tibi: q2 licet hic ꝓmittat dicere de omnib⁹ his: [l] non tamen dicit in hoc titu.de his que ſūt ex q̄ſi maleficio: ſed dic.vt.j.de obli.ex quaſi malefi. Nec ēt de omnibus que ex malefilio: ſed de ſolo furto agit̃ i hoc ti. Sicut ꝛ alias rubꝛica eſt generalioꝛ q̄ꝫ ſit tex. vt.ff.ſi cer.pe.et de con.cer.ꝛ.C.de reb.cre.ꝛ iureiur. Nam non dicit ibi de re.credi.ſed in ſequētibus titulis poſt illum. Additio Nota ꝙ non eſt inconueniens ꝙ rubꝛica ſil aliquando generalioꝛ tex.de quo dic vt dictum eſt.ſ.in rubꝛica pꝛohemij. Ange.

Dic ꝙ iſta glo. non fuit neceſſaria: q2 imperatoꝛ nō dt ꝙ in iſto titulo ſit de oib⁹ malefici[j]s tractatur ſ3 i iſto libr. Ange.

d ¶Sed ille. ſc3 que ſunt ex contractu. non autē repetit eas que ſunt ex quaſi contractu.

e ¶Diuidūt̃.ſ.re: v̄bis: lr̃is: ꝛ ꝯſēſu vt.ſ.de obl.§.fi.

f ¶He.ſ.que ſunt ex maleficio vel quaſi.

g ¶Iniuria. Sed nonne fit iniuria verbis ꝛ conuitio? vt.ff.de iniu.l.j.§.iniuria. Item litteris infamatorijs.vt.ff.de iniur.l.lex coꝛnelia.§.ſi quis libꝛum. et.j. de iniur.§.j. Sed certe ꝛ tunc ex maleficio fit/ et ſic re fit: quia maleficium fit verbis vel litteris. et ſic hab3 locum quod hic dicitur. Ac.

Iniuria q̄lit̃ ſit.

nib⁹ ex ꝯctu [a] ꝛ ex q̄ſi [b] ꝯtractu: ſequitur vt de obligationibus ex maleficio [c] ꝛ quaſi ex maleficio diſpiciamus. Sed ille [d] quidem (vt ſuo loco tradidimus) in quatuoꝛ genera diuiduntur [e]: he [f] vero vnius generis ſunt. nam oēs ex re naſcunt̃: id ē ex ipſo maleficio: veluti ex furto rapia/ aut dāno aut iīurias.

¶Hic ponit̃ diffinitio et alluſio furti. Aretinus.

¶Furtū [h] ē ꝯtractatio rei [i] fraudulosa [k] vel [l] ipſi⁹ rei vl' etiā vſus [m] ei⁹ poſſeſſionis [n] vel [p] quod lege [o] naturali pꝛohibitū ē admittere. Furtum aūt vel a furuo id eſt nigro dictum eſt: ꝙ [p] clam ꝛ obſcure fit: ꝛ plerunqꝫ nocte. vel a fraude: vel a ferando.i.auferēdo [q] vl' a greco [r] ſermōe q̄ fures φωρεσ appellātur

¶Furtum.ꝛc. Caius. ¶Queſiui a legiſlatoꝛe quid eſſet furtum ꝛ q̄d rapina ꝛc. Et ipſe pꝛimo ponit diffinitionē de furto di.ꝙ furtū eſt cōtractio rei aliene inuito dño.ꝛ exponit hoc nomen rei.d.ſiue ipſius rei.i. ꝓpꝛietatis ſiue poſſeſſionis.ꝛ iſtud furtū cōiter fuit ꝓhibitū a lege diuina.ſ.per p̄ceptū iſtud. Nō furtū facies.h.d. ¶Manifeſtus fur.ꝛc. Supꝛa dictū eſt ꝙ furtorum duo ſunt gn̄a. Nā aliud eſt furtū manifeſtū. et aliud nō manifeſtū. Sed dñe quis eſt fur manifeſtus d2 in greco quem greci vocant ſicut volunt.d. ille qui depꝛehenditur in ipſo furto: et non ſol ille qui in furto depꝛehendit̃ d2 fur manifeſtus. ſed ille qui in eo loco vbi fecit furtum depꝛehenditur. d2 fur manifeſtus. ꝛ ponit de hoc duo exempla in littera. Ulterius ſcire debes ꝙ ſi extra locū quo furtum fecerit viſus fuerit cū re furtiua vel dep̄hen ſus in quocūqꝫ loco publico vel pꝛiuato vel ab extraneo vel a dño anq̄ꝫ ꝑuenerit ad locū vbi fertū ferre deſtinaſſet fur manifeſtus d2. verū ſi ad locū deſtinatū cum re furtiua peruenerit. anteq̄ꝫ cum re furtiua depꝛehendat̃ fur nō manifeſt⁹ d2. S3 dñe q̄s eſt fur nō manifeſt⁹? Frater hoc tibi patere d3 ex his q̄ diximꝰ. Cū em̄ ꝯtrioꝝ eadē ſit diſciplina: ſic p3 tibi q̄s eſt fur manifeſt⁹. ergo ꝛ q̄s nō ē manifeſt⁹. Nā q̄ nō eſt manifeſt⁹ h̄ nō manifeſt⁹.d2.h.d.

h ¶Furtū eſt cōtractatio ꝛc. Et facit extra de elec, c.dudum.§.hec; exigitur in furto. et ſine ea non fit furtum: licet volūtas vel alia verba vel ſcriptura interueniat.vt.ff.eo.ſi quis vxoꝛi.§.ſi quis aſinum.et.l.inficiendo.in pꝛin.et.l.j.§.ſola. Quandoqꝫ tamē ſine cōtractatione.vt in charta raſa.vt.ff.eo.qui tabulas.§.fi.et.l.ſi quis vxoꝛi.§.ſi q̄s aſinum. Sed certe ibi cōtractatio interceſſit: cum gn̄aliter cōtractationē accipiamus. lic3 nō fuerit ibi amotio. Accurſius.

i ¶Re. ſubaudi mobilis. Na3 de immobili non pōt fieri furtum. vt.ſ. de vſuca.§.qd autē.niſi i caſu: vt in creta. S3 certe iam illa eſt mobilis vt.ff.eo.l.ſi crete. Itē ſubaudi coꝛpalis: nā de incoꝛpoꝛalibus nō fit furtum: cū nec contractatio i his eſſe poſſit.vt.ff.de acqui.re.do.ſeruus.§.incoꝛpales. Item ſubaudi aliene: quia rei mee nō facio furtum in eo qd eſt meum: ſed ſecus in cōi.vt.ff.eo.ſi ſocius. Idem et ſi eſt nullius: vt hereditarie nō fit furtum.vt.ff.eo.l.hereditarie.et ideo dixi ſubaudiri aliene Additio. Dic tamen ꝙ licet ſocius poſſit cōmittere furtum: tamē nō p̄ſumitur.vt.l.merito.ff.pꝛo ſocio. qd eſt verū: qn̄ ſocius vtitur re ad eū vſum ad quē eſt deſtinata.vt.l.ſabin⁹.ꝛ.l.ſi edes.ff.cōi diuidū. Secus ſi alit̃ vteret̃ ita ꝙ aufert̃ ſocio ꝯmoditas ꝑt3 ſue. vt dicta.l.ſabinus. ita dixit Bar.in.d.l.ſi ſocius. Ang.

Furari nō poſſum rē mobilē coꝛpalē ꝛ meam

k ¶Fraudulosa. hoc iō dicit: q2 ſi credat ſibi licere nō facit furtū.j.ti.j.§.q2 tn̄. Itē ſi credat dñ3 ꝑmiſſurū nō facit furtū.j.eo.§.placuit. In duob⁹ tn̄ caſib⁹ videtur furtū fieri: ēt ſine fraude furandi vt in eo q̇ ſaccū pecunie ſurripuit. Nā etiā ſacci noie furti tenet̃ licet ſaccū nō ꝓpoſuerit furari: ſed pecuniā.vt.ff.e.q̇ ſaccū. Sed certe l3 nō p̄ncipl'r: ſcdario tn̄ voluit ſaccū ſurripere. Alius caſus eſt.vt.ff.de condi.ob cauſam.l.pe. Itē ſubaudi ad diffinitionem q̄ fit inuito domino. nā eo volente nō pōt cōmitti furtū: vt.j.eo.§.placuit.

l ¶Uel ipſius rei. Id eſt ꝓpꝛietatis ipſius rei.

m ¶Uſus. Ut habes exēplū.j.eo.ti.§.furtū aūt fit. Sed qualiter quadruplicat̃ h̄: Rn̄. vſus eſtimatio tm̄ quadruplicabit̃ vt nō plus extendat̃ pena q̄ꝫ delictū vt.C.de pe.l.ſancim⁹.et facit.ff.e.l.vulgaris.ꝛ.l.ſi q̇d fur.j.rn̄.§.j.et.§.ij.ꝛ.l.verū eſt. Alij dicūt etiam ip̄am pꝛopꝛietatem debere eſtimari: quia non poteſt ſeparari vſus a ꝓpꝛietate.vt.ff.eo.qui iumenta.et.l.ſi vēdidero.§.cum autem. Pꝛima tamē verioꝛ eſt vt no.in l.ij.C.de ſer.fugi. Additio. Dic pꝛimā opi.ꝙ vſus tm̄ quadrupletur. tenet gl.in.l.ij.C.de ſer.fugi. ꝛ ibi Cy. et docto.ꝛ glo.in.l.qui furtum.ff.de condi.fur.ꝛ iſtam opi.ſequit̃ Bar.in.di.l.q̇ iumenta.ff.eo. Angelus.

n ¶Poſſeſſiōis. Ex hoc dico ip̄a3 poſſeſſionē duplicari: cū aliud ſit p̄ciū rei/ aliud poſſeſſiōis.vt.ff.vti poſ.ſi duo.§.fi.ꝛ ſubaudi: ꝙ hoc fecerit animo lucrandi: alias non eſt furtum.vt.ff.e.l.j.§.j. Accurſius.

o ¶Lege naturali.i.diuina.vn̄ illd. Nō facies furtum.ꝛc. Itē illd. Qd tibi nō vis fieri alij ne feceris.

p ¶Quod. Id eſt quia.

q ¶Auferendo. Quia fur aufert.

r ¶A greco.phoꝛ.grece d2 fur latine ꝛ phoꝛes.i.fu Expoſitio greci

res.Et epautophoro.i.manifeſtus fur.ſ.q̄ cū re depħē dit.⁊ eſt indeclinabile.Nā apud grecos aduerbiū eſt. ¶ Furtoꝝ aūt.Caſus.¶ Satis.ſ.dictum eſt quid eſt furtū.⁊ vñ dicat.Modo dicendū eſt quot ſunt gña fur torum:⁊ dr ꝙ duo.Qr furtū aut eſt manifeſtū:aut non manifeſtū.Immo diceret ꝙ aliq̄s ꝙ quattuor ſunt gña furtoꝝ.Aliud eſt manifeſtuȝ.aliud nō manifeſtū.aliō ꝯceptū.⁊ aliud oblatum? Et rñ.ꝙ nō eſt ita qr conceptum ⁊ oblatū ponunt ſpēs potius q̄ȝ gña.Et dubitatur ſuper hoc ꝙ ī iſto.§.dr ꝙ ſi extraneus viderit furē rem meaȝ furtiue aſportantē ꝙ propter viſionē extranei fur ille dr manifeſtus:⁊ ita actione furti manifeſti tenetur michi ad quadrupluȝ.⁊ ita viſione extranei michi acquirit act.qđ eſt ꝯ illud gñale per liberaȝ perſonā nichil nobis acq̄ri.Ad hoc dicunt quidam ꝙ hoc eſt ſpāle in odium furti ſicut ⁊ in odiuȝ furis hoc introductuȝ eſt ꝙ aliquis teneatur actio.furti ꝑpetuo tñ alie p̄torie actiones penales ſūt annales. Aliȷ̄ dicunt ꝙ in iſto caſu caſu michi acquiquiritur act.per liberam perſonam ſed ex delicto furꝭ michi acquiritur cū exinde vtatur. hoc dicit.

§.j.et facit ad hūc.§.ff.e.l.ij.iij.⁊.iiij.v.et.vj.vij.et.viij. ¶ Conceptū furtū.Caſus.¶ Dixi tu.Dñe ſatȝ vidi q̄d eſt furtū manifeſtū.⁊ ex ꝯñti q̄d eſt furtū nō manifeſtū ſed itellexi a vobis fieri mētionē de furto ꝯcepto ⁊ oblato.vñ quero.Dñe q̄d eſt furtū cōceptū? Et dicit impe. Frater hodie furtū nō eſt in vſu olim tñ erat talis eius natura ꝙ ſi aliq̄s credebat rē furtiuā in domo alicui⁹ eſſe ad eā cuȝ magna pōpa ꝯueniebat.et dñs dom⁹ eā reſtituere nolebat q̄ȝ q̄ȝ nō eēt fur dabat tñ dño rei ꝯ eū actio furti cōcepti.Olim quoq̄ȝ erat alia ſpēs furti q̄ vocabat oblatū.Et habebat olim locū actio furti oblati in tali caſu.Po.ſic ca.Quidam erat amicus meus ſpālis.⁊ penes eum erat res furtiua depoſita: ipſe aūt videns ꝙ res furtiua cū magna diligētia q̄rebat: plus diligēs ſuā honeſtateȝ q̄ȝ meā.penes me rē illā furtiuā depoſuit. Deinde fuit res illa furtiua penes me inuēta.vñ teneor ego actiōe furti cōcepti:⁊ ille qui penes me reȝ illā ꝺpoſuit tenet michi actiōe furti oblati ad reſarciēdū q̄cq̄d illis ſoluero cōuent⁹ act. furti ꝯcepti.Fuit etiam olim q̄dam actio que vocabatur actio furti ꝓhibiti:q̄ datur cōtra eum qui me q̄rere ꝓhibuit teſtibus p̄ñtibus rem furtiuam quā in domo ſua eſſe dicebam.⁊ ad hoc ex edicto pretoris fuit inſtituta actio furti non exhibiti aduerſus eum qui rem furtiuā queſitā ⁊ penes eū inuētam nō exhibuit.ſed oēs iſte actiones vȝ furti concepti oblati ꝓhibiti:non exhibiti:q̄ ꝓpter requiſitionē rei furtiue olim erant adinuēte hodie in diſſuetudinē obierunt:quippe cū hodie requiſitio rei furtiue locuȝ non habeat:eo ꝙ hodie oēs qui rem furtiuā ſic receperint ⁊ collocauerint:furti nō manifeſti teneant.h.d.

dem eſt ꝯrio ū.

¶ Hic ponunt duo genera furtorum. Et fur dicitur manifeſtus qui cū furto inuentus vel in loco priuato vel publico ātequā perueniat ad locū deſtinatū pro reditu ⁊ ex hoc facile cognoſcit fur nō manifeſtus.Aretinus.

¶ Furtorū aūt duo ſūt genera manifeſtum/⁊ nō manifeſtū.¶ Nā cōceptū ⁊ oblatū ſpecies [a] potius actionis ſūt furto coherentes:q̄ȝ genera furtorū ſicut ī feri⁹ appebit [b]. Manifeſtus fur q̄dem greci επαυτοφορω appellāt:nec ſolum is qui ī ipo furto deprehēdit:ſȝ etiā is qui in eo loco deprehenditur quo furtum fit: veluti qui in domo furtū fecit:⁊ nō dum egreſſus ianuā deprehenſus fuerit:⁊ qui in oliueto oliuarū aut ī vineto vuarū furtum fecit:q̄ȝdiu in eo oliueto aut vineto depħēſ⁹ fuerit. ¶ Immo vlterius furtū manifeſtum eſt ex tēdēdū:q̄ȝdiu eam rem fur tenēs viſus vel depħēſus fuerit:ſiue ī publico:ſiue in priuato vel a dño:vel ab alio [c] antequȝ eo puenerit quo ꝺferre vel deponere [d] deſtiaſſet. Sȝ ſi pertulit quo deſtinauit tā et ſi deprehēdat cum re furtiua:nō eſt manifeſtus fur. Nec [e] manifeſtū furtū quid ſit ex his que diximꝰ intelligitur.nam qđ manifeſtum nō eſt id ſcȝ nec manifeſtū ē.

¶ Actiones furti cōcepti ⁊ furti oblati/⁊ furti prohibiti/⁊ furti nō exhibiti receſſerunt ab vſu.Et qui ſciēter rē furto ſubtractā recepit ⁊ occultat:tenetur furti non manifeſti.Aretinus.

¶ Conceptum furtum dicitur cum apud aliquē teſtib⁹ preſentib⁹ [f] furtiua res q̄ſita ⁊ inuenta ſit.nam in eum propria actio cōſtituta [g] eſt (q̄ȝuis fur nō ſit) que appellatur cōcepti. ¶ Oblatum furtum dicitur cum res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit:eaq̄ȝ apud te ꝯcepta ſit:vtiq̄ȝ ſi ea mente tibi data fuerit vt apud te potius q̄ȝ apud euȝ qui dederit cōciperetur. nā tibi apud quē concepta ſit ꝓpria aduerſus euȝ qui obtulit (q̄ȝuis fur non ſit) cōſtituta ē actio:que appellatur oblati. ¶ Eſt etiā ꝓhibiti furti actio aduerſus eum q̄ furtum querere teſtibus preſētibus volentem ꝓhibuerit.

¶ Preterea pena cōſtituit edicto p̄toris per actionem furti non exhibiti aduerſus

a ¶ Furtorum. Spēs.ſ.caſus.

b ¶ Apparebit vt.j.eo.§.conceptum.et.§.oblatum.

c ¶ Ab alio.ꝑ hoc vr infringi regula ꝑ liberā perſonam nichil acquiri.vt.C.ꝑ quas pſo.no.acqui.l.j.qđ falſum eſt:quia magis ex delicto ſuo ꝓprio q̄ȝ alterius facto hoc euenit.vt.ff.de vſuris.ſi quis ſolutioni.§.fina. et.ff.quod vi aut clam.l.prohibere.Et ſunt hec vera:niſi in caſu ſcilicet cum ſe occultauit ille cui fiebat. Nam licet fur viſus fuerit:tamen eſt fur non manifeſtus.vt ff.de fur.l.ſi quis in ſeruitute.§.ceterum. — *Libera perſona aliȷ̄ non acq̄rit.*

d ¶ Deponere deſtinaſſet.intantum ſm.h.vt ſi vltra montes perferre deſtinaſſet:tamen ſi deprehendatur ante/erit fur manifeſtus.

e ¶ Nec manifeſtum.Scilicet qr contrariorum eadem eſt diſciplina.vt.ſ.de his qui ſui vel alieñ.iur.ſunt — *Diſciplia eadem*

f ¶ Conceptum.Teſtibus p̄ſentibus. Nota ꝙ magis dicitur notus ille qui preſentibus teſtibus in delicto deprehenditur.facit.l.heredes palam. in ꝑncipio ff.de teſti. Angelus.

g ¶ Conſtituta eſt.Scilicet olim.Accurſius.

eum qui furtiuā rē apud ſe queſitā ⁊ inuentā non exhibuit. ¶ Sꝫ he actiones ſcꝫ cōcepti ⁊ oblati ⁊ furti ꝓhibiti: nec nō furti non exhibiti indiſſuetudinem abierūt. Cuꝫ enim reqſitio rei furtiue hodie ſecunduꝫ veterem obſeruationem non fit[a]: merito ex cōſequentia[b] etiā ꝑfate actiones ab vſu cōi receſſerunt. Cum manifeſtū ſit ꝙ omnes qui ſciētes rem furtiuam ſuſceperint ⁊ celauerint: furti nec māifeſti obnoxij ſunt. Pena[c] manifeſti furti quadrupli eſt tā ex ſerui[d] ꝙ̄ ex liberi ꝑſona: nec manifeſti[e] dupli[f].

¶ Cōtractatio rei aliene inuito domino furti actionē parit. Aretinus.

¶ Furtū aūt fit nō ſolū cū quis intcipiēdi cā rē alienā amouet: ſꝫ gñaliter cuꝫ quis alienā rē iuito[g] dño ꝯctat: Itaqꝫ ſiue creditor pignore ſiue is apud quē res depoſita ē ea re vtat: ſiue is q̇ rē vtēdā accepit in alium vſū eā transferat ꝙ̄ cuius gr̄a ei data eſt: furtū cōmittit. Veluti ſi q̇s argētū vtēdū accepit: q̄ſi amicos ad cenā inuitaturus: ⁊ id ꝑegre ſecum tulerit. Aut ſi q̇s equū geſtā[h] dicā ꝯmodatū ſibi lōgi⁹ aliquo duxerit: qđ veteres ſcripſerūt de eo qui iacie equū perduxiſſet[i].

¶ Contractās rē quā ꝯtractare credit ꝓbabilit domini voluntate, furti non tenetur. Aretinus.

¶ Placuit tamē eos qui rebus ꝯmodatꝭ aliter vterent ꝙ̄ vtēdas acceperint ita furtum committere: ſi ſe intelligāt[k] id iuito dño facere: eū ꝙ ſi itellexiſſet nō ꝑmiſſurū. At ſi ꝑmiſſurū[l] credant: extra crimen videri optima ſane diſtinctio eſt: quia furtū ſine affectu furandi non cōmittitur[m].

¶ Contractens rē domini volūtate lꝫ credat dñꝫ inuitum: furti nō tenetur: niſi in vno caſu. ſ. in corrūpēte ſeruum alienum. Aretinus.

¶ Sed et ſi credat aliquis inuito domino ſe rem cōmodatā ſibi cōtractare: dño aūt volente id fiat: dicitur furtū[n] nō fieri. ¶ Vñ illud q̄ſitū ē: cū titi⁹ ſeruū meū ſollicitaſſet ...

a ¶ Non fit. Imo fit vt. ff. de ſer. fugi. l. i. §. hoc autē. Sed illud eſt ſpeciale in perſona ſerui.

b ¶ Ex conſequentia. Hec nō eſt ſemper bona cōſequētia: vt ſublata ſolēnitate ideo id tollatur. quod cū ſolēnitate fit. vt. ꝫ. de verbo. obli. §. ſed hec. ⁊. C. de formulis ⁊ impe. ſub. l. j. ⁊. ij. Accurſius.

¶ Pena manifeſti. Caſ⁹. ¶ Queſi. a iuſt. q̄ eēt pena furti manifeſti? Rñ. iuſt. ꝙ pena furti manifeſti ē q̄drupli non manifeſti aūt duplum hoc dicit.

c ¶ Pena manifeſti. q̄ eſt de iure ꝑtorio. vt. j. de ꝑpe. ⁊ tēp. ac. §. j.

d ¶ Ex ſui. hoc tñ caſu ſuius pro noxa dari poterit. vt. j. de noxa. act. in prin.

e ¶ Nec manifeſti. ſ. q̄ deſcēdit ex lege. xij. ta. vt. j. de noxa. §. ſunt autem. Sed q̄re minor pena iure. l. xij. tab. imponit ꝙ̄ ꝑ pretorē? Rñ. q: mai⁹ delictum eſt. vt. j. ti. proxi. ſ ꝑn. preterea tpe legis. xij. tabula. pauꝑiores erant hoies: vñ minores pene impone bantur. vt. j. de iniur. §. pena.

f ¶ Dupli. niſi in cāu. vt. C. de ſ. fugi. l. mācipia.

¶ Furtū aūt fit. Caſus. ¶ Queſiui ſ iuſti. qualit fieret furtū? Rñ. dicens ꝙ nō ſolū fit furtū qñ aio intercipiēdi cā. i. intrādi ꝓprietatē aliq̇s amouerit. ſed cū aliq̇s rē inuito dño ꝯctat vnđ ſi creditor pignore vtatur vel depoſitarius re depoſita penes ipſum vel res que ad vnum vſum concedit in omnibus his caſibus furtum fit. Unde ſcire debes ꝙ illi qui habent rem ſibi ad vnū vſū cōmodatā ſi in alium vſū cōuertant. ita demū furtū cōmitunt ſi intelligant inuito domino hoc facere. ſꝫ pone quid ſi nō credant ſe inuito dño hoc facere et dominus hoc ratum habeat fit ne furtum in hoc caſu? Rñ. ꝙ non vnde ad hoc ꝙ cōmodatarius cōuertat rē ſibi commodatā in in alium vſum ꝙ̄ in eū ad ad quē cōmodata erat furtum faciat: duo exigūtur vicꝫ ꝙ credat ſe inuito dño hoc facere et credat eum nō permiſſurum. h. d.

g ¶ Furtum. Inuito domino: et quandoqꝫ volente. vt. j. e. §. vnde illud. Ac.

h ¶ Geſtandi cauſa. i. ducendi. Additio. Not. cōtra illos qui accipiunt in commodatū equum vſqꝫ ad villā: ⁊ poſtea ducūt eū Bononie: q: furtū ꝯmittūt. An.

i ¶ Perduxiſſet. Idem eſt ⁊ ſi alij cōmodauit. ſpecies em̄ furti eſt de alieno largiri. vt. ff. e. ſi pigre. §. ſ.

k ¶ Placuit. Intelligant. Et eſt ratio: q: voluntas diſtinguit maleficia vt. ff. eo. qui iniurie. in fi. j. rñ. ⁊ facit. C. ad. l. corne. de ſicca. l. i. ⁊. ff. ſi cer. peta. l. ꝙ te. Patet i. c. cū volūtate ex de ſen. excom.

l ¶ Permiſſurum. Quid ſi hoc credidit. ſ. dñm ꝑmiſſurum: ſꝫ ſtulte credebat? Reſpon. furti nō tenetur cū non fiat furtum abſqꝫ affectu: vt hic ſubijcit. et. ꝫ. de vſuca. §. item ſi is. ⁊ facit. ff. de furtis. l. inter omnes. §. recte. Sed actione ex eo contractu: vt cōmodati vel ſimili bene tenetur. vt. ff. eo. l. qui re ſibi cōmodata. Sed ſecus ſi ſtulte opinorte permiſſurum rē tuam accipere. vt. ff. de fur. qui vas. §. vetare. Additio. Quid aūt in filio fami. vxore viro. vł monacho corruptis an habeat locum pena iſtius. §. dic vt per An. hic.

m ¶ Non committit. niſi i duobus caſibus. vt dixi. ꝫ. eo. §. j.

n ¶ Sed et ſi. Furtum. vt furti actio naſcat: furtum tamen fit ſꝫ quoſdā. Sed certe immo nec furtum fit. vt. ff. e. l. inter omnes. §. pe.

¶ Unde illud ⁊c. Caſus. ¶ Supra dictum eſt ꝙ furtum non fit niſi cū contractatione rei aliene ⁊ domino inuito: et ita neceſſe eſt ꝙ duo concurrant. ſ. ꝙ contractans credat ſe inuito dño contractare ꝙ dño inuito contractaret ⁊ quia ita eſt ideo q̄ritur vtrum verꝫ eēt furtum cōmiſſum in tali caſu. Ticius acceſſit ad ſeruum meum ⁊ eum ſollicitauit hoc modo. Dñe ſerue neqꝫ vade furari dño tuo res iſtas et cum eis venias ad me ad caſtrum meū. ⁊ ego bene defendam te contra dñm tuum. Seruus autē ille acceſſit ad me dñm ſuum ⁊ intimauit michi omnia hec. Ego autem volēs ticium in furto comprehendere dixi illi ſeruo meo. Serue bone ⁊ fidelis ſupra multa te conſtituam. vnđ volo ꝙ res illas capias ⁊ fugias ad ticium ſolicitatorem. Seruus autem ille de voluntate mea res illas detulit ad ticium. venio poſtea ⁊ res meas furtiuas ſeu furatas ſimul cum ſeruo meo inuenio apud ticiū.

Pretor pl⁹ pūit ꝙ̄ lex xij. tabularum.

Furtuꝫ facit q̇ de alieno largit.

Maleficia volūtate diſtiguūt.

facio eum in iudiciũ conueniri.τ intento contra eum tam actione furti ꝙ̃ ſerui corrupti.Ex aduerſo aduocati ticij ipm viriliter defẽdẽtes dicunt ſe paratos eẽ oſtendere:ꝙ neutra iſtarum actione teneatur.Innotuit eñ iam nobis tota veritas.Actione eñ ſerui corrupti non teneṫ dicunt ipſi.quia ſeruus nõ ẽ corrupt⁹ q̄ꝛ non habet res illas me inuito.ſ3 magis me volẽte et iuſſu meo fuerunt ſibi deportate.Super iſta q̄ſtione olim fuit magna dubitatõ Cõſtitutio tñ do.iu.ſtatuit ꝙ teneatur actionibus ambab⁹.q̄ꝛ quantũ in eo fuit ipſe res illas inuito dño cõtractauit.τ etiã ſeruũ corrupit.Et ꝑpter hoc ſtatuit iuſti.ꝙ p̄dictis duab⁹ actiõibus teneatur vt auferatur occaſio delinquẽdi.ne forte ſi i caſu iſto impunit⁹ remaneret ex huius impunitate.alij tentarent ſeruos alienos corrumpere qui de facile poſſent corrũpi.ꝙ̃uis iſte bonus non fuit corruptus.τ.h.d.

ſollicitauerit vt quaſdã res dño[a] ſurriperet τ ad eũ[b] ꝑferret τ ſeru⁹ id ad meuiũ pertulerit[c].Meui⁹ aũt dũ vult titiũ in ipſo delicto dep̄hendere permiſit ſeruo quaſdã res ad eũ perferre:vtrũ furti an ſui corrupti iudicio teneaṫ tici⁹ an neutro:Et cũ nobis ſuper hac dubitatiõe ſuggeſtũ eſt:τ ãtiquoꝝ prudẽtiũ ſuꝑ hoc altercatiões ꝑſpeximus:q̇buſdã neq3 furti neq3 ſerui corrupti actionem p̄ſtantib⁹:quiſbuſdam furti tm̃mõ.Nos huiuſmodi caliditati obuiã eũtes ꝑ noſtrã deciſionẽ[d] ſancimus nõ ſolũ furti actionem[e]:ſed et ſerui corrupti ꝯtra eũ dari.Licet[f] enim is ſeruus deterior a ſolicitatore minime factus eſt:et ideo non concurrãt regule[g] que ſerui corrupti actionem introducũt tñ

a ¶ Domino.ſcilicet meuio.Ac.
b ¶ Et ad eum.ſcilicet ticium.
c ¶ Pertuleri.id ẽ domino hoc renũciauerit.vt.C.de furtis.l.ſi quis perſuaſerit.
d ¶ Deciſionem.vt.C.de fur.τ ſer.corrup.l.ſi quis perſuaſerit.

Furtuz nõ fit volenti.

e ¶ Furti actionẽ.Speciale eſt quod hic diciṫ:alias non fit furtum volenti.vt.s̃.proxi.§.et.ff.de dona.inter vi.et vxo.l.de eo.in fi.q̄ eſt contra.Sed videtur ꝙ nec hoc caſu debeat eſſe ſpeciale.vt.C.de ſer.fugi.l.quicumq3.§.fina.Sed ibi incepit malicia a domino,hec autem ab ipſo corrumpente,
f ¶ Licet.id eſt ꝙ̃uis.Accur.
g ¶ Regule.quas regulas habemus.ff.de ſer.corrup.l.i.in prin.et per totum titu.
h ¶ Perniciem.i.deſtructionem.
i ¶ Impunitate.ſic.ĩ.titu.j.§.ſed ne dũ talia.Ac.

Pena vnius ẽ metus multoꝝ. Affect⁹ puniṫ:ſ3 nõ ſeq̄ṫ effect⁹.

k ¶ Quibuſdã.Itẽ τ vt vni⁹ pena ſit met⁹ multoꝝ vt.C.ad.l.iuliã repe.l.i.Et no.in hoc.§.puniri affectũ:τ ſi nõ ſequaṫ effect⁹.ſic.C.de epiſ.τ cle.l.ſi q̇s nõ dic̄.τ.C.de his qui ad eccle.ꝯfu.l.p̄nti.Ar.cõtra.ff.de pe.l.cogitatõis.Sed certe hec cogitatio iã deuenerat ad aliquẽ actũ.vñ nõ erat nuda.Ac. Additio Tu dic circa iſtã materiã ꝙ aut q̇s nõ cogitat delinq̄re;nec agit nec perficit.et regulariter non tenetur fallit in caſu.l.quiſquis.C.ad.l.iuł.ma.et.l.ij.C.de lib.et eo.li.aut cogitat tm̃ et iure poli punitur non fori.Aut cogitat τ agit ſed non perficit;et tunc ciuilis actio non datur:niſi

delictum de facili tranſeat in exemplum.vt hic. In criminali autem diſtingue quia pro delicto acceſſorio:puta q̄ꝛ fregit hoſtiũ vel feneſtras punitur non ꝑ principali niſi ꝓceſſerit ad actũ ꝓximũ ipſi delicto/quod ex facti impedimento non perfecerit.Aut egit τ perfecit ſed non cogitauit:τ tunc ſiue culpa id euenerit/ſiue caſu/ſemper tenetur.dummodo culpa preceſſeret caſum.miti⁹ tamen punitur q̄tenus ex leuiori culpa fuit obnoxius.Qñ autem agit cogitat et ꝑficit:clarum ẽ ip3 fore puniendum nec eſt locus penitentie.l.qui ea mente.ff.eo.fallit.in.l.ij ff.de cri.ſtellio.Ange.

conſiliũ corruptoris ad ꝑnitiẽ[h] probitatis ſerui itroductũ eſt:vt ſit ei penalis actio impoſita tãq3 ſi re ipſa fuiſſet ſeru⁹ corrupt⁹:ne ex huiuſmodi impunitate[i] τ in aliũ ſeruum qui facile poſſet corrumpi/tale facin⁹ a quibuſdam[k] perpetretur.

¶ In filijs in p̄tãte põt etiã furtũ cõmitti.Aretinus.

¶ Interdũ etiã liberorum hoim furtũ fit[l] veluti ſi quis liberorũ noſtroꝝ qui i p̄tãte nr̃a ſunt ſurrept⁹ fuerit.

¶ Debitor q̇ ſurripit rẽ pignoratã creditori furti teneṫ.

¶ Aliqñ aũt etiã ſue rei furtũ quis cõmittit:veluti ſi debitor rẽ quã creditori pignoris cã dederit ſubtraxerit[m]

¶ Nõ ſolũ principalis furtũ ꝯmittit:ſ3 etiã opẽ p̄ſtãs:furti teneṫ.Et q̇ p laſciuiam (nõ vt furtũ fiat)furto p̄ſtat

¶ Interdũ aũt,τc. Cal⁹ ¶ In ſuperioribus ẽ notandũ.ꝙ qui ſeruum alienũ corruperit furtũ cõmittit.τ non ſolũ fit furtũ in ſurripiendo nobis ſeruos noſtros.ſ3 τ ſi quis aliq̇s liberorum noſtroꝝ nobis ſurripuerit furtũ committit et hoc dicit.

l ¶ Interdum Furtum fit.non ratione dominij ſed maleficij:τ ideo ex hoc maleficio non ciuiliter ſed criminaliter agitur.Nam cum ſit liberum corpus non recipit eſtimationem.vt.ĩ.de obli.q̄ ex quaſi delic.§.ob hominem.criminaliter autẽ extra ordinem ageretur.vt.ff.e.l.fi.et de priua.deli.l.fi.mater vero non agit.ſed et pater non agit conditione furtiua:cum ipſa ad poſſeſſionem vel proprietatẽ cõpetat/quorum neutrum in filio habet locum.vt.ff.e.l.eum qui.§.ſi filius.et.l.mater.in prin.et.l.liberorum.et.ff.de ac.poſ.l.cum heredes.§.fi.et.ff.de rei ven.l.j.§.per hanc. Additio Iſtam glo.reprobant doc.quia immo ſimiliter agitur et duplicantur opere vel dãna q̄ pater ſuſtinuit:qui licet non proprie largo tamẽ modo habet in filiũ dñiũ et poſſeſſio.quod patet quia h3 rei vendi.de iure romano.vt.l.j.§.j.ff.de rei vendica.

Corpus liberꝝ eſt ineſtiabile.

Conditio furtiua ad poſſeſſionẽ vel ꝓprietatẽ competit.

¶ Aliquando aũt τc. Cal⁹. ¶ Littera iſta poſita fuit hic propter quoddam verbum quod vidiſti ſup oſitum s̃.i diffinione furti.Supra enim dictum eſt ꝙ furtum eſt contractatio rei aliene.et ex hoc videtur ꝙ nõ poſſet fieri furtum in re propria:vt ſi quis rẽ ſuam ꝓpriã quã quis creditori obligauit ſubtraxerit.τ.h.d.

m ¶ Aliqñ.Subſtraxerit.Sed hec rei non efficiṫ furtiua.vt.ff.de vſuca.ſequitur.§.ſi rem.et.ff.pro ẽpt.ſi rem.Unde dic ꝙ qñq3 eſt res furtiua/τ fit furtũ:et naſcitur actio furti.vt fere in toto hoc ti.τ.ff.e.τ.C.eo.Interdum nullum eorũ ẽ.vt ſi re mea vtar.Interdũ furtum fit et res furtiua.ſed actio furti non naſcitur.vt.ĩ.eo.§.hi qui.Interdum furtum fit et actio naſci-

Fur furtiue res τ ꝯditi furti q

ꝗ ſepa- rantur.

tur:ſed non fit res furtiua:vt hic dicitur.
¶ Interdum furti. Caſus. ¶ Scire debes ꝙ qn̄ꝗ tenet ille qui furtum nō facit. ⁊ hoc reperitur in illo cuius ope ⁊ cōſilio furtum factū eſt cuiuſmodi eſt ille q̇ de manu tua pecuniā ſeu nūmos excuſſerit. ⁊ ab alio ſurripiuntur. Et etiam qui tibi volenti euadere reſiſtit: vt alius res tuas rapet: nec non et ille qui pāno rubeo vel aliquo alio modo oues vel boues fugauerit vt aliꝰ ſubigens eas ſurriperet. Et hoc verum eſt. ſi hoc eo animo fecerit vt alius eas ſurriperet. ſi enim ꝑ laſciuiam hoc fecerit ⁊ nō vt ab alio ſurriperent. tunc nō tenet ac. l. fur ſ3. l. aq̇. ⁊. h. d.

tra. j. de iniur. §. nō ſolum. Sed ibi non erat al's facturus ⁊ fecit. Addi. (j). Dic vt ꝑ Bar. in. l. nō ſolū. §. ſi ex mādato. ff. de iniu. aduertas tn̄ ꝙ iſto caſu ꝯcedendū eſt ꝙ tenetur de dolo. vt. l. ſi cum ſciret. ff. de do. An.
¶ Hi q̇ ſūt. Caſus. ¶ Po. Meꝰ filꝰ ſeruus meus cõdicē meum michi ſurripuit: nunq̇d poſſum contra eū agere ac fur? Rn̄. ꝙ nō. res tn̄ ipſa in furtiuā cauſā deuenit. vnd' nec vſucapi poteſt aīq̄ꝫ in dn̄i poteſtatem conuertatur. ſi tamen aliquis filio meo vl' ſeruo michi furtum facienti ipſe conſiliū et opem dederit tenebit ac. fur. h. d.

a ¶ Interdum furti tenet. non manifeſti: l3 etiā deprehendatur. vt. ff. eo. l. is qui.
b ¶ Alius. facit ad hoc. ff. ad. l. aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quiſ de manu michi. ⁊ ff. e. l. furti. §. penul. et. l. qui fuo.
c ¶ Per laſciuiam. id ē ſtulticiā.
d ¶ In factu3 i. vtilis legis aq̇lie ſi corpora leſa ſint: alioq̇n ſubſidiaria. vt. j. ad. l. aq̇. §. fin̄. et. §. pe
e ¶ At vbi. Aduerſat' ꝑ xi. dicto vbi dixit dari in factum.
f ¶ Supponit No. hic dari conſilium ſolo facto. al's dr̄ ꝯſiliū hominis intētio vel ꝓpoſitū. vt. ff. e. ſi quid fur. §. j. Ite3 dicitur cōſiliū qđ aliȷ̄ datur bonū vel malū. vt. ff. e. in furti. §. pe. in fi. Itē ꝯſiliū dr̄ capit a mult3. vt. C. de le. ⁊ conſti. l. humanum.

Cōſiliū ſumitur mltiplr.

opē: nō obligat furti. Are.
¶ Interdū quoq̄ꝫ furti tenet[a] qui ⁊ ipſe furtū nō fecit qualis eſt is cuiꝰ ope ⁊ cōſilio furtū factū ē. In quo numero eſt q̇ tibi nūmos excuſſit vt aliꝰ eos raperet. aut tibi obſtiterit vt aliꝰ[b] rem tuā exciperet: vl' oues vl' boues tuos fugauerit vt alius eos acciperet. Et hoc veteres ſcripſerūt de eo q̇ pāno rubro fugauit armentū. S3 ſi q̇d eoꝝ ꝑ laſciuiā[c] et non data opa vt furtū admitteret factum eſt: i factū[d] actio dari d3. at vbi[e] ope meuij titiꝰ furtū fecerit: ābo furti tenētur. Ope ⁊ cōſilio eiꝰ quoq̄ꝫ furtū admittit videt qui ſcallas forte feneſtris ſuppōit[f] aut ipſas feneſtras vl' oſtiū effregit vt aliꝰ furtū faceret quive ferramenta ad effringēdū aut ſcalas vt feneſtris ſuponerent commodauerit ſciens cuius rei gr̄a cōmodauerit. Certe q̇ nullā opē ad furtum faciendū adhibuerit: ſed tm̄ conſiliū dederit atq̄ꝫ hortatus eſt ad furtū faciendū: non tenetur[g] furti.

¶ Filius ⁊ ſeruus ſurripiē do patri vel dn̄o furtum cō mittunt: ⁊ res efficitur furti ua: licet actio furti nō naſcatur qui tn̄ opem vel cōſiliu3 dederit tenetur furti.
¶ Hi qui in parentū vel dominoꝝ poteſtate ſunt: ſi rē eis ſurripiant/ furtū quide3 faciunt: ⁊ res in furtiuā cauſam cadit: nec ob id[h] ab vllo vſu capi poteſt anteq̄ꝫ i dn̄i ptātem reuertatur Sed furti actio non naſcitur[i]: q2 nec ex alia vlla cauſa poteſt int eos actio naſci. Si vero ope et conſilio alterius furtum factum fuerit: quia vtiq̄ꝫ furtum cōmittitur: cōuenienter ille furti tenet: q2 verū ē ope ⁊ ꝯſilio eius furtū factū eſt.

Actio furti competit illi cuius intereſt furtum factū non eſſe. Aretinus.
¶ Furti aūt actio ei competit cuius itereſt[k] rē ſaluā eſſe licet dominꝰ non ſit. Ita ꝗ nec domino aliter competit ꝗ̄ ſi eius interſit rem nō perire. Unde conſtat creditorem de pignore ſurrepto furti actione agere poſſe etiam idoneum debitorem habeat: quia expedit ei pignori potius incumbere ꝗ̄ in perſonam agere. Adeo quidem vt ꝗ̄uis ipſe debitor eam rem ſurripuerit: nichil

h ¶ Hi qui ſūt. Nec ob. id quod verum eſt. ſ. rem furtiuam nō poſſe vſucapi: niſi fuerit lis eſtimata: vel dn̄s vendiderit furi † vt. ff. eo. l. ꝗ̄uis in fine tituli. Accur.
i ¶ Nō naſcitur. niſi ſit filius habens caſtrenſe peculium/ vel quaſi caſtrenſe: vbi filius tenet patri et pater filio. Idem de vxore quod hic de filio dr̄: vt. ff. eo. ſi quis vxori. in pn̄. et in. §. j.
¶ Furti autem. Caſus. ¶ Dixi legiſlatori. Dn̄e iā bene video in q̇bꝰ pōt fieri furtū: q2 nedū i re aliena. ſ3 in re ꝓpa S3 dn̄e ꝑ deo cui competit ac. fur? Ipe rn̄. di. ꝙ ac. fur. ꝯpetit ei cuiꝰ intēeſt rē nō fuiſſe ſurreptā ꝗ̄uis nō ſit dn̄s rei ſurrepte. q2 ēt ipſi dn̄o rei nō ꝯpetit. niſi eiꝰ interſit furtū factū vn̄ ſi creditori res obligata ſurripiat dn̄o rei. ſ. debitori nō ꝯpetit. ac. fur. ſ3 magis creditori ipi. ꝗ̄uis em̄ creditor hēat ac. ꝑſonalē ꝑ quam poſſet a debtiore ſuū ꝯſeq̇ ſi idoneꝰ fuerit debitor: tn̄ tutiꝰ ē ei pig̃ri incūbere ꝗ̄ i ꝑſonā agere: ⁊ hoc vult innuere: q2 ſi debitor creditori pignꝰ ſurripuerit poterit creditor ꝯtra debitorē furti experiri. h. d.

† Idē ſi redeat i dn̄i ptāte. de q̇ dic vt ꝑ Ange. i §. aliqn̄ ſ. eo.

Dñe

g ¶ Nō tenet furti. cū al's eēt facturus furtū/ etiā ſi ne ꝯſilio huiꝰ. al's. i. ſi nō erat al's facturꝰ tenet vterq̄ꝫ ff. de fur. q̇ ſeruo. ⁊ de vbo. ſig. l. ſepe. (j) Aliud videtur in actione ſerui corrupti. vbi tenet etiā ſi al's eſſet facturꝰ. nec em̄ op3 laudādo augeri maliciā. vt. j. ad. l. aquil. §. ceterū. ⁊. j. de act. §. in quadruplū. ⁊. ff. de ſ. corru. l. j. §. ꝑſuadere. Sed que eſt rō? Rn̄. q2 hic agit de delicto ſecuto poſt ꝑſuaſionē: nō aūt ex ipā ꝑſuaſiōe. ⁊ ideo diſtinguit an erat al's facturus vel nō: ſed in alijs caſibus ex ipā ꝑſuaſiōe agit q̇cq̇d poſtea ſequat. vt. ſ. eo. §. vn̄ illud. dūmodo nō ex interuallo nimio ſequat. vt. ff. de ſer. cor. l. in hoc. ⁊. l. neracius. Item ē cō

k ¶ Furti aūt. Cuiꝰ intereſt. ēt modice. vt. j. ti. i. §. fi. ⁊. ff. vi bonoꝝ rap. l. ij. §. gn̄al'r. Itē op3 ꝙ intſit ex iuſta cā ⁊ ꝓbabili. nā ſi ē male fidei poſſeſſor: vl' huiꝰ rei fur furti nō aget. vt. ff. e. l. itaq̄ꝫ. circa pn̄. ⁊. l. eū q̇ emit §. is autem. Sed bonum initium habuerit vt quia ſibi comodaui vel locaui/ habet actionem furti. Et hic eſt caſꝰ in q̇ furti agere pōt. vt. ff. e. q̇ vas. §. ſi ego tibi.

Furti agit cuiꝰ intereſt Fur furti nūq̄ꝫ agit.

omin⁹ creditori competit[a]
actio furti[b].
¶ Ille qui tenetur ex loca
to in aliqua re ſi ſurripiatꝛ:
habet furti actionē. Idem
in bone fidei emptore.hoc
dicit.Aretinus.
¶ Item ſi fullo[c] poliēda cu
randa ve:aut ſarcinator ſar
cienda veſtimenta mercede
certa ꝯſtituta[d] acceperit:ea
qꝫ furto amiſerit: ipſe furti
hꝫ actionē:nō dn̄s quia dn̄i
nichil intereſt eam rē nō pe
rire: cum iudicio loca.i a ful
lone aut ſarcinatore rē ſuaꝫ
per ſequi pōt.Sed ⁊[e] bone
fidei ēptori ſurrepta re quā
emerit(qꝫuis dn̄s nō ſit)om
nino cōpetit actio furti quē
admodū ⁊ creditori. Fullo
ni ꝟo ⁊ ſarcinatori nō aliter
furti actionē cōpetere pla=
cuit:qꝫ ſi ſoluēdo fuerit:hoc
eſt ſi dn̄o rei eſtimationē ſol
uere poſſint[f].naꝫ ſi ſoluēdo
nō ſūt tūc q2 ab eis ſuū dn̄s
cōſeq̄ nō poſſit:ipi dn̄o furti
cōpetit actio:q2 hoc caſu ip
ſi⁹ intereſt rem ſaluā ei eē.
Idem eſt[g] ⁊ ſi i pte ſoluēdo
fuerit fullo aut ſarcinator.
¶ Si res cōmodata fuerit
comodatario ſurrepta dn̄s
hꝫ electionē vtrū velit agē cō
tra furē actione furti: an cō
tra ꝯmodatariū ꝯmodati.⁊
vno electo ſcient alı⁹ libera
tur.ſec⁹ ſi fuerit ignorās vl
dubitans.Aretinus.
¶ Que de fullone[h] et ſarci=
natore diximꝰ:eadē ⁊ ad eū
cui cōmodata ē res trāſferē
da veteres exiſtimabāt. Nā
vt ille fullo mercedem acci
piēdo cuſtodiā pſtat:ita is
qꝫ q ꝯmodatum vtendi cā
accepit ſiliter neceſſe hꝫ cu
ſtodiam pſtare. Sed nr̄a p
uidētia te hoc in nr̄is deci=
ſionibus[h] emēdauit:vt i vo
lūtate dn̄i ſit:ſiue cōmodati
actionem aduerſus eū q rē
cōmodatā accepit mouere
deſiderat:ſiue furti aduerſ⁹
eum qui rem ſurripuit et al
terutra earum electa:[i] domi
num non poſſe ex penitētia
ad alteram[i] venire actionē.
Sed ſiquidem furem elege
rit: illum qui rem vtendam
accepit penitus liberari.Si
nautem cōmodator veniat
aduerſus eum qui rē vten=
dam accepit:ipi[k] quidē nul
lo modo cōpetere poſſe ad
uerſus furem furti actionē
Eum autem qui pro re com
modata cōuenitur poſſe ad
uerſus furem furti habere[l]
actionem ita tamen ſi domi
nus ſciēs rem eſſe ſurreptā
aduerſus eum cui res com=
modata fuerit peruenit[m].
Si nautem neſcius et dubi=
tans rem non eſſe ſurreptā
apud commodati actionem
inſtituit:poſtea autem re cō
perta voluit remittere qui=
dem commodati actionem
ad furti autem actionem p
uenire tūc quidem licentia
ei conceditur ⁊ aduerſus fu
rē venire obſtaculo nullo et

a ¶ Competit.contra debitorem qui ſurripuit.
b ¶ Actio furti.res tn̄ ſi ſit furtiua:vt dixi.ſ.c.§.aliqn̄
¶ Itē ſi fullo. Caſus.¶ Supra poſitū eſt vnū exem=
plū in quo ac.fur.datꝛ ei cuius intereſt lꝫ nō ſit dn̄s vt di
ctum eſt in creditore.Hic ponitꝛ ali⁹ in fullone ⁊ ſarcina
tore.Si enī fullo vel ſarcinator veſtimēta mea q ſibi cu
randa ſarciēda ve
certa mercede cō
ſtituta furto amı=
ſerit michi nō ꝯpe
tit ac.fur. eo qꝛ
mea nō intereſt ve=
ſtimēta illa n̄ fuiſ=
ſe ſurrepta cū iudi
cio locati a fullōe
eſtimatione veſti=
mētoꝝ meoꝝ ꝯſe
qui poſſum. ⁊.h.d.
c ¶ Itē ſi Fullo
ſarciator q iūt dic
vt.ſ. mād.§. fin̄.
d ¶ Cōſtituta.
Additio Supple
in pecunia nūera=
ta:alś aūt nō eēt
locatio. vt.l.j.§. ſi
qs ſeruū.ff. depo.
¶ Sed ⁊ bone fi.
Caſus.¶ Iā ha=
buiſti duo exēpla
vł tria i qb⁹ ꝯpetit
ac.fur.illis qꝝ int
eſt furtū factū nō
fuiſſe. Hic adhuc
pōit qddā exēplū
de eod.Si ei bone
fidei emptor a nō
dn̄o rē emerit.⁊ ſi
fuerit tradita et
poſtea ſurrepta qꝫ
qꝫ nō ſit dn̄s ſibi
nichilominꝰ ꝯpe=
tit ac. fur. ſicut et
creditori.Scire tn̄
debes qꝛ aliꝫ fullōi
vł ſarcinatori non
cōpetit ac.fur.niſi
ſint ſoluēdo.rō q2
nichil ē pıculo ei⁹
q nichil hꝫ.Si tn̄ ſi
p pte fuerit ſoluē
do fullo vł ſarcina
tor dn̄o nō fulloni
cōpetit ac.h.d.
e ¶ Sꝫ ⁊ bone.
facit.ff.eo.l. itaqꝫ.
f ¶ Poſſint. i=
mo videtꝛ qꝛ ſemp
dn̄s debeat furēꝫ
ꝯuenire.vt.ff.loca
et conduc.l.cum in plures.§.veſtimenta. Sed ibi de
actione in rem vel condictione furtiua dixit:hic autem
de actione furti.
g ¶ Idē eſt.vt furti actio competat domino.et facit
ad hunc.§.ff.de condi.ſine cauſa in.l.ſi fullo.
¶ Que de fullone. Caſus.¶ Supra dictum eſt qꝛ ſi
veſtimentum fulloni vel ſarcinatori curandum vel ſa
rcinandum traditum ſurreptum fuerit. qꝛ fulloni ſi ſol=
uendo fuerit non domino competit act.fur. Idem in=
telligas ſi res fuerit ſurrepta commodatario. quia ſi
fuerit ſoluendo ſibi ⁊ non cōmodatario competit actio
quia ad rem reſtituendam non tenetꝛ.et hec vera fue=
runt ſm iura antiqua.Dominus tn̄ iuſti.ponit in qua
dam cōſtitutione
quam habes .C.de
fur.⁊ ſer.cor.l.fi.§.
tales. itaqꝫ hoc e=
mēdauit.Statuit
enī qꝛ in electiōe cō
modatoris ſit vtꝝ
velit agere contra
commodatarium
actione cōmoda=
ti vel aduerſus eū
qui rem ſurripuit
act.fur.⁊ ſi domi=
nus vnam iſtarū
elegit ad alteraꝫ
non poteſt redire.
Si enim dn̄s act.
furt.moueat ad=
uerſus furem cō=
modatarius peni
tus liberatꝛ.ſi aūt
ꝯ cōmodatarium
moueat ac.nō po
terit poſteaꝫ furē
agere:ſꝫ cōmoda=
tarius qui a cōmo
datore cōuenitur
poterit aduerſus
furē hr̄e actionē:⁊
nullo mō cōmoda
tor ignar⁹ rei ſur=
repte ꝯ commoda
tariū act.cōmoda
ti egerit pmo. Ex
hoc enim nō obij=
citur ſibi obſtacu=
lum a iure re com
perta quin poſſit
agere niſi a com=
modatario ſibi fu
erit ſatiſfactum.⁊
hoc dicit.
h ¶ Que de ful
lone. Deciſioni=
bus.vt .C.de fur.
et ſer.corrup.l.fi.
.§.tales itaqꝫ.
i ¶ Ad alterā.
vnde actio furti
hoc caſu nō ē am=
bulatoria. Addi=
tio Et de dictione
penitus vltra iſtū
text. vide textum
in.l.fina.C.de noua.Angelus.
k ¶ Ipſi.ſcilicet commodatori.
l ¶ Habere actionem. et penam exactam domino Onus
reſtituere non cogitur:quia vbi periculum ib i commo ſentiēs
dum.vt.C.de fur.l.fina.§.ſed cum. habeat
m ¶ Peruenit. agendo contra eum actione com= lucrum.
modati.

a ¶ Ab eo. Scilicet commodatario.
b ¶ Suppoſitum. ſcʒ furem.
c ¶ Ei, ſcilicet commodatario.
d ¶ Cum manifeſtiſſimū. Bene dico q̄ eligēdo vnā repellitur ab altera/ ſi ſciens a principio fuit.

¶ Si is apud quē. Caſus. ¶ Dictum eſt. ſ. de fullone et cōmodatario qualiter eis cōpetit actio p̄ re aliena. mō videamus de depoſitario vtruʒ ſi res apd̄ aliqueʒ dpoſita fuerit. depoſitario cōpetat ac. fur. Nō eñ tenet̄ niſi de dolo: ⁊ ita nō intereſt ſuā rē nō fuiſſe ſurreptā. ſi aūt in dolo fuit nō dabit̄ ſibi actio vt ex malicia ſua actionē conſequatur. ⁊. h. d.

e ¶ Sed is. Do lo. ſ. q. mo. re ꝯ. obli. §. pterea et. C. depoſi. l. j. l. pe. ⁊ l. fina. ⁊ idem qd̄ hic habem⁹. ff. eo. euʒ qui. §. is autem.

¶ In ſūma. Caſus. ¶ Dixi iuſti. Dñe qd̄ plura vultis dicere i ti. iſto. Jam tñ dixiſtꝫ de materia iſta q̄ generat̄ tediū deo ⁊ toti mundo. ⁊ rñ. iu. Frater vt breuiter hūc ti. expediam⁹ ſcire debes q̄ apud antiq̄s q̄ſitum fuit: vtrū ipuber rē alienā amouendo furtū facē poſſit: et placuit, dño iu. q̄ſi ipubeſ aīm furādi habuerit ⁊ in ip̄ʒ poſſet cadere iſtud delictū: hoc eſt ſi ſit p̄ximus pubertati q̄ ac. fur. teneatur et hoc dicit.

f ¶ In ſumma. Id eſt vt breuiter hūc ti. expediam⁹

g ¶ Proximus pubertati. a decimo anno ⁊ dimidio. ſ. vt. ſ. diximus de inuti. ſtip. §. furioſus. et facit ad hūc. §. ff. e. l. ipuberē. et ff. ad ſille. l. excipiunt̄. et. ff. de re. iur. l. pupillus.

¶ Furti actio. Caſus. ¶ Queſiui a iu. de natura furti. ſ. ad qd̄ det̄ ac. fur.? Et rñ. iu. q̄ actio ſiue ſit ad duplū ſiue ad q̄druplū dat̄ ad penā: ⁊ nō ad re ſuā pſequendā dat̄ etiā dño alia actio. ſ. rei vē. ⁊ cōditio furtiua. Scire tñ debes q̄ rei vēdicatio dat̄ ꝯ quelibet poſſidentē: cōditio furtiua datur ꝯ furem ⁊ eius heredem. ⁊. h. d.

opponēdo: q̄m incertus cōſtitut⁹ mouit aduerſ⁹ eū qui rem vtēdā accepit ꝯmodati actionem. Niſi dño ab eo[a] ſatiſfactū eſt: tūc et eñ oīno furē a dño q̄dē furti actiōe liberari ſuppoſitū[b] aūt eſſe ei[c] qui pro re ſibi ꝯmodata dño ſatiſfecit. Cum manifeſtiſſimū[d], eſt etiā ſi ab initio dñs actionē inſtituit cōmodati: ignar⁹ rē eſſe ſurreptā poſtea aūt hoc ei cognito. aduerſus furem trāſierit: oīno liberari eū qui rem commodatam acceperit quecūq̄ cauſe exitum domin⁹ aduerſus furem habuit. Eadē diffinitione obtinēte ſiue in parte ſiue in ſolidum ſoluēdo ſit is qui rem commodatam acceperit.

¶ Depoſitari⁹ qui tenetur de dolo nō habet furti actionem ſed dominus. hoc dicit. Aretinus.

¶ Sed is apud quē res depoſita eſt cuſtodiam nō preſtat. ſed tm̄ in eo obnoxi⁹ ē ſi quid ipſe dolo[e] malo fecerit. qua de cauſa ſi res ei ſurrepta fuerit: quia reſtituende eius rei nomine depoſiti non tenetur: nec ob id ei⁹ intereſt rem ſaluam eſſe furti agere nō poteſt ſed furti actio domino competit.

¶ Impubes nō tenent̄ furti: niſi fuerit doli capax. Ar.

¶ In ſumma[f] ſciendum ē queſitū eſſe: an impubes rē alienam amouēdo furtū faciat. Et placuit q̄ furtuʒ ex affectu furandi conſiſtit ita demū obligari eo crimine ī puberem ſi proxim⁹[g] pubertati ſit, et ob id intelligat ſe delinquere.

¶ Actio furti ē mere penalis: ſed ꝯditio furtiua et rei vendicatio cōpetunt pro re et rei vendicatio datur contra poſſeſſorem: et cōdictio furtiua contra furem ⁊ eius heredem. h. d. Aretinus.

¶ Furti actio ſiue dupli ſiue quadrupli tantū ad pene perſecutionē ptinet. Nā ipſius rei pſecutionē extrinſecus habʒ dominus: quā aut vendicādo[h]: aut cōdicēdo[i] poteſt auferre. Sed rei ventio ⁊ aduerſus poſſeſſorem eſt ſiue fur ipſe poſſidet ſiue alius quilibet. Cōdictio autem aduerſus furem ipſum heredem ve eius licet non poſſideat competit.

¶ De vi bonorum raptorū

¶ Rapiens per vim rem alterius tenetur furti et etiaʒ actione vi bonorū raptorū: que datur in quadruplū infra annū. poſtea vero in ſimplum: ⁊ in quadruplo ineſt ſimplum h. d. Aretinus.

Qui res alienas[k] rapit tenetur quidē etiam furti[l]: quis eniʒ magis alienā

h ¶ Vendicando. Id eſt dñium petendo ſi extet.
i ¶ Condicendo. Id eſt in perſonā agēdo ꝯdictione furtiua/ ſi conſumpta ſit. et facit ad hūc. §. ff. de condi. fur. l. ſi p̄ fure. §. furti. et. l. in condictione. et. j. de act. §. ſic itaq̄. et. C. de furtis. l. ancille. — Condictio furtiu.

¶ De vi bonorum raptor. ¶ Viſo de furto ſequit̄ de rapina: et ꝯſequēter vt potes vidē ſ. titu. j. in pn. — Continuatio.

Qui res. ¶ Tot⁹ iſte titut̄. diuiditur in tres ptes. Primo q̄ raptor et fur in equalit̄ puniunt̄. Scdo qn̄ quis rapit rē ſuā vel alienam putans eſſe ſuam. Tertio q̄d ſit ſubiectū in hac actiōe. videlicʒ q̄d dʒ deducē actor. Secūda ibi: q̄ tamen. Tertia ibi: ſane in hac. — diuiſio

¶ Qui res alieñ. Caſus. ¶ Dixi iuſti. Dñe iā vidi q̄ ille q̄ rē alienā clā ſurripit tenet̄ act. fur. ſed q̄d dicitis de illo q̄ rē alienā rapit? Et rñ. q̄ ille ſimiliter act. furt. tenet̄. Nullus eñ magis reʒ inuito dño ꝯtrat q̄ q̄ eā vi rapit. vñ iprob⁹ fur dr̄. ⁊ p̄ iſta improbitate p̄tor induxit actio vi. bo. rap. ⁊c̄. īfra annū ī quadruplū. poſt annū vero in ſimplum. ⁊ datur propter vnam rem vi raptam q̄ q̄ alter ſecus videretur p̄pter verba in numero plurali poſita a pretore in nomine ac. ſcʒ vi bo. rap. ⁊. h. d.

k ¶ Alienas. Large accipe. vt etiam ſi ſint cōes idem ſit quo ad ſociū partem. vt. ff. de fur. l. ſi ſocius. Accurſius.

l ¶ Furti. Scʒ non manifeſti: etiam ſi deprehendatur f m. P. quod falſum eſt. immo ſi deprehendat̄ manifeſtus eſt: ⁊ in quadruplum poteſt conueniri. vt. ff. de fur. ſi vendidero. §. cum raptor. (j) al's ſi non deprehendatur non manifeſti tenetur: qua actione ſi fuerit actū tollitur vi bonorum raptorū: niſi in id quod excedit. vt i. eo. l. j. Item in caſu: nec manifeſti/ nec nō manifeſti tenetur. vt ſi quis ex domo in qua nemo erat rapuerit: ſ. j. — Raptor q̄ actiōe tenet̄.

ſed tñ hac actione vi bonoꝝ raptoꝝ tenet.ſm P.vt.ff. de fur.l.ſi quis de domo:alias ex domo. Sed hoc ẽ falſum:qꝛ ibi erat actio furti non manifeſti:ꝛ iõ amplius ceſſat actio furti:ꝛ iõ dat hic actio vi bono.rapto.qꝛ excedit:ꝛ in id qð excedit.vt.di.l.ff.e.l.j.ꝛ.ff.de acti.ꝛ obli.l.qui ſeruũ.§.fi. Additio.(ſ) Sed hoc eſt falſũ ſm Bar in di.l.ſi vẽdidero qꝛ op⁹ eſt vt acclamet.l.ij.et.l.ſi q̃s in ſeruitute.ff.de furt.Ange.

s ℭ Qui vi rapit.q.d.nullus:vt h.et.ff.ꝙ me.cau.l.ſi cum exceptione.§.qui vim.

b ℭ Annũ. Scilicet vtilem.vt.C.eo.l.fi.et.l.res.et C.de nox.l.peñ.

c ℭ Quadrupli. Niſi i caſu q̃ agit ad duplũ tñ.vt.C ð paga.l.pagan⁹.et.l.chriſtianus.q̃ eſt huic contra. Sed illud eſt ſpeciale.

rem iuito domino cõtractat q̃ꝫ q̇ vi rapit[a]. Ideoq̃ꝫ recte dictũ ẽ eũ iprobrũ furẽ eſſe. Sed tñ ꝓpriã actionẽ ei⁹ delicti nomĩe p̃tor introduxit: que appellat vi bonorũ raptorũ:ꝛ eſt intra annũ[b] quadrupli[c]:poſt annum ſimpli: qua actio vtilis[d] eſt:etiamſi quis vnaꝫ rem licet minimã rapuerit. Quadruplũ autẽ nõ totũ pena eſt:ꝛ extra penam[e] rei ꝑſecutio eſt:ſicut i actione furti manifeſti dixi mus[f]:ſed in quadruplo ieſt reiperſecutio:vt pena tripli ſit:ſiue comprehẽdatur[g] raptor in ipõ delicto ſiue non Ridiculũ[h] eñ ẽ leuioris cõditionis eſſe euꝫ q̇ vi rapit q̃ꝫ qui clam[i] amouet.

ℭ Actio vi bonoꝝ raptoꝝ cõpetit ꝑ violentia dolo cõmiſſa sec⁹ ſi rẽ ſuã bona fide rapuit tñ raptor ſi dñs ẽ cadit a dñio ſuo. Si ꝟo nõ ẽ dñs: tenet ad tãtũdẽ ſiue res fuerit mobilis ſiue imobilis.

Actio vi bonoꝝ raptoꝝ eſt duplex.

d ℭ Utilis.i.efficax ꝛ directa. Uel dic ꝙ directa ꝯpetit qñ plures res rapte ſũt.ſꝫ vtilis qñ vnũ tñ bonũ raptũ eſt.i.vna res rapta ẽ. Et facit ad hoc ꝙ pluralis oro.ſ.raptoꝝ trahatur ad ſingularem.ff.de cõdi.ꝛ de.l.falſa.§.vlti.et.ff.de nego.geſt.l.iij.§.negocia.et.ff.de petit.here.l.regulariter.et.l.licet.

ℭ Quadruplũ aũt. Caſus. ℭ Supra dictuꝫ eſt.ꝙ ac.vi bo.rap.infra annũ dat in quadruplũ.poſt annũ ꝟo in ſimplũ:q̃ro vtrũ quadruplũ iſtud ſit totũ pena:ꝛ rñ.ꝙ nõ.ꝛ in iſto quadruplo ſimplũ intereſt.ꝛ triplum eſt pena ſiue ꝯprehendat raptor in delicto ſiue nõ. Non eñ dꝫ eſſe melioris ꝯditionis raptor q̃ꝫ fur.ꝛ.h.d. Queri ſolet cõmuniter ſup hoc qð dicitur in fi.§.ꝙ ridiculũ eſſet q̇ i'le qui rapit eſſet melioris conditionis q̃ꝫ ille q̇ rem clã ſurripit. Contrariũ videmus: maior eñ pena infligitur furibus q̃ꝫ raptoribus:cũ in pena furti manifeſti totũ quadru.ſit pena. In pena aũt raptoris ſolũ triplum eſt pena. Ad hoc autẽ diuerſimode rñdetur. Quidã eñ concedũt ꝙ maior pena furibus q̃ꝫ raptoribus per.l.infligit ꝛ nõ ſine cã.vꝫ qꝛ ſepius fit furtuꝫ q̃ꝫ rapina.vñ ne hmõi maleficio impunito facilius talia facinora ꝑpetrent:vt vni⁹ pena ſit met⁹ multoꝝ:vt.C.ad.l iuliã repe.l.j.talis pena ꝓ furto maior q̃ꝫ ꝓ rapia introducta eſt. Aliĩ aliter dicẽtes rñdent ꝙ qui in vno grauatur in alio dꝫ releuari:vñ pena raptoris plus cõtinet. Nã ſi criminaliter agit ꝯ euꝫ ſuſpendi dꝫ. Uocat enim lex raptores famoſos latrones.ff.de pe.l.capitalium.§.famoſi. In furto aũt non dꝫ aliquis mortẽ pati:vt in aut.ſignata.C.de ſer.fu.ſup illa.l.lex noua.preterea ſi conueniat ciuiliter raptor equũ eſt:vt ei minor pena infligat q̃ꝫ furi. Dñs Guido lr̃e adherens dicit ꝙ qui in vno grauat in alio dꝫ releuari:vt.ff.de iureiu.l.eum qui. Raptor eñ in hoc qꝛ releuat ſi non cum rapina deprehendatur tenetur ſolũmodo ad triplũ:ſed grauatur in hoc:qꝛ non hꝫ remediũ aliquod ſi non deprehendatur cũ furto:qꝛ ſemper tenetur ad triplum: ſed fur in hoc releuatur:ꝙ ſi nõ deprehendat cũ furto anteq̃ꝫ deueniat ad locũ deſtinatũ non tenet niſi in duplum:ꝛ ideo in alio grauatur.ſ.ꝙ licet deprendatur cũ furto ꝙ teneatur ad quadruplũ. Et ſi dicat quis qualiter põt raptor nõ deprehendi. hanc queſtionẽ habes ſufficienter ſolutam in glo.ſignata in iſto eodẽ.§.ſuper illis verbis ſiue dep̃hendatur ſiue nõ. Aliĩ ad hoc aliter rñdent dicentes ꝙ nunq̃ꝫ eſt melioris ꝯditionis raptor q̃ꝫ fur.eo ꝙ ſemp põt act.fur.cõueniri.vt.ff.de fur.l.ſi vendidero.§.ſcriptor. Sed hic notandũ ꝙ ſi fur furti manifeſti act.cõueniat in quadruplũ condẽnatur. Raptor quoq̃ꝫ i quadruplũ ꝑ ac.vi bo.rap.ꝯdẽnat.ꝛ ſic ꝑ act.fur.manifeſti punit ꝯuict⁹. et ita adhuc ſtat primũ qð plus venit in ac.fur. q̃ꝫ in ac.vi bo.rap.

e ℭ Ex penaꝫ. Repete non:vt ſit ſenſus ꝙ rei pſecutio non eſt extra penam:ſed in quadruplo ꝛc̃.

f ℭ Dixim⁹.vt ſ.titu.j.in fine.

g ℭ Cõprehendatur raptor. Sꝫ quomodo põt raptor nõ deprehẽdi cum dicatur eripere quaſi de manu auferre.vt.ff.ne quis eum qui i ius l.iiij.§.j. Rñ.diſtingue animũ auferentis:vt ſi erat animus ei palã ꝛ quaſi per vim auferendi:licet ibi neminem inueniat:tñ eſt raptor. Sed fur eſt qui hꝫ aim vt faciat clam:lꝫ interdũ dep̃hendat:ex qua dep̃henſione efficiat manifeſtus:vt ar.ꝫ.ti.j.§.furtum aũt a furuo. Additio. Uult dicere glo.ꝙ manifeſtus ſemper tenet vi bonoꝝ rapto.ſed nõ manifeſtus.ita demũ ſi habuit aim ꝛc̃. Et aduerte vnicum furtũ dici qð de loco vnico contextu ſiue vnico tpe fit:lꝫ plures res ſimul aſportẽtur:ex q̇ nõ ventret q̃s furca ſuſpendẽd⁹:niſi eſſet egregiũ qð plurib⁹ ꝑuis ꝑualeret.vt hic per Ange.

Raptor et fur diſtiguũt

h ℭ Ridiculũ. Bñ dixi ſiue non.ridiculum enim ꝛc̃.

i ℭ Qui clã.i.fur nec manifeſtus. Nã raptor tenet in quadruplum:hic aũt ſcꝫ fur non manifeſtus in duplum tñ:vel triplũ cum re.ſed qui palam furatur certũ eſt in plus teneri q̃ꝫ raptorem:cũ in quintuplũ cũ re teneat. Acur. Additio. Et eſt rõ diuerſitatis ſm Ang. quia raptor ſe exponit morti:ꝛ iõ cũ incurrat maius periculum in pſona/leuius punit in pena pecuniaria ar.l.quid ergo.§.pena grauior.ff.de infami. Uel dic ꝙ ex rapina inducit crimen publicũ:ꝛ in hoc ꝯuat:qꝛ a quolibet de populo põt accuſari.iõ in alio alleuiat ar.l.eũ qui in ꝑn.ff.de iureiu. Quare aũt in vi bonoꝝ rap.pretor eandẽ penã in manifeſto et nõ manifeſto ipoſuerit cum lex.xij.tab.et ipſe pretor in furto diuerſas impoſuerit. Dic eſſe rationem propter propter eundem animum rapiendi qui ſemper requiritur.

Raptor i minus tenet q̃ꝫ fur manifeſt⁹.

ℭ Qua tñ. Caſus. ℭ In iſto.§.dicit ꝙ act.vi.bo.rap.ita competit ſi aliquis rem alterius dolo malo rapuerit. Ceterum ſi aliquis errore ductus rem alienã credens eſſe ſuam eam alteri rapuerit iure primitiuo nõ tenet ac.vi.bo.rap.ſed ne inueniat via ꝑ quã raptores ſuã maliciã impune poſſint exercere ꝯſtõnibus principum eſt ꝓuiſum:ne alicui liceat rẽ mobilẽ vel imobilẽ: lꝫ ſuã eſſe dicat vel eſtimet alicui per vim auferre ſi ꝯ hoc ſtatutũ venerit ſi ſit dñs rei qui eam capit cadat a dominio ſue rei. Si aũt res aliena fuerit dꝫ eã ꝑmo reſtituere:ꝛ poſtea in penã ſui delicti eſtimationẽ rei p̃ſtare:ꝛ illud nõ ſolũ hẽbit locũ in reb⁹ mobilibus vt ex hac cauſa ab oĩ rapina homines ſe abſtineant.ꝛ.h.d.

a ¶ Qñ tamen. Jſtud quia videt̃ ſupfluũ. Uel pone quia pro ſed. Alij ita tamen: ⁊ tunc eſt planior.

b ¶ Abſolui. ſ. ab actiõe vi bono. rap. iudic᷑ ſnia: vt q̃dã dicũt: vł ipſo iure ſm Azo. † ar. ff. ð pub. ⁊ vec. l. ꝯmiſ (ſa. §. fi.

c ¶ Sz ne dũ. ꝑ tñ ſm q̃ſdã: vł pone ꝑpe.

d ¶ Jnueniatur via. Sic. ӡ. titu. j. §. vnde illud.

† Et vtraqz opi. eſt ꝯ̃ra. l. p̃mã ſi fuerit i iudicio deductuz: itẽ ſc̃ðã ſi non fuit deductũ i iudicio. vt ꝑ doc̃to. h.

e ¶ Cõſtõnib⁹. vt. C. vñ vi. ſi q̇s in tãtã. Et in alijs ſequẽtib⁹ vſqz i fïnẽ ti. ſz h ꝓſeq̃t tm̃ tenorẽ illi⁹. l. ſi q̇s in tãtã. et i alijs ſeq. vſqz i fi. tit. Sup q̃ matia lõgũ eẽt h dicere: cũ pl̃es q̃ſtiões ibi notent̃ ſup predicta. l.

f ¶ Cadẽ. repete ꝑſpectuz ẽ ⁊ ẽt ibi p̃ſtare: nec ẽ neceſſe ponẽ cogit̃ vł dz. q̃ v̄ba ñ iueniet̃ in libris emẽdat᷑.

g ¶ Reſoli. ꝓprie. q̃ñqz tñ iproprie. vt. C. ð actio. emp. l. ij. Sed rei mobil' ð᷑ occupatio: lz ẽt q̃ñqz imobilia dicãt̃ occupari. vt. C. de rei vẽ. l. domum.

¶ Sane i hac ac. Caſus. ¶ Di. iu. Dñe ꝯpetit michi hec ac. ita demũ ſi dñs fuero rei. Rñ. ꝙ imo ſiue i bõis ei⁹ fuerit res rapta: ſiue i bõis vz eius qui ius aliq̇ð habuerit in re: vt q᷑ ſibi ſit ꝯmodata vel ipignorata: ſiue locata vł ðpoſita: vł aliq̇d iuris habeat i ea: ita ꝙ eius iterſit mõ nõ rapi. Sẽꝑ em̃ ꝯpetit iſta ac. vt ñ dñiũ rei rapte accipiat̃: ſz ꝙ res ſibi rapta reſtituat̃. vt breuit̃ me expediã ex q̃cũqz cã põt cõpetẽ alicui ac. furti ꝓpt̃ furtũ datũ i re: ex oĩ ꝯſili cã p̃t dari ac. vi bo. rap. ꝓpt̃ rapinã i re factã. h. d. Poſt maleficiũ rapine de dãno exequit̃ q̇ð ꝑ. l. aquil. punitur.

¶ Quia tñ ᵃ ita cõpetit hec actio ſi dolo malo q̇s rapuerit: nã qui aliquo errore ductus rẽ ſuã eſſe exiſtimans et iprudẽs iur᷑ eo aio rapuerit quaſi dño liceat ẽt ꝑ vim rem ſuam auferre: a poſſeſſorib⁹ abſolui ᵇ debet. cui. ſ. conueniẽs eſt nec furti teneri eum qui eodẽ hoc animo rapuit. Sed ᶜ ne (dũ talia excogitant̃) iueniat̃ via ᵈ ꝑ quã raptores impune ſuam exerceant auaritiã. melius diua lib⁹ cõſtitutionib⁹ ᵉ pro hac parte proſpectum eſt: vt nemini liceat vi rape: vł rẽ mobilem vł ſe mouentem licet ſam eandem rem exiſtimet. Sz ſi quis ꝯtra ſtatuta principum fecerit: rei quidẽ ſue dñio cadere ᶠ: ſin autẽ aliena res ſit poſt reſtitutionẽ eius etiam eſtimationẽ eiuſdem ri preſtare. Quod nõ ſolum in mobilib⁹ reb⁹ q̃ rapi poſſunt cõſtitutiones obtinere cenſuerũt: ſed etiã in iuaſionib⁹ que circa res ſoli ᵍ fiũt: vt ex hac cauſa ab omni rapina homines ſe abſtineãt.

¶ Actio vi bonoꝝ raptorũ nõ ſolũ ꝯpetit illi q̃ dñiũ hz in re: ſed etiam illi q̇ hz aliq̇ð ius: ⁊ iſtud ius eſtimat̃. Ar.

¶ Sane i hac actione ʰ nõ vtiqz expectat̃ rẽ in bonis ⁱ actoris eſſe. nã ſiue i bonis ſit: ſiue non: ſi tamen ex bonis ᵏ ſit locum hec actio ˡ habebit. Quare ſiue locata: ſiue cõmodata: ſiue ẽt pignorata: ſiue depoſita ᵐ ſit res apð titiũ: ſic vt iterſit ei⁹ eã rẽ ꝑ vi nõ auferri: veluti ſi i depoſita re culpã q̊qz ꝓmiſit: ſiue bona fide poſſideat: ſiue vſũ fructũ q̇s habeat in ea: vł q̇d aliud iuris vt iter ſit ei⁹ nõ rapi. dicẽdũ ẽ ei cõpetere hanc actionem: nõ vt dñium ⁿ accipiat: ſz illud ſolum q̇ð ex bonis ei⁹ qui rapinã paſſus eſt. i. q̇ð ex ſubſtantia eius ablatum eſſe ꝓponatur. Et gñaliter dicendũ eſt ex quibus cauſis furti actio cõpetit in re clam facta: ex eiſdem cauſis oẽs habere hanc actionem ᵒ.

h ¶ Sane. Jn hac actione. ſcz vi bonorũ raptorum.

i ¶ Jn bonis. Jd eſt in dñio. ff. ð acqui. re. do. l. rẽ in bo. et. l. ſtatuas. ⁊. ff. de verbo. ſig. l. bonoꝝ appellatio. Uel ſi etiã bona fide poſſideantur idem eſt.

Rẽ eſſe i bonis et ex bonis diſferunt.

k ¶ Ex bonis ſit. Ut aliquod ius hsbeat: vt ſtatim per exempla probat.

l ¶ Hec actio. ſcz vi bono. rapit.

m ¶ Depoſita. Promiſſa cuſtodia a ðpoſitario. vt. ӡ. titu. j. §. pe. Uel ẽt ꝯmiſit culpã. vt ſequit̃. † Uel etiã ſi p̃ciũ accepit depoſitionis: nõ tñ quaſi mercede: tenet̃ vt. ff. e. l. ij. §. dicet aliq̇s. alioq̇n eẽt locatio. vt. ӡ. mã. §. fina. Additio. Dic. vt habet̃ in. l. naturalis. §. ij. ff. de pſcrip. ver. ⁊ facit. l. j. §. ſi quis ſeruũ. ff. depo. Ange.

† Dicqz ſi ꝯmiſiſ ſet ⁊ elſi nõ h̃ret actiõnẽ furti: nec aliã actionẽ. nec ex ſi probitate ſua cõſequet̃ actionẽ vt not. i di. §. pe. ⁊ facit. l. itaqz. ff. de furt. Ange.

n ¶ Dñium. i. dñij eſtimationẽ. vt. ff. quod me. cau. l. ſi mulier. §. qui poſſeſſionẽ. vt. ff. vti. poſ. l. pe. §. fina.

o ¶ Hanc actionẽ. facit. ff. vi bo. rap. l. ij. §. gñaliter.

¶ De lege aquilia.

¶ Qui occidit ſuũ alienũ vel pecudẽ alienã: tenet̃ ex p̃io capite legis aq̇lie ad ei⁹ eſtimationẽ q̇ꝯti plur᷑ fuerit ab ãno retro Et pecudis appellatione ꝯtinẽtur animalia demeſtica que gregatĩ paſcuntur.

Damni iiurie actõ ᵖ conſtituitur per legem aquiliam.

¶ De lege aq̇lia. ¶ Poſt maleficiũ rapie ſeq̃t̃ ð dãno q̇ð ꝑ legẽ aquiliã punit̃. Accurſius

Damni. ¶ Tot⁹ iſte tit. diuidit̃ i duas ꝑtes. Et p̃mo tractat ð p̃io capite l. aq̃. Sc̃ðo tractat de tertio capite. Sc̃ða ibi: capite tertio. Jtẽ p̃ma ſb diuidit̃. Q᷑ primo ponit v̄ba p̃mi capit᷑. l. aq̃l. Sc̃ðo illa iterp̃tat̃. Sc̃ða ibi: q̇ð aũt nõ p̃cipſe. Jtez ſc̃ða p̃ncipalis ſubdiuidit̃ i duas ꝑtes. Nã p̃mo põit v̄ba. ſc̃ðo interp̃tat̃. ſecũda ibi: itaqz ſi quis.

¶ Damni iiurie Caſus. ¶ Hic pone ſic caſũ. Si aliquis mihi dederit damnum ꝑ iuriaz ad damnuz iſtud puniendum conſtituitur actio per l. aquil. Et ſciendum eſt ꝙ legis aquil. tria ſunt capita. videndum eſt ergo de primo capite. Jn primo autem capite eſt cautum vt ſi aliquis ſeruum alienum alienamve quadrupedẽ que in pecudum numero ſit iniuria occiderit quanti precij ea res in anno proximo preterito fuerit tantum domino dare condemnetur. ⁊. h. d.

p ¶ Damni iniurie actio. i. actio legis aquilie q̃ conpetit ꝓ damno dato. i. deſtructione alicuius rei facta. (l) Nam ſic ðr damnuz diminutio patrimonij. vt ff. de dã. infec. l. iij. ſi autẽ rem alterius ſurriperes: lz videaris damnũ inferre. tñ non infers tale ꝙ ꝑ hũc ti. tenearis ſz actione furti. vt. ff. eo. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi oliuã. et. §. idẽ et in ſilua. Additio. (l) Nota differentiã inter actionem furti vel bonoꝝ raptoꝝ ⁊ hanc. q᷑ actio furti vel bonoꝝ raptoruz competit qñ rem meam tecum appoꝛtas: ſecus qñ occidis vel deſtruis: quia tũc competit hec actio: licet vtroqz modo ſit damnum: et ſic diminutio patrimonij: quod bene not. Angelus.

Cuius primo capite[a] cautū eſt: vt ſi quis alienū hominē alienā ve quadrupede que pecudū nūero ſit iīuria[b] occiderit[c]: q̄ti ea res ī eo āno[d] plurimi[e] fuerit tm̄ dn̄o[f] dare dānet. ¶ Quod aūt nō preciſe de quadrupede: ſed de ea tantū q̄ pecudū numero eſt cauetur: eo ptinet: vt neq̧ de feris beſtijs: neq̧ de canib⁹ cautum eſſe intelligamus: ſed de his tantū q̄ gregatī ppīe paſci dicunt̄ quales ſūt equi/muli/aſini/oues boues/capre. De ſuib⁹ quoq̧ idē placuit. nā et ſues pecudū appellatione continētur: q̄ꝛ ⁊ hi gregatim[g] paſcūtur. Sic deniq̧ ⁊ homerus in odiſſea ait. ¶ Sicut diuus heli⁹ marcian⁹ ī ſuis cōſtitutionibus refert[h]. κλαυγηδασ πετοσ ωρτο συων αυλιζομεν αων.

¶ Quo ad legem aquiliam iniuria dicitur occidiſſe qui dolum vel culpā cōmiſit occidēdo: qm̄ in actione legis aq̄lie venit leuiſſima culpa. Caſus ꝓ occidētē excuſat

¶ Iniuria[i] aūt occidere intelligitur q̄ nullo iure occidit. Itaq̧ qui latronem[k] inſidiatorem occiderit: nō tenetur vtiq̧ ſi aliter piculū effugere nō poteſt. Ac nec is q̄dem hac lege tenetur qui caſu occidit: ſi modo culpa ei⁹ nulla īueniatur. nā alioq̄n[l] nō[m] minus ex dolo q̄ꝫ ex culpa quiſq̧ hac lege tenetur. ¶ Itaq̧ ſi q̄s du iaculis ludit/vel exercitatur/trāſeuntem ſeruū tuum traiecerit diſtinguitur[n]. Nā ſi id a milite in campo eo vbi ſolitum eſt exercitari admiſſum eſt nulla[o] culpa ei⁹ itelligit̄ Si alius tale quid amiſit culpe reus[p] eſt. Idē iuris ē de milite ſi ī alio loco q̄ꝫ q̄ ad exercitandū militibus deſtinatus eſt. id admiſerit.

a ¶ Primo capite. habebat enim hec tria capita ſine capitula. ⁊ de primo capite dicitur hic. Scd̄m autē non eſt in vſu. De tertio dicitur. j. e. §. caput t̄m. et §. capite tertio. et. ff. e. l. ij. Accurſius.
b ¶ Iniuria. i. non iure. vt. j. eo. §. iniuria.
c ¶ Occiderit. Nota occiderit: nā ſi alio modo leſerit ex tertio capite agitur. vt. j. eo. §. capite tertio.
d ¶ I eo āno Scꝫ preterito.
e ¶ Plurimi. habita eſtimatione: nō affectione ſingulorꝝ ſed cōi eſtimatiōe. vt ff. e. ſi ſuū meū.
f ¶ Domino. vt. ff. e. l. itē mela. §. legiſ. vel quaſi dn̄o: vt fructuario. vt̄ alij qui habet ius in re. vt ff. eo. itē mela. §. fi. l. ſequen.
¶ Quod aūt nō p̄ciū ⁊c. Caſus. ¶ Poſitis materialiter ꝟbis gallii aq̄lij. q̄ aliquātulū ſunt obſcura intēdit impe. verba illa per ordinem exponere ⁊ primo ponit q̄re non ſufficit ſibi dicere p̄ciſe ſi quis hoīem alienum alienā ve q̄drupedem occiderit: ſed adiecit q̄ in pecudū numero ſit: hoc em̄ adiecit ad ſignificandum ꝙ ſi aliquis occiderit vrſum meū. vel leonē vel aliā ferā beſtiam ꝙ nō debeat puniri p primū caput. l. aqui. eo ꝙ non ſūt de numero pecudū illaꝝ que gregatim paſcunt̄. i. in paſcuis cuſtodiunt̄ ſicut eq̄: muli: oues ⁊ boues capre ⁊ ſilia. Sed dn̄e de ſuib⁹ q̄d dicemus continentur ne ſub pecudū numero? Et rn̄. di. ꝙ ſic. quia gregatim paſcuntur. et hoc confirmatur per auctoritatem antiquorum dicens ꝙ ſic voluerūt. homerus. Elius et Marcianus.
g ¶ Gregatim paſcuntur. Facit. ff. de lega. iij. l. legatis ſeruis. §. pecoribus.
h ¶ Refert. Iſtud carmē grecum ex odiſſea homeri depromptū. ſ. Clāgi daſpetos ortos ſyon aſlizomenaon latine exponit̄ per hec verba: gronitus autē ingens excitabatur ſuū ſtabulantiū. Clāgi em̄ eſt grūnitus daſpetos. i. autem ingens. Eſt em̄ ibi vna colliſio vocaliū in qua hec particula autē includit̄. ortos excitabat̄ ſyon. i. ſuū ſiue porcoꝝ aſlizomenaon. i. ſtabulantiū. ſiue qui ſimul in ſtabulo includebantur: q̄d raro fit in animalibus diuerſi paſtus.
¶ Iniuria aūt. Caſus. ¶ Exponit' iu. illō ꝟbū poſitū prius iniuria occiderit di. ꝙ ille iniuria occidit q̄ nullo iure occidit: ⁊ manifeſtat p exēplo qualiter quis poteſt iure occidere. quia hoc videtur alicui dubiū. Vn̄ di. Si em̄ ſeruū meū latronē diurnū: dū tm̄ telo ſe defenderet q̄s occiderit iure pmittēte eū occidere videtur. ⁊ ideo non tenet̄. ⁊ hoc intellige ita ſi nō poſſit occiſor alio modo euadere piculū. Idē di. de eo qui caſu occidit ſeruū alienū ſi nō fuerit in culpa et dolo: et de hoc ponit̄ tale exēplū. Quidā milites ludebant cū iaculis in campo eis deputato ad ſe exercitandum: ſi ſeruus alien⁹ ibi trāſitū fecerit ad ludū reſpiciendū cū tm̄ eius nō interſit. ſi eū aliq̄s militū ſe exercitātiū traiecerit nō itelligitur miles eſſe in culpa: ⁊ iō non tenetur. Si aūt aliq̄s priuatus hoc fecerit cuius nō intereat traiicere culpe reus eſt. ⁊ nō tenet̄ ex primo capite. l. aqui. eodē modo ſi alio loco q̄ꝫ in loco militibus ad ſe exercitandum deſtinato hoc fecerit culpe reus eſt ⁊ tenebitur. h. d.
i ¶ Iniuria. Facit. ff. eo. ſed ⁊ ſi quecunq̧. §. iniuria. Additio. Ex quo tex. not. differentiā inter hanc actionē ⁊ actionē iniuriarū: q̄ꝛ in illa nō ſufficit culpa: ſed req̄rit̄ ꝯtumelia ⁊ dol⁹. ē ⁊ alia dr̄ia: q̄ꝛ hac agit̄ ad dānū: ſꝫ in actiōe iniuriaꝝ agit̄ ad vidictā. ⁊ ſapit inſtar cāe crial̄. vt. ff. ō iiu. l. p̄tor edixit. §. j.
k ¶ Latronē. ſ. diurnū: vt tm̄ clamet ⁊ ſi nō defēdat: ſꝫ furē ēt ſi ſe nō defēdat: vt ħ ſubijcit̄. ff. eo. l. iiij. Ac. Addi. Sꝫ hoc ē ꝯ. l. furē. ff. de ſicca. Vn̄ dic ꝙ ē dr̄ia int̄ inſidiatorē: latronē: ⁊ furē. vt in aut. vt nulli iud. §. pe. q̄ꝛ latronē inſidiatorē itineris poſſū occidē indiſtincte vt. l. iij. ff. e. facit. l. i. ⁊. ij. C. qn̄ li. ſe. ſi. iud. vi. Si autē ſit fur: tūc dꝫ diſtingui. Aut ē diurn⁹ ⁊ tūc ſi pōt capi vl̄ a dāno euadi nō dꝫ interfici. Nocturnū aūt lꝫ occidere: ſi interficiens non poſſit ei parcere ſine piculo ſuo. vt dicit textus in. l. furem. ff. de ſicca.
l ¶ Alioquin. Si culpa interueniat.
m ¶ Nō min⁹. i. nō pl⁹ ex dolo q̄ꝫ ex culpa. cū etiā leuiſſima culpa in hāc actionē veniat. vt. ff. e. l. in le. ij. (f) Vel ppē lege: ⁊ ꝯuerte lrām nō min⁹ ⁊c. i. nō min⁹ ex culpa q̄ꝫ ex dolo. ſic ⁊ als. ff. de pac. l. iuriſgē. §. pactoꝝ ⁊. C. de ſe. nup. l. cū aptiſſime. ⁊. ff. ō p̄g. paul⁹. §. dom⁹ ⁊ ē figura hyp̄batō ſ̄ꝫ io. Addi. (f) Pone exēplū ſ̄ꝫ Ol. leuiſſima ſi tici⁹ aggredit̄ te/tu reſiſtiſ. venit ali⁹ addiuidēdū vos: ⁊ tu reſiſtēdo volēs pcutere aggreſſorē pcuſſiſti mediatorē tenerꝫ. vt. l. ſciaꝫ. §. q̄ cū aliī. ff. e. An.
n ¶ Diſtinguit̄. Vtꝝ ꝯmiſerit dolo vl̄ culpa vl̄ nō.
o ¶ Nulla culpa. Niſi data opa factū eſt vt. ff. eo. l. item ſi obſtetrix. in fi. ⁊. l. nam ſicut.
p ¶ Re⁹ ē. q̄ꝛ hoc nō ē ei deputatū. ar. in aut. vt hi q̄

Greci expō.

Fur nocturnus occidi pōt: ſed nō diurnus.

ob.ha.ſe per.res mi.§.ſi in vero tacuit.colla.vj.et.ff.
eo.l.idem iuris.in fine.

Itē ſi puta. Caſus. Hic ponit aliud exemplū in quo ſi in culpa fuerit qui hoiem occiderit.tenet.l.aql. ſi aūt eū ſine culpa occiderit nō tenet.⁊ eſt exēplū ta: le.Quidā putator ex arbore deiecto ramo ſeruū alicu ius interfecit.vñ quid iuris i iſto caſu ſit qrit.⁊ rñdet q diſtinguit.q: āt illō factū eſt ppe viā publicā.aut ppe viā vicinalē: ⁊ tūc ſi nō pclamauit vr eſſe i culpa et tenet:ſi aūt pclamauit⁊ q traſi bat hoc nō obſtā te pceſſit ⁊ ſibi pcauere noluit:tūc putator eē culpā eſt ⁊ non tenetur. Idē dico ſi ppe locū aliquē vbi nō erat ius ꝯuerſādi vel trāſeūdi:ramo ex arbore deiecto putator ſeruū ali cuius ibidē tranſ euntē occiderit.q: tūc qꝫ non pcla mauerit extra cul pā eſt.niſi de do lo putatoris cōſti terit quē cū vide: rit tñ non pclama uit. In iſto tñ ca. ſemper pſumēdū eſt p putatore.ſ. eū eē extra culpā et dolū.niſi dolus poſſet pbari.⁊ ſic intellige qō h ō. a Itē.Puta:

Ex qualitate loci iudicat danū datū dolo vl culpa icī dēti.h.d.Vel ſic.In putāte dr adeſſe culpa qn diligētia potuit prouidere et nō fecit

Itē ſi putator ex arbore deiecto ramo ſeruū tuū trāſ eūtē occiderit ſi ppe viā pu blicā aut vicinale id factū ē: neq pclamauit vt caſus eui tari poſſit: culpe re⁹ eſt:ſꝫ ſi pclamauit nec ille curauit precauere:extra culpam eſt putator.Eq extra culpā eē i telligit ſi ſeorſū avia forte vl i medio fūdo cedebat: lꝫ nō pclamauit:q: i eo loco nlli extraneo ius fuerat pſandi

Si medic⁹ ſerui curatio ne reliqrit:aut iperite cura uerit:lege aqlia tenet.Are.

Preterea ſi medicus q ſuū tuū ſecuit dreliqt curationē ei⁹:⁊ ob id mort⁹ fuerit ſu⁹ cupe re⁹ erit. Impitia q culpe ānumerat:veluti ſi me dic⁹ iō ſuū tuū occiderit:q: male eū ſecuerit:aut pperā ei medicamentū dederit.

Putator. tor.i.qui putat vites i arborib⁹ poſitas.vt in quibuſdā terris ſūt vel etiā ipſas arbores.nā ⁊ arbores putant.
b Lꝫ nō pclamauit.niſi forte dolo.vt.ff.e.ſi putator
Preterea ſi medi. Caſus. Adhuc no.bonū aliud exēplū in quo ſi aliqs ſeruū alicuius occiderit:ſi fue rit in culpa tenebit.ſi aūt nō fuerit in culpa nō tenebit Si eñ medicus ſeruū tuū ſecuit.⁊poſtea curationem ei⁹ reliqt ⁊ ſeruus tu⁹ mortuus ē in culpa ē medic⁹ ⁊ iō tenebit.⁊ idē erit ſi iperite eū ſecuit: ⁊ ppt hoc mor: tu⁹ ē i culpa ei ē.⁊ iō tenet.ipitia ei culpe ānueret.⁊.h.d.
c Preterea. Imperitia.facit.ff.de regu.iur.l.impe ritia.et.ff.loca.ſi quis fundū.§.celſus.et.§.ſi quis vitu los.⁊.ff.ō ſuſpec.tu.l.tutor quoqꝫ.§.finali. Additio. In iſto caſu medicus nō tenet de ſicca.q: illa lex reqrit do lum.vt.l.j.C.de ſicca.iuncta.l.in lege.ff.eo.tit. Additio Et not.ſingulariter.ll.p glo.allegatas.q: pbant nō tm̄ in litteratis:ſꝫ in hoib⁹ aliqō artificiū pfitētib⁹.q: aſſe: rere vſrir ſe pitos i illo miniſterio.Et ſic ipitia aſcribit culpe ēt vſqꝫ ad capraꝝ vel vituloꝝ cuſtodē.Aretin⁹.

Impetu quoqꝫ. Caſus. Habebas mulionē quē: dam qui ſeruū tuū impetu mularuꝫ quas propter im peritiam retinere non potuit oppreſſit.vñ mulio iſte i culpa eſt.⁊ ideo tenet.Si aūt ppter infirmitatem eas retinere nō potuit.alius tñ bñ eas retinuiſſet adhuc in culpa eſt ⁊ tenet.idem iuris eſt in eo qui aſcēdit equū tuum:⁊ ppter imperitiā vel infirmitatē eū retinere nō potuit.⁊ equus ſeruuꝫ alicuius ꝯpreſſerit eque tenet. Si autē ſatis fortis fuit mulio.ſi tñ aliquo ca.fortuito per mulas quas ducebat vel equū quem aſcendebat ſeruus alicui⁹ oppreſſus fuerit nō tenet:attñ infirmi tas vel imperitia alicuius nulli dꝫ eſſe dānoſa.h.d.
d Impetu. Infirmitatē.non enim debet infir: mitateꝫ ſuā in al: terius leſionē cō uertē.vt.ff.eo.idē iuris.⁊c Addit. Dic hoc veruꝫ in infirmitate anu: qua.Naꝫ ſecus ſi in itinere ſuperue nerat infirmitas: quia nō tenet cū non fuerit in cul: pa.vt.l.ſi ex pla: gis.§.in cliuo.ff. eo.Aretinus.

Si mul⁹ vel equus ppt impitiā vel ibecillitatē muli onis vl eqtantis ſuū alteri⁹ occiderit: tenet mulio vl eq tās lege aqlia.h.d. Aretin⁹

Impetu qꝫ mularꝫ quas mulio ppt ipitiā retinē nō potuit:ſi ſeru⁹ tu⁹ oppſſus fuerit culpe re⁹ ē mulio.Sꝫ etſi ppt īfirmitatē eas reti nere nō potuerit:cū ali⁹ fir: mior eas retinē potuiſſet:eq culpe tenet. Eadā placuerūt de eo qꝫ qui cū equo vehe ret:impetū ei⁹ aut ppt īfir mitatē:aut ppter imperitiā ſuā retinere non potuerit.

e Veheretur Puta in reda:vl vehiculo:vel etiā ipſo equo. Additio Intelligas tamē illum tex.qn talia aialia dant dānū fm naturā ſui ge neris.Si aūt con tra naturam ſuaꝫ agit actione in fa ctuꝫ de paupie.vt ff.ſi qdrupes pau pe.feciſ.dica.l.j.§. itaqꝫ. Aretinus.

Actio legis aqlie pena lis:q: eſtimat:qnātiplurimi valuerit ab anno retro:⁊ iō nō trāſit ꝯtra heredes. Ar.

His aūt vbis legis quāti id i eo āno plurimi fuerit/ illa ſnia exprimit:vt ſi q ſho minē tuū q hodie claudus/ aut mācus aut luſc⁹ erit oc: ciderit qui in eo anno integer aut pcioſus fuerit:nō tāti te neat qꝫti hodie erit: ſed qꝫti

His aūt verbis. Caſus. Expoſitis duobus ver: bis poſitis.§.in pn.hic exponit tertiū mēbruꝫ.l.hoc qō dictum eſt in quāti ibi eo anno plurimi fuerit.di.q hic nichil aliud eſt dictū.niſi q ſi aliquis interfecerit ſeruū tuum ſi eo die quo interfecerit fuerit luſcus vel man: cus.in anno tñ pximo pterito fuit integer.pcio ſuo val de q eo tēpore occiſus fuerit tenet quanti in anno p ximo pterito plurimi fuerit.⁊ non quanti in eo die quo occiſus fuerit.⁊ ideo dr hec actio penalis de ſui primi: tiua natura q: obligat delinquentē nō tanti quanti dā num datū eſt:ſed aliqñ longe pluris.Et ppterea etiā in heredē non dat:in eum aūt daret:niſi vltra damnū litis eſtimaret.h.d.Et caue q: quidaꝫ volunt dicere q q hec actio de ſui pmitiua natura non eſt penalis.ſed penalis ſolum.Dominus aūt Gui.dicit hanc eſſe pe: nalem de ſui primitiua natura:ſicut ſatis poteſt pbari per lrām: iſtam penaleꝫ autē dicit eam eſſe:verum eſt dicit ipſe in duplum.q autē duplum preſtetur in hac actione hoc contingit per inficiationem et ſic eſt pena: bilis in duplum et in penali de ſui primitiua natura ſemper intellige.
f His aū Quāt i id in eo anno.materialit hec ver ba ponunt.⁊ habes ea.§.eodem titulo.in pinci.

in eo anno plurimi fuerit. Qua rōne creditū ē penalē eē hui⁹ legis actionē: q2 nō ſolū tāti quiſq3 obligat' q̄tū dānū dederit: ſed aliqn̄ lōge pluris. Ideoq3 ꝯſtat inhere dē eā actionē non trāſire[a] q̄ trāſitura fuiſſet: ſi vltra dānū nunq3 lis eſtimaretur[b].

¶ In actiōe legis aqlie nō ſolū venit eſtiatio rei: ſ3 etiā eſtiatio extra rē. h.d. Are.

¶ Illud nō ex ṽbis legis: ſ3 ex interp̄tatione placuit: nō ſolū perēpti corporis ſtimationē habendā eſſe ſm ea q̄ diximus[c]: ſed eo ampli⁹ q̄cq̄d p̄ter eā pempto eo corpe dāni vobis illatū fuerit: veluti ſi ſeruū tuū heredē ab aliquo inſtitutū antea q̄s occiderit q̄3 is iuſſu tuo hereditatē adierit: nā hereditat3[d] q̄q3 amiſſe rationē eſſe habendā ꝯſtat. Item ſi ex pari mulaꝝ vnā: vl' ex quadrigis equoꝝ vnū quis occiderit: vl' ex comedis[e] vnus ſeruus occiſus fuerit: nō ſolū occiſi fit eſtimatio: ſ3 eo amplius id quoq3 cōputatur q̄3ti depreciati ſunt qui ſuperſunt[f]

¶ Actio leg3 aqlie nō ſolū ciuiliter: ſ3 etiā criminaliter pōt intentari. h.d. Aretin⁹.

¶ Liberū aūt eſt ei cui⁹ ſeruus occiſus fuerit: ⁊ ex iudicio p̄uato legis aqlie dānū ꝓſequi: ⁊ capitalis crimis[h] eū reū facere. Caput ſcd̄m legis aqlie in vſu non eſt.

¶ Ex tertio capite legis aqlie cōpetit actio ꝓ alio damno q̄3 mortis illatione: ⁊ pro oi re: in qua citra mortē dānū datū ſit. Et fit eſtimatio quāti plurimi fuit a. xxx. diebus ſupra. Aretinus.

¶ Capite tertio de oī cetero damno[i] cauetur. Itaq3 ſi quis ſeruum vel eam quadrupedē que pecudum numero ē vulnerauerit: ſiue eā quadrupedem que pecudū numero non eſt veluti canē aut feram beſtiam vulnerauerit: aut occiderit hoc capite actio conſtituitur. In ceteris quoq3 omnibus animalibus. Item in oībus rebusque anima carent: damnum per iniuriam datum: hac parte vendicatur. Si quidem enim vſum aut ru=

a ¶ Non tranſire. Niſi ex dāno locupletior factus eſſet. vt. ff. eo. inde ne: atius. §. hanc actionem.

b ¶ Eſtimaret. Opponitur de eo qui hodie plurimi fuerit q̄3 olim: et occiſus eſt ab aliquo. Nam non videtur in hoc caſu eſſe penalis hec actio: ergo videt' trāſire debere in hoc caſu ad heredes. Sed non ſequitur: licet enim reperiatur in hoc caſu ꝙ nō ſit penalis: tamen non eſt apta nata: vt trāſire debeat: vt in hoc exēplo. aliquis non videt vel non videt actualiter: tamen eſt aptus videre vel videre naturaliter. vt arg. ff. de aqua quotidia. et eſti. l. j. §. quotidiana. et. ff. de flu. l. j. §. item fluminu3

Additio. Et ſic inſpicimus propriā et p̄imeuam naturam actionis. Et ſm illā iudicamus non autem ſm accidentalem. facit quod no. glo. in. l. ſi creditor. ff. de lega. j. quando actu ſubrogatur: ⁊ capit naturam alterius intelligitur ſm naturam ordinariam ⁊ propriā et primeuā quod notat.

¶ Illud non ex ṽbis leg3. Caſus. ¶ Scire debetis ꝙ nō ex verbis legis ſed ex interp̄tatione eſt. vt ſi aliquis ſeruū meū occiderit iiuri. nō ſolum act. l. fiet eſtimatio ſerui pempti ſm q̄d iā dictū eſt: ſed ⁊ ols dāni michi in ſeruitio meo ꝑ illud corpus occiſū dati in aliis rebus meis: veluti ſi ſeruus meus iſtitutus fuerit heres ⁊ anteq̄3 hereditatē adiret ab aliquo fuerit occiſus. non ſolū corporis mei ſerui fiet eſtimatio: ſed hereditatis amiſſe eſt hn̄da rō. Ad hoc ēt adiungere poſſū multa alia exēpla. Si enim ex vno pari mulaꝝ vna occiſa fuerit: vel ſi ex quadrigis equoꝝ vnus occiſus fuerit: vel ex comedis vnus occiſus fuerit non ſolū eſtimatio corporis eſt habenda. ſed ſi ꝑ vnius mortem alter vel altera minus vtilis facta vel fact⁹ fuerit totius illius damni ratio eſt habenda. h.d.

c ¶ Illud. Diximus. per totum hunc titulum.

d ¶ Nam hereditatis. In lege ei aquilia dānū ꝯſeq̄mur ⁊ amiſiſſe dicimur q̄d aut ꝯſequi potuim⁹: aut erogare cogimur. vt. ff. eo. l. proinde. et. l. ſi ſeruum occidiſti. et. l. ſi ſeruum meum.

e ¶ Vel ex comedis. q̄ cātabant de comedia ⁊ vnus ſine altero cantare neſciebat.

f ¶ Qui ſuperſunt. Facit argumentum cōtra. ff. de ac. emp. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ‡ et de periculo et commodo rei vendi. l. finali.

¶ Liberum. Caſus. ¶ In iſto. §. vl. dicit iuſt. ꝙ ſm q̄d iam dictū eſt ſi ſeruus meus iniuria iam occiſus fuerit ſi voluero ꝯ eū agere ad ꝓſequendū dānū michi datū in ſeruo meo occiſo poſſū hoc facere actio. l. aquil. ex p̄mo capite. poſſum ēt ſi voluero criminal'r ꝯ eū agere vel poſſū eū accuſare. l. cor. de ſic. ⁊ hoc itellige ſi doloſe eū occiderit. ſec⁹ aūt eſt ſi ſolū fuerit in culpa occiſor. ⁊ hoc dicit.

¶ Caput ſcd̄3 ⁊c. dixi iu. Dn̄e ſatis vidi de p̄mo capite. mō dicatis de ſcd̄o capite. Etrn̄. Frater caput ſcd̄3 in vſu nō ē. ⁊. h.d.

g ¶ Dānū. ſ. q̄3ti fuerit in āno retro. vt. ſ. eo. in p̄n.

h ¶ Capitalis criminis. Sc3 legis cornelie de ſiccariis. vt. ff. e. l. inde neraci⁹. §. ſ3 ſi dolo ſeruus. ⁊. §. ſed et ſi. Nā et ꝓ ſuo occiſo ea. l. agit' vt ꝓ libero. vt. ff. ad l. cor. de ſic. l. j. §. j. donec tn̄ agit' vna nō poterit agi reliq. vt. ff. d publi. iudi. l. iiij. ⁊. ff. vi bo. ra. l. j. §. j. ſ3 pacto vno aget reliq. vt C. qn̄ ciuilis actio p̄iu. crimi. l. j. et. ff. vi bo. rap. l. ij. §. j.

¶ Capite tertio Caſus. ¶ Supra vidi de capite primo ⁊ ſcd̄o reſtat videre de tertio capite. Et ſcire debes ꝙ in tertio capite tertio cauet' de oī dāno de quo nō eſt cautum in capite p̄mo. Vn̄ tertiū caput locū h3 cum aliquis ſeruū vel quadrupedē illam que pecudum numero eſt vulnerauerit vel occiderit: et ſic caue tibi: q2 mors venit in iſto capite tertio ſicut in primo: ſed non in illis animalibus in quibus venit in primo. Item dānum iniuria datū in certis aīalibus et in certis rebus inanimatis hoc tertio capite vindicat' vn̄ ſi quid fuerit ruptum vel fractū vſtum vel ceſum actio ex hoc capite conſtituitur. Scire tn̄ debes ꝙ plura verba hic poſuerunt iuris cōditores q̄3 neceſſe fuerit. Omnia enī verbo rupti contineri potuerunt. Adhuc etiam ſcire debetis ꝙ ſi aliquis in alienum vinū vel oleum aliquid miſcuerit per quod natura vini vel olei corrumpatur. hoc tertio capite. l. aquil. tenetur. ⁊. h.d.

i ¶ Capite. Cetero damno. quod. ſc3 nō continetur in p̄mo capite. vt. ſ. eo. in prin.

‡ Solue ꝙ tibi in ꝯtu: h indelicto in q̄ venit oē intereſſe. vt. ff. de furt. l. in ficiādo. §. j. et ibi. Bart. ff. de cōdi. furti. l. iij. et. ff. de vi et vi ar. l. j interdicto. ⁊ ad iſtū tex. facit. l. apud iuliānū. §. j. ff. de le. j vbi poſt mortē: ⁊ ſic poſt delictu3 hereſte net' non ſolu3 ad ſeruum mortuū ſ3 ēt ad hereditatē in q̄ erat iſtitutus. l. ſi ſuu3. ff. d ṽb. oblig. in p̄nci.

ptum. aut fractnm fuerit; actio ex hoc capite ꝯſtituit ꝗꝫ ꝗꝫ poterit ſola rupti [a] appellatio i oẽs iſtas cauſas ſufficere[b]. Ruptum enim itelligitur quoquo modo corruptum eſt. Unde non ſolum fracta aut vſta: ſed etiam. ſciſſa et colliſa et effuſa et quoquo modo perempta: atqꝫ deteriora facta hoc verbo cõtinẽtur. Deniqꝫ reſpõſum eſt: ſi quis in alienum vinum aut oleum idmiſcuerit quo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur: ex hac parte leg. aqlie eũ teneri. Illud palam eſt: ſicut ex primo capite ita demũ quiſqꝫ tenetur ſi dolo aut culpa[c] eius homo: aut quadrupes occiſus occiſa ve fuerit: ita ex hoc [d] capite ꝺ dolo aut: culpa: ⁊ de cetero dãno[e] quẽqꝫ teneri. ¶ Ex hoc tamen capite non quanti in eo anno: ſꝫ quanti in diebus. xxx[f] proximis res fuerit: obligatur is qui damnum dederit At[g] nec plurimi quidẽ verbum adiicitur. Sed ſabino recte placuit perinde habẽdam eſtimationem: ac ſi etiã hac pte plurimi verbum adiectũ fuiſſet: nam plebem romanã[h] que aquilio tribuno interrogãte hanc legem tulit contẽtam fuiſſe: ꝙ prima parte[i] eo verbo vſa eſt.

¶ Dãnũ datũ ꝺ corpe i corpus purgatur per directaꝫ actionem. legis aquilie. Sꝫ ſi dat de non corpore in corpus habet locum vtilis actio Sed ſi ex nõ corpe i nõ corpus damnũ datu ſit: habet locum actio in factum. Are

¶ Ceterũ placuit ita demũ directã ex hac lege actionẽ eſſe ſi quis ꝑcipue corpore ſuo damnũ dederit. Ideoqꝫ in eum qui alio modo damnũ dederit: vtiles actiones dari ſolẽt veluti ſi quis hominẽ alienũ aut pecus ita i clauſerit vt fame necaretur: aut iumẽtũ ita vehemẽter egerit vt rũperetur: aut pecus i tm̃ exagitauerit vt precipitaret: aut ſi quis alieno ſeruo pſuaſerit vt in arborẽ aſcẽderet vl' in puteũ deſcẽderet: et is aſcendendo vel deſcẽdendo: aut mortuus [k] aut aliqua parte corporis leſ[us] fuerit: vtilis actio[l] i eũ datur. Sꝫ ſi qs alienũ ſuũ aut de ponte aut de ripa in flumẽ deiecerit: ⁊ is ſuffocatus fuerit eo ꝙ ꝓiecit: corpe ſuo dãnũ dediſſe nõ difficulter[m] itelligi pt: ideoqꝫ ipſa lege

a ¶ Rupti. quod verbum eſt legis tertij capitis.
b ¶ Sufficere. Sed nõ eſt nouum: vt ſpecialiter quibuſdam enumeratis generaliter ſubijciatur verbum in ꝗ ſingula ꝯplectãt. vt. ff. e. ſi ſuus ſeruũ. §. l quit lex.
¶ Illud palã. Caſus. ¶ Sicut i occiſiõe de ꝗ in ꝑmo capite tractat p. l. aql. pena iponit ſi dolo vel culpa facta fuerit occiſio: et alr̃ nõ. Silr̃ et hoc nõ debẽt puniri ꝓpt dãnũ datũ de ꝗ in tͣio capite tractat: niſi dolo vel culpa hoc fcm̃ fuerit. ⁊. h. d. hoc tͣ capite ⁊c. Scire debetꝫ ꝙ i ꝑmo capite punit occiſor tanti quãti i plurimi fuerit i anno retro. ſꝫ i tͣio capite fit eſtimatiõ ꝗti plurimi fuerit in xxx. dieb[us] retro: ⁊ nõ repit hec dictiõ plrimi i hoc tͣio capite. ſufficit ei cãꝫ eẽ poſitã i ꝑmo capite. Intelligit ei hec dictio ꝗꝫ plrimi ⁊c. i primo capite poſita i tͣio repetita. h. d. Sub iſto §. ꝗri ſolet cõiter: ⁊ ẽt i gl. de hoc fit mẽtio ꝗre min[us] ſpaciũ i tͣio capite ꝗꝫ i prio appõit. Ad hãc qõnẽ rñdebat Jo. di. ꝙ hãc qõnẽ ſoluit appollo. et habes no. ff. e. l. j. dñs aũt Azo dicebat ꝙ ꝑmo capite tenet qs ſolũ mõ ꝓpter ſuũ occiſũ vl' ꝗdrupedẽ. ſꝫ i tͣio capite tenet qs ꝓpter ſuũ vl' ꝗdrupedeꝫ vulneratũ. ꝓpter ea ꝗ ꝑmo capite delinꝗt. ꝗui[us] delinꝗt ⁊ ꝗui[us] punit. Cõtra hoc ãt ẽ ꝙ nõ ſolũ ꝓpt aĩalia occiſa tenet qs primo capite: ſꝫ ẽt tertio. vt ꝓpt aĩalia ꝗ ſũt de nũero pecudũ. Sꝫ ad hoc pt dici ꝙ plus delinꝗt ꝗ hoiez occidit ꝗ ad imaginẽ dei fact[us] ẽ: ꝗꝫ ꝗ aliꝺ aĩal. ⁊ ẽt pl[us] delinꝗt ꝗ aĩal occidit qꝺ de pecudũ nũero ẽ ꝗꝫ ꝗ aliꝺ aĩal ſicuti canẽ vl' ferã beſtiã. Tales ãt ſũt ꝗ prio capite tenent. ⁊ iõ pl[us] puniri debẽt.
c ¶ Culpa. ẽt leuiſſĩa. vt. ff. e. l. i lege i aql. ⁊ leuiſſima
d ¶ Ex hoc. ſ. tͣio qꝺ ẽ loco ſcꝺi. (al'ſñ. vt. ſ. e. §. iiuria
e ¶ Damno. i. dãno dato in ceteris rebus.
f ¶ xxx. Sꝫ ꝗre min[us] ſpaciũ i tͣio capite ꝗꝫ i prio appõit? Rñ. qꝛ i prio ꝗui[us] deliꝗt: ⁊ iõ grauius punit: vt ff. de off. pre. l. diuus et melius facit lex precedens.
g ¶ At nec plurimi quidem verbum adijcitur. i. non eſt poſitum in hoc tertio capite.

h ¶ Plebem romanam. ergo ꝑ lebiſcitũ quod eſt verum. vt. ff. eo. l. j. et. ſ. de iu. na. §. plebiſcitum.
i ¶ Prima parte. Que eẽ in ꝑrationib[us] dicũt in ꝯtctibus repetita eẽ credũt. vt. ff. ꝺ ꝟb. obli. l. tertia. §. ide rñdeo. ⁊. l. ꝗlic. ⁊. ff. ꝺ re. du. l. fi. ⁊. C. fami. herc. l. ꝗties. ⁊. ff. de ꝯdi. ĩſti. l. cũ ſuus. ⁊. ff. ꝺ ac. ẽp. l. ſi vẽditor hois. ⁊. ff. ꝺ ꝯhen. emp. ꝗ fũdũ ⁊ de le. iij. l. i repetẽdis. ⁊ de cõdi. et demõ. l. auia. et. l. libertiſ. ⁊. ff. de le. ij l. latin[us]. ⁊. ff. ꝺ fun. inſtru. l. iij. ⁊. l. ſeie §. gaio. ⁊. ff. ꝺ pac. do. cũ pr̃. Sꝫ arg. ꝯtra ſũt. ff. ꝺ an. le. l. ſeio. alias. ff. ꝺ adi. le. l. leta. ⁊. ff. de fideicõ. li. l. fi. §. fi. ⁊. ff. ꝺ here. inſti. l. ſabinus. ſm Jch.
¶ Ceterũ placuit. Caſus. ¶ Scire ꝺbetꝫ ꝙ tũc demũ hꝫ locũ act. l. aql. directa cũ ꝺ corpe ſuo aliqs dãnũ dederit i corp[us]. qñ ãt aliꝗ alio mõ ꝗꝫ corpore ſuo aliqs dãnũ dederit i corp[us] hẽbit ꝯ ipꝫ act. l. aql. vtilis locũ: veluti ſi hoiez alienuꝫ aut pec[us] ita iclulerit. vt fame necaret. Et ſilr̃ i alijs exẽplis poſitiſ i lr̃a Sꝫ qd dicem[us] ꝺ illo ꝗ ſuũ alienũ in fluuiũ deiecit. ⁊ is ſuffocatus fuerit. Rñ. ꝙ nõ ẽ dubiũ ꝗn corpe ſuo i corpus alie. dãnũ dederit. ⁊ iõ ac. l. aql. tenet. Sꝫ tñ qd ſi alicui dãnũ datũ fuerit a nõ corpe i corp[us] vtputa ſi aliqs miſericordia ductus ſeruũ alicui[us] ꝯpeditũ ſoluerit vt effugiat qd dicem[us] in iſto caſ? Rñ. ꝙ neqꝫ dabit i hoc ca. ac. l. aql. directa: nec vtil'. ſꝫ actio i factũ ſubſidiaria ꝗ dat ꝓ dãnis ꝗ in. l. aquil. nõ ꝯprehẽdunt tenebit. h. d.
k ¶ Ceterũ Mortu[us]. Qꝛ ꝗ occaſionẽ dãni dat dãnũ dediſſe vr̃. vt. ff. eo. l. ꝗ occidit. §. i hac qꝫ actiõe. Addit. Tu dic ſm florẽ. ibi: ꝙ aut qs dat operã rei licite ⁊ adhibet illã diligẽtiã quã pt: ⁊ tũc nõ tenet de hiſ ꝗ poſtea ſequnt. vt. di. §. in hac. in fi. ſec[us] ſi nõ adhibeat diligẽtiã: aut det operã rei illicite qꝛ tenet. arg. ff. eo. l. itẽ mela. i ꝑn. et eſt glo. in ca. ſicut nobis. extra de teſti. Ange.
Damni dãs cãꝫ dãnum feciſſe videt.
l ¶ Utilis actio in eũ dat. ſ. legis aqlie. et nichilominus in factum. vt. ff. eo. itẽ ſi obſtetrix. §. ſi quis hoiem.
m ¶ Non difficulter. immo facile. vt. ff. eo. qua actione. §. penultimo.

a ¶ Lege aquilia idē directa actio ne legis aq̈lie.
b ¶ In factum actione.i.ſubſidiaria q̄ in dānis datur que lege aquilia non comprehenduntur vel non tenentur.vt.ff.eo.ſi ſeruum.§.fina.⁊ videtur hec eſſe pretoria.vt.ff.de preſcrip.ver.l.quia actionum.
c ¶ Si quis miſericordia ductus. Sed ſi nō ductꝰ miſericordia datur furti.vt.ff.de dolo.l.et elegant.§.idem labeo.
d ¶ Compeditum. Eſt eni dolo proximum.vt ff.de poſi.ſi hominem.ſ.rñ.
e ¶ Ut fugeret. hic not. quādoq3 dānum datur a corpore in corpus: ⁊ tunc locum habet actio legis aquilie directa. Quādoq3 a non corpore in corpus: vt patet per multa exempla.ſ.pproxi.§. Quandoq3 econtrario de corpore in non corpus: vt ſi annulum excuſſit.vt in aquā caderet vt.ff.e.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi quis de manu. Et in his duobꝰ caſibus habet locum vtilis actio legis aquilie: et nichilominus in factum ſm Jo.vt.ff.eo.l.quemadmodū.§.magiſtratꝰ.alias municipales. cum viroq3 caſu vtraq3 reperiam dari ſm Jo.vt.ff.vi bo.rap.l.ij.§.ſi publicanus. Quandoq3 a non corpore in non corpus: ⁊ tunc ſubſidiaria in factum competit.vt.ff.e.ſi ſeruum.§.fina. De qua actione in factuʒ quot habet naturas: dic.vt.ff.de preſcript.ver.in rub. et vt diximus.ſ.de inter.§.fina.

Dānuʒ daẗ quadrupľr.

¶ De iniurijs. ¶ Poſt alia priuata delicta et de iniurijs ponit quod priu tum eſt delictum.i.non publicū. nec enim cuilibet competit: ſed iniuriato tātum. Ac.

Continuatio

G Eneraliter. ¶ Totus iſte titulꝰ diuiditur in ſex partes principales. Primo ponitur quot modis accipitur iniuria ⁊ qualiter cōmittatur. Secundo ex cuius perſona nobis iniuria illata intelligitur. Tertio que eſt pena actionis iniuriarū. Quarto quando iniuria atrox eſtimatur. Quinto q pro iniuria poteſt etiā criminaliter agi: et an tunc poſſit interuenire pcurator. Sexto quando tollaẗ iſta actio. Scḋa ibi: patitur autem. Tertia ibi: pena autē. Quarta ibi: atrox Quinta ibi: in ſumma. Sexta ibi: ſed hec actio.

diuiſio.

¶ Generaliter. Caſus. ¶ Queſiuia iu. quid dicatur fieri p iniuriā? Et rñ.di.q gñaliter dr fieri iniuria qḋ non iure fit.et ita ponitur.hec autē priuatiue. Spāliter aūt dr iniuria cōtumelia a cōtēnendo dicta quam greci appellabant ſicut voluerunt. Quandoq3 autez ſpāliter dr culpa ſicut ſumitur in act.l.aqui.vbi poniẗ damnū iniuria datū.i.culpa facientis datum. Tertio modo ſumitur iniuria pro iniquitate vel pro iuſticia.

quilia[a] teneẗ. Sed ſi nō corpore dānū fuerit datū: neq3 corpꝰ leſum fuerit ſed alio mō alicui dānū contigit cū non ſufficit neq3 directa neq3 vtilis legis aquilie actio: placuit eū qui obnoxiꝰ fuerit i factum[b] actione teneri. Ueluti ſi quis[c] miſericordia ductus alienū ſeruū compeditum[d] ſoluerit vt fugeret[e].

## ¶ De iniurijs.

¶ Iniuria poteſt capi gñeraliter ⁊ ſpecialiter. Et ſpecialiter ſumitur tripliciter. Aretinus.

G Eneraliter[f] iiuria dr oē qḋ nō iure fit. Spālit alr̄s cōtumelia q̄ a ɔtēnēdo dctā ē: quā grecis[g] υβριν appellāt. alr̄s culpa quā greci ευκλημα dicūt. ſicut in lege aq̈lia dānū iiuria datū ac cipitur. Alias iiquitas ⁊ iniuſticia[h] quā greci ανομια αδικια vocat. Cum enim pretor vel iudex nō iure cōtra quem pronūciat: iniuriā accepiſſe[i] dicitur.

¶ Iniuria committitur nō ſolum facto: ſed et verbo et ſcriptura: ⁊ alijs multis modis. Aretinus.

¶ Iniuria[k] autē committitur nō ſolum cum quis pugno pulſatus: aut fuſtibꝰ ceſus: vl' etiam verberatꝰ erit ſed et ſi cui cōuicium[l] factū fuerit ſiue cuiꝰ bōa quaſi[m] debitoris q̇ nichil deberet poſſeſſa fuerit ab eo ītelligebat[n] nichil eum ſibi debere. Ul' ſi quis ad infamiam alicuius libellum/aut carmen aut hiſtoriā ſcripcerit cōpo ſuerit/ediderit: dolo ve malo fecerit q quid eorum fie-

vnde cum pretor vel iudex contra aliquē pronunciat: ille contra quem iudicatum eſt iniuriam accepiſſe dicitur ſiue iniuſticiam.
f ¶ Generaliter. Facit.ff.eo.l.j. Accurſius.
g ¶ Greci ybrin appellant. ybris grece diciẗ contumelia latine vt aſſerit textus. Encleima.eſt culpa Anomia iniq̄tas. Adicia/ē iniuſticia. Inde adicio id ē iniuſtum.

Expō greci.

h ¶ Iniuſticia Iniquitatem cōmittit iudex quādo contra equitatem pronunciat. Iniuſticiam quādo contra ſtrictū ius. Iniquitateʒ ⁊ iuſticiam quaʒ do contra vtrūq3 pronūciauit. Ac.

Iniquitas ⁊ iniuſticia diuerſa ſunt.

i ¶ Accepiſſe dicitur. Scilʒ ille contra quem eſt iudicatū. Uel dic accepiſſe: id eſt feciſſe iudicē. ſic.ff. de dāno infec.pculus. Accurſiꝰ.
¶ Iniuria autē. Caſus. ¶ Scire debes in pncipio q licet iniuria q̈tuor modis ſumatur: vt ex precedenti rñſo liq̈t. a tamen in toto iſto titu.pprie ſumitur iniuria pro contumelia. Uolui ergo ſcire a legiſlatore quomodo dicitur iniuria ſiue cōtumelia cōmitti? Et rñ.di.q non ſolum cōmittitur iniuria cum quis pugno pulſatus fuerit: aut fuſtibus ceſus vel verberatus: ſed etiā ſi alicui conuitium aliquod dictū fuerit. Item plus dico q ſi aliquis vellet poſſideret bona alicuius tanq3 bona debitoris ſui ſciens eum nihil ſibi debere iniuriam ɔmittit. Idem dico ſi aliquis ad infamiam alicus libellum compoſuerit aut ſcripſerit aut ediderit iniuriam cōmittit. ſi aliquis pudicitiam alicuius bone matrone attentauerit. vel matrē fa. affectatus fuerit. vel pretextatum.i.maſculum. vel pretextatam.i.feminam affectatus fuerit: et alijs pluribus modis. hoc dicit.
k ¶ Iniuria. hic pſequitur put hoc titulo accipiẗ.
l ¶ Cōuitiū. Quaſi cōuocium cū in vnū plures voces proferuntur.vt.ff e.item apud labeonem.§.conuitium. Additio. Nota q verbum iniurioſum dicitur ſiue in genere ſiue in ſpecie improperatur aliquod delictum commiſſum.vt notat Bar. Bal. et doctores. in l.iij.in prin.ff.de libe.et poſthu.

Conuitium.

m ¶ Quaſi debitorꝭ. Cū nō eēt vt hic ⁊.ff.e.l.ſi iiurie
n ¶ Qui intelligebat. Ex affectu ei fit iniuria.vt.ff.e.l.iij. Sed quid ſi erat vere debitor? Adhuc videtur idem: cū nichil adeo durum ſit q3 familiarem pompā oſtendi. Quid eñ tam durū tanq3 inhumanum q3 publicationem pōpāq3 rerū familiariū: ⁊ paupertatꝭ detegi vtilitatē ſi eſt? vt.C. qñ et quibus debeẗ quarta pars ex bo.de.l.ij.§.j. Sed dico cōtra in ſequēti caſu

Paupˀtatē detegere. dupˀ ē

ſi iure eum prouocaui:vel meum debitorem appella ui cum eſſet.vt ar.ff.e.eum qui.in prin.

Matrefa milias. a ¶ Fieret. Niſi nocens erat. Nam peccata nocen tium n ota eſſe expedit.vt.ff.e.eum qui.in prin.

b ¶ Matrefa. Matrēfamilias dicim⁹ q̄ eſt note au ctoritatis ⁊ honeſte vite in domo ſua vt.ff.de lib.exhi. l.iij.§.fin.⁊.ff de his qui ſūt ſui vel alie.iu.l.nā ciuiū

Pret exta qd eſt. c ¶ Pretexta. tū. Pretexta. ge nus eſt veſtis q̄ nobiliores ciues romani ſolebant vti.(j) Unde ſi ali us q̄ cui permiſ ſum erat deferre deferebat in ali cui⁹ perſone cer te ignominiā: in iuriarū tenebat̄ illi quē inſectaba batur.ſic plerūq̄ fit. Accur. Addi tio.(j) Nota ſm Jo.fa.ɔtra iſtos gabbadeos q̄ ſu munt habitū he remitarū ſiue re ligioſorum quia poſſūt puniri.vi de in auctē.de ſā cti.epiſ.§.j.Ang.

d ¶ Aſſectat⁹. Aſſectari ē freqn ter ſequi. Sed at tentare eſt blan do ſermone pudi citiā alicui⁹ ipetere.vt.ff.e.itē apud labeonē.§.aliud.

ret^a/ſiue quis matrēfami^b. aut pretextatum^c/pretexta tam ve aſſectatus^d fuerit: ſi ue cuius^e pudicitia attētata eſſe dicit̄: et deniq̄ aliis plu rimis^f modis admitti iniuri am manifeſtum eſt.

¶ Si fit iniuria filio vel vxo ri alicui⁹: etiā pat̄/maritus/ vel ſocer dicit̄ eā pati vt ha beat actionē iniuriarū. Ar.

¶ Patit̄ aūt quis iniuria ⁊ nō ſolū p ſemetipm: ſꝫ etiā p liberos ſuos quos i ptāte^g habꝫ. Jtē p vxorē^h ſuā: id ei magis ꝑualuit. Jtaq̄ ſi filie alicui⁹ que titio nupta eſt i niuriā feceris: nō ſolū filie noie tecū iniuriarū agi pōt: ſed etiā pr̄is quoq̄ ⁊ mariti noie. Contra aūt: ſi viro iniu ria facta ſit: vxor iniuria ⁊ age re nō pōt. Defendi eīm vxo res a viris: nō viros ab vxo

e ¶ Cuius. Jd eſt alicuius.

f ¶ Plurimis modis. Qui notantur.ff.e.per totum et.C.e.per totum.

¶ Patitur. Caſus. ¶ Supra dictū eſt quot modis fit iniuria. Modo videndū ē qualr̄ q̄s patit̄ iniuriā. Pa titur aūt q̄s iniuriā nō ſolū ſi aliquo ꝑdictoꝝ modoꝝ ei directo fiat iniuria.vtputa q̄ ɔuitiū ei dictū fuit:vl̄ aliquo alio modo.ſed etiā ſi liberis eius quos in ptā te habet aliquo ꝑdictorū modoꝝ fiat iniuria. ꝑ dicit̄ paſſus iniuriā.vn̄ p iniuria facta vni pſone q̄nq̄ tri bus.q̄nq̄ quattuor datur actio iniuriarū.veluti ſi fa cta fuerit iniuria filiefamilias nupte datur actio iniu riarū pr̄i mulieris.⁊ etiā mulieri ⁊ marito mulieris. Sed q̄ ſi marito fuit iniuria facta pōt ne vxor agere p iniuria ſibi facta.⁊ ecōuerſo: Rn̄.q̄ ꝑ. Equū eīm ē vxores a viris defendi.⁊ nō maritos ab vxorib⁹ Quat tuor eīm pſonis cōpetit actio iniuriaꝝ p iniuria facta vni pſone in tali caſu. Pone q̄ aliqua filiafa.nupta fi lio meo ſit quā in ptāte habebā.huic ſi facta fuit iniu ria cōpetit actio iniuriarū nupte ⁊ michi ſocero p in iuria facta nurui mee.et etiā filiofa.marito mulieris et etiam patri mulieris.

g ¶ Patitur. Jn ptāte habet. Si ille q̄ iniuriam fa cit ſcit eos eſſe in poteſtate: licet ignoret in cuius ptā te ſint: alioquin nō: ſicut marito ſi mulierē viduā cre dat.vt.ff.e.l.eum qui nocentem.§.fina. Accurſius.

h ¶ Per vxorē ſuā. Uel ſponſam.vt.ff.e.itē apud.§. ſponſam quoq̄.

i ¶ Sed etiā patris.licet in poteſtate pr̄is ei⁹ non eſſet.vt.ff.e.l.j.§.itē. Additio Jſta glo.nō eſt vera p l.ſed ſi vnus.§.ait pretor.ꝟ.emancipatus.ff.eodem.⁊ ibi vide glo.preterea ſi nō cōpetit pr̄i actio iniuriarum quādo credit pulſatū fore patrefa.vt di.l.eum qui.§. fi.ff.ergo multo fortius nō competit ſibi qn̄ in ꝑtate eſt paterfa.ſcꝫ qn̄ eſt emācipatus. ſꝫ Jo.fab.qd̄ cre do verū. Ange.

rib⁹ equū ē. Sꝫ ⁊ ſocer nur⁹ noie cui^k vir i eius poteſta te eſt: iniuriaꝝ agere poteſt.

¶ Ex iniuria facta ſeruo nō agit ſeruus: ſed ei⁹ dn̄s ſi iiu ria in ſuam cōtumeliam fiat vel fuerit atrox. Aretinus.

¶ Seruis aūt ipſis quidē nulla ^l iniuria fieri intelligit̄: ſꝫ dn̄o p eos fieri videt̄. Nō tn̄ iiſdē modis quib⁹ etiā p liberos ^m ⁊ vxores: ſꝫ ita cū quid atroci⁹^n miſſuꝫ fuerit ēt qd̄ apte^o ad ɔtumeliā dn̄i recipit^p. Ueluti ſi q̄s alienū ſeruū atrociter ꝟberauerit: et i hūc caſuꝫ^q actio ꝑponit̄ At ſi q̄s ſeruo cōuiciū fece rit: vel pugno euꝫ ꝑcuſſerit: nulla i eū actio dn̄o ɔpetit.

¶ Pro iniuria illatā ſeruo comuni agit vterq̄ dn̄s ha bita diſtinctione dignitatis vtriuſq̄. Aretinus.

k ¶ Cui⁹.i.fe mine vel nurus.

¶ Seruis aūtē. Caſus ¶ Supra dictū eſt q̄ patit̄ aliquis iniuriam nō ſolū p ſemet ipm ſed ⁊ p vxorē ſuā ⁊ liberos ſu os quos in ptāte habet. Hec autē oīa intelligere de bes vera eē in li beris. Si eīm ali cui ſeruo fiat in iuria nō intelligi tur fieri aliquam iniuria eo q̄ inſpe cto iure ciuili ſer ui p nullo habē tur.ſed dn̄o ſerui fit iniuria p iniu ria facta ſeruo. ſi cut per iniuriā fa ctam vxori vel li beris iniuria fit marito vxoris et illi in cui⁹ ptāte li beri ſūt. Solū ei in duob⁹ caſibus fit dn̄o iniuria per iniuriā factam ſeruo. vel ſi in cōtumeliā dn̄i apte fctā fuerit ſeruo iniuria licet nō atrox. Ceterū ſi aliq̄s cō tra ſeruū tuū cōclamauerit ⁊ eū leuiter pugno per cuſſerit dabitur tibi actio iniuriarum.⁊.h.d.

l ¶ Seruis. Nulla iniuria.q̄ꝫtum ad hoc vt agant. ſcꝫ inſpecto iure ciuili: ſꝫ ſic inſpecto iure naturali. vt ff.e.eū qui.§.j.⁊.ff.de his qui ſūt ſui vel alie.iu.l.ij.⁊.§. de his q̄ ſūt ſui vel alie.iu.§.fin.que ſūt contra.

m ¶ Per liberos.i.filios.

n ¶ Atrocius.q̄ꝫ equū ſit.

o ¶ Et qd̄ apte. Repete.⁊ cū id ɔmiſſū fuerit qd̄ ⁊c. Si aūt nō in dn̄i ɔtumeliā ſerui tm̄:tn̄ adhuc nō dꝫ in ulta relinq̄ a ptore.(j) vt.ff.e.itē apud labeonē.§.ſi q̄s ſic fecit. Addi.(j) No.q̄ maleficiū nō dꝫ remanere im punitū.l.ita vulnerat⁹.ff.ad.l.aq. Ex q̄ nota q̄ ſi iniu riā paſſ⁹ nō pōt agere ex forma ſtatuti: q̄r forte nō ſoluit collectas: tn̄ iudex ex ſuo officio pōt iniuriātē punire. vt.§.ſi q̄s ſic fecit.⁊ ē bon⁹ tex.⁊ ibi Bar.in.l.non ſolū

p ¶ Ad cōtumeliā dn̄i reſpicit. (.§.q̄ꝫq̄ꝫ.ff.eo. An. his duob⁹ caſib⁹ dn̄o dat̄ actio.hoc eſt ſiue ad eī⁹ cō tumeliā fiat iniuria: ſiue corpus atrocit̄ ꝟberet̄: et ſic dn̄s aget ꝑp̄ iniuriā ſeruo factā nō tn̄ ſui noie(j) q̄ſi ſeruo ɔpetat actio.ſed in pr̄io caſu ſuo noie p iniuria ſcꝫ ſibi cōmiſſa. Additio.(j) Nota modū libellādi ⁊ a gendi q̄r dn̄s dꝫ dicere ſeruū fuiſſe ꝟberatum in cōtu meliā ſuā.⁊ ideo q̄r ſibi iniuria illata eſt ſuo noie in iuriarū agit.ſin autē alio mō ageret ſuccūberet. An.

q ¶ Jn hunc caſum. Non ſolū in ſuperiori caſu quā

¶ Si cōi ſeruo iīuria facta ſit: equū eſt nō pro ea parte qua dñs[a] quiſq; ē eſtimatio nē iniurie fieri: ſ; ex dñorū[b] pſona: q2 ipis fit iīuria. Ma; ſi vſufruct9 in ſeruo titij eſt proprietas meuij eſt. mag;[c] meuio[d] iīuria fieri itelligit.

¶ Pro iniuria facta libero hoi ꝛ ſeruo alieno q̄ ſeruiūt nobis bona fide: ſi facta fuerit in deſpectū ꝯpetit nobis actio iniuriarū. Aretinus.

¶ Sed ſi libero hoi q̄ tibi bona fide ſeruit iīuria facta ſit: nulla tibi actio dabit: ſed ſuo noīe is experiri poterit niſi ī cōtumeliā tuā pulſat9 ſit: tūc enī ꝯpetit et tibi[e] iniuriarū actio. Idē ḡ eſt ꝛ ī ſeruo alieno bona fide tibi ſeruiente: vt totiēs admittat ī iuriaꝝ actio q̄tiēs in tuā cōtumeliā[f] iniuria ei facta ſit.

¶ Pena iīuriaꝝ ē pecuniaria quāti fuerit eſtimata ꝛ p iudicē taxata. q̄ eſtimatio ꝛ taxatio creſcit vel diminuit ſm pſonaꝝ dignitatē et conditionem. Aretinus.

¶ Pena aūt iniuriaꝝ ex lege. xij. tabularū itroducta ē pp̄ter mēbrū[h] q̄dē ruptum talio[i] erat: pp̄ter os vo fractū nūmarie pene erāt cōſtitute. quaſi ī magna[k] veterū paupertate. S; poſtea p̄tores pmittebāt ipſis qui iniuriā paſſi ſūt eam eſtimare vt iudex vel tāti reū ꝯdēnet quāti iīuriā paſſ9 eſtimauerit[l]: vel minoris put ei viſū fuerit. ¶ S; pena q̄dē iīurie q̄ ex lege. xij. tabulaꝝ introducta eſt: ī diſſuetudinē abijt. quā aūt p̄tores itroduxerūt q̄ etiā honoraria[m] appellat: in iudicijs frequētatur. Nā ſecūdū gradū dignitat; viteq; honeſtatē creſcit aut minuitur eſtimatio[n] iīurie. qui gradus cōdēnationis et in

do ad contumeliam domini facta eſt iniuria.

¶ Si cōi ſeruo ꝛc. Caſus. ¶ Supra dictū eſt q̄ ſi ſeruo alicuius qui in totum alicuius eſt fiat iniuria q̄ in duobus caſibus actio iniuriarū ꝯpetit dño. ſed pone q̄ ſeruo cōi alicuius ſimplicis hominis ꝛ alicuius nobilis viri pro equalibus partibus fiat iniuria ex q̄ naſcatur actio iniuriarū qualr̄ debeat iſta iniuria eſtimari: Et reſpon. q̄ non debet fieri iniurie eſtimatio pro ea parte pro qua quiſq; eorum dominus eſt ſed ex perſonis dominorum hoc eſt dignitatibus. hoc ē dicere q̄ licet humilis perſona tā tum habeat ī ſeruo quātum ꝛ nobilis. non tamen tantū debet iniuria ſua eſtimari quantum iniuria facta nobili. ad. l. aūt inductā p cōtrariū. ff. eo. l. ſed non eſt equum: Reſpon. ſic exponendo l. ſed nō eſt equum pro maiori parte q̄; p qua dominus eſt damnationem fieri. Hoc ſic intelligo q̄ quilibet dñoꝝ habebit dimidiā emende reſpectu facto ad ſuum totum. Si eñi ſeruus cui facta eſt iniuria totus fuiſſet nobilis eſtimaretur iniuria ſua. xx. ſolid. ſed quia non eſt niſi dimidius eſtimabitur. x. ꝛ ita eſtimatio nobilis viri deducitur ad ſuū totū. aut illud eſtimabitur habito reſpectu ad diuturnitatē. Si autem ſeruus cui facta eſt iniuria non valeat. x. cum ergo non habeat niſi medietatē in ſeruo ſuo eſtimabit. v. alijs autem modis ſoluitur ibidem. Sed quid ſi fiat iniuria ſeruo in quo aliq̄s habet vſumfructū cui cōpetit actio iniuriarū: Et ı ñ. q̄ dño pp̄rietatis. S; pone q̄ alicui libero hoi q̄ tibi bona fide ſeruiat fiat iniuria dabitur ne tibi actio iniuriarū: Et rñ. q̄ nō ſ; ſibi. ꝛ hoc verū eſt. niſi in cōtumeliā tui dñi qui bona fide ſeruit ſit vulneratus vel pulſatus. Idē eſt in ſuo aliene bo. fi. ſeruiēte. vt tūc p iniuria ei facta tibi cōcedat actio iniuriarū q̄ñ in cōtumeliā tui iniuria fuerit ei facta. ꝛ hec ſunt q̄ in littera continentur.

a ¶ Si cōi ſeruo. Dñs. imo p pſe dñi. vt. ff. e. l. ſed nō eē cōtra. Solu. nō ꝯtradicit ſi recte intelligat. Nā q̄l; agit rōne dimidie vt ſi duo ſūt vn9 nobilis/ali9 ignobilis ſi ſeruus eſſet totus nobilis ageret iniuriaꝝ in xx. nūc ergo aget in. x. ignobilis aūt ageret in. x. ſi eēt totus ſu9 ſeru9: nūc ergo agit in q̄nq; ꝛ ita q̄lib; p pte ſua. ꝛ rō dignitat; habet. Ubi ibi erāt pares p oīa dñi.

b ¶ Ex dñorū pſona. q. d. nō ex ſerui perſona.

c ¶ Magis. q̄; ticio.

d ¶ Meuio. niſi ad cōtumeliā vſufructuariū facta ſit vt. ff. eo. l. item §. ſi vſumfructū ꝛ §. itē ſi liberum.

e ¶ Sed ſi libero. Et tibi. non ſolum ei.

f ¶ Intuā cōtumeliā. Nec min9 ipe iniuriaꝝ aget: iō in fructuario diſtingui opz. vt. ff. e. itē §. uē ſi liberꝝ

¶ Pena aūt iniuriarū ꝛc. Caſus. ¶ Dixi iuſti. Dñe dicatis michi q̄ pena imponit p iniuria in actiōe iniuriarū. ipſe notat michi antiquas fabulas dicēs q̄ antiq̄t9 iponebat vna pena p iniuria per. l. xij. tab. ꝛ alia per pretores. Poſtea ſcđa: ꝛ vt breuiter dicā membrū p membro pp̄ter os fractum. vt ſi aliq̄s in ore percuteretur. ita q̄ ſāguis vndiq; flueret ſ; dñm Guido. ſunt pecuniarie pene cōſtitute propter veterum paupertatem: q2 ita pauperes erant tunc q̄ ſatis puniebātur per os fractū ſi parū de pecunia ſolueret. Maluerūt eñ tūc tēporis ſuſpendi q̄; aliq̄d de pecunia ſua dare. vel pōt hoc q̄d dicit pp̄t iniuriā paupertatē veterū referri nō ad pximū dictū ſed ad aliđ quod dicit erat pena talis. Quia enim ita pauperes erant olim q̄ nō habebant pecuniā vnde ſatiſſacere poſſēt membrū ruptū. ꝛ pp̄ter hoc fuit ſtatuta pena taliōis ſed poſtea p̄tores circa naturā iniuriarū tractātes ſtatuerunt q̄ pro iniuria agatur ciuiliter. ꝛ tunc deb; iudex intantū condēnare iniuriantē q̄;ti ille cui ſit iniuria. iniuriam ſibi factam eſtimauerit vel minoris ſcđ; q̄ ſibi equum viſum fuerit. Dicit etiam iuſti. q̄ pena l. xij. tab. in diſſuetudinem abijt. pena autem a pretoribus introducta hodie habet locum nam ſm qualitatem perſone cui fit iniuria creſcit vel minuitur iniurie eſtimatio. et hoc dicit.

g ¶ Pena. Membrum. puta manum vel pedē. Baldus. Nota tex. ꝛ glo. q̄d dicat membrū habet in. l. nō ſūt liberi. ff. de ſta. ho. p glo. ꝛ docto. ꝛ an deus dicatur membrū habet in. l. cui deus. ff. de edil. edic. de q̄ vide Bar. ꝛ Jo. de ymo. in. l. ij. ff. de pub. iudi. Ange.

h ¶ Raptum. i. detrūcatum.

i ¶ Talio. Id eſt ſimilitudo ſupplicij. vt membrum pro membro.

k ¶ Quaſi in magna. Hec eſt ratio non ad proximū ſed ad illud quod erat pena talionis.

l ¶ Eſtimauerit. p ſacramentū taxatione iudicis.

m ¶ Honoraria. facit. ī. de iu. na. gē. §. pponebant.

n ¶ Eſtimatio. Propoſita actione iniuriarū pretoria que anno continuo tollit. vt. C. e. l. ſi non conuicij. Niſi in caſu vbi anno vtili datur. vt. ff. q̄d me. cau. l.

cum exceptione.§.poſt annū. Additio.(i) Dic licet gl. J.proxi.§.et in.d.l.ſi non cōuitiū.nullam approbet: et ponit multas opi.tñ hic et in.l.lex.cornelia.hāc approbat q ista actō ſit ciuilis in trib⁹ caſib⁹.§.pxi.J.e.An.

a ¶ Jn ſeruo actore.i.caſtaldo.

b ¶ Mediū actus hoie.qui meſonauta.al's mediaſtinus dicitur.ff.de nau.cau.ſta.l.j.§.ij.

c ¶ Compedito.i.in eo ſeruo q̄ nullam aliam affert vtilitatē: ſed tm̄ ligatu⁹ ſtat.

¶ Sed ⁊ lex ⁊c. Caſus. ¶ Scire debes q pro omni iniuria de modo debet agi actiōe iniuriarū ex.l.cornel.de iniurijs qd contingit in trib⁹ caſib⁹. puta ſi aliquis dicat ſe pulſatum verberatū vel domū ſuā vi introitam et appello domū tuā ſiue propria tibi fuerit ſiue locata ſiue gratis conceſſa.et hoc dicit.

d ¶ Sed ⁊ Lex cornelia. ideo ſic dicta: quia cornelius ſcilla prefectus prius eā fecit.vt.ff.de acc.l.hos accuſa.l ſi.l.

Lex cornelia vñ dicta

e ¶ Introduxit. Sez dicta lex cornelia in qua actione cōdēnatio fit eſtimatione iudicis iureiurādo in litē.vt.ff.e.in cōſtitutionibus. Sed nunqd his caſibus q̄ tres ſunt ex lege cornelia eſt hec actio perpetua? Dicūt quidā vt M.q ſic.cū ois actio ex lege deſcendēs ſit ppetua.vt J.de perpe.et tem.ac.in pan. Sed Jo.cōtra. dicit eñ ſemp eā anno ɔtinuo tolli.vt.C.eo.l.ſi nō ɔuitiū.(i) Et nota q his tribus caſibus eſt ciuilis/al's ē vbiq ptoria: cū a pretore ſit inducta.vt.ff.e.l.pretor. Additio(i) Jo.fa.dicit q docto.tenēt opi.Mar.⁊ q vidit ſeruare de facto.vide henric.bo.in.c.olim.extra eo.in ſcda di vbi videtur inclinare in partem Jo.⁊ idem tenet Jo.and.in addi.ad ſpec.ti.de iniu.in verbo actio.

Actio iniuriarum an ſit annalis in omnib⁹ caſibus

f ¶ Pulſatum. Sine dolore.

g ¶ Verberatum. Scilicet cum dolore.vt.ff.e.l.lex.cornelia.§.j.

h ¶ Domum ſuam.(i) Facit.ff.de his qui deie.vel effu.l.j.§.habitare Additio.(i) Nota q relatiuū ſuus ſua nō ſemper importat dñium.facit qd no.Bar.in.l.i quintus.§.argento.de auro ⁊ argen.leg. Ange.

¶ Atrox ⁊c. Caſus. ¶ Intellexi dñe iuſti.ſupius fieri mētionē de atroci iniuria: ſed dñe qualr cognoſcam atrocē iniuriā? Et ipe rñ.dicens q atrox iniuria q̄ttuormodis cognoſcit: vz ex loco duplex.ſ.ex loco vbi fit vel loco vulneris. Jtem ex facto: vt ſi aliquis vulneratus fuerit vl' grauit leſus: ⁊ etiā ex pſona.vt pz ex lra ⁊.h.d. Paruui refert ⁊c. Scire debetis q non refert: vtrum atrox iniuria fiat filiofa.an patrifa. Equaliter enim dicitur atrox.⁊.h.d.

ſeruili pſona nō immerito ſeruat: vt aliud in ſuo actore[a]: aliud in medij act⁹ homie[b]: aliud in villiſſimo vel cōpedito[c] ius eſtimatiōis ɔſtituat.

¶ Lege cornelia de iniurijs tenetur quis etiā in tribus caſib⁹ hic ſpecificatis.⁊ domus noſtra dicitur etiā cōducta. Aretinus.

¶ Sz ⁊ lex cornelia[d] de iniurijs loquitur: ⁊ iniuriaruz actionē introduxit[e] q̄ cōpetit ob eam remq ſe pulſatū[f] quis/verberatū[g] ve/vel domū[h] ſuā vi itroitam eſſe dicat. Domū āt accipim⁹ ſiue in ppria domo q̄s habitet/ ſiue in cōducta: vel gratis: ſiue hoſpicio receptus ſit.

¶ Atrox iniuria eſtimat ex qualitate facti/loci/⁊ perſonarum. Aretinus.

¶ Atrox[i] iniuria eſtimat vel ex fctō[k]: veluti ſi quis ab alio vulnerat⁹ ſit: vel fuſtib⁹ ceſ⁹. Vl' ex loco: veluti ſi cui in theatro/vl' in foro/vel in cōſpectu ptoris iniuria facta ſit. Vel ex pſona. veluti ſi magiſtratus iiuriā paſſ⁹ fuerit: vel ſi ſenatori ab humili[l] pſona iniuria facta ſit aut parenti patronoq fiat a liberis[m] vl' libertis. Alit eni ſenatoris ⁊ parentis patroniq: aliter extranei ⁊ humilis pſone iiuria eſtimatur. Nōnunq̄[n] ⁊ locus vulneris atrocem iniuriā facit: veluti ſi in oculo quis pcuſſus fuerit. Parui autē refert vtrū prifamilias an filiofamilias[o] talis iiuria facta ſit.nā ⁊ hec atrox iiuria eſtimabit.

¶ Ex qualibet iiuria pōt agi ciuiliter ad eſtimationez et criminaliter ad ɔdēnationem extra ordinē: in quo iudicio criminali nō poteſt interuenire pcurator: niſi pro illuſtri perſona. Aretinus.

¶ Jn ſumma ſciendū ē de omni iiuria eum qui paſſus eſt poſſe vl' crimialiter agere[p]/vel ciuiliter. Et ſiqdē ci

i ¶ Atrox. Jdeo atrox iniuria ab alia ſeparat q̄ ſit minor vt per hoc magis puniatur.vt.ſ.eo.§.pena autem.⁊ facit.ff.e.l.pretor edicit.§.at in actione ⁊.§.ſi.⁊.l.vulneris.et.l.ſequen.

k ¶ Ex facto. Magis q̄ ex precio rei.vt.ff.de incen.rui.nau.l.pedius.§.j.

l ¶ Humili pſona. Que ſit pſona humilis.dic.vt.C.de inceſ.nup.l.humilem.

m ¶ A liberis vel libertis. Quibus aduerſ⁹ parentes ⁊ patronos agere pmittitur ſi ſit atrox iiuria facta eis a parētibus ⁊ pronis.vt.ff.e.l.pretor edicit.§.preterea puta in oculo vel in ore.vt.ff.eo.l.ptor.§.fi.⁊.l.ſeqn. Additio. Dicas ſm Sali.in.l.iniquū.C.qui accu.nō poſ.q licet p leui iniuria fili⁹ i ptāte nō pōt patrem ſolēniter accuſare.vt.l.lis nl'la.ff.de iudi.tñ iudicis officiū pōt implorare pro graui.vt.l.ſi leones.C.de epiſ.audi. Emancipatus vero filius pro leui delicto non accuſat ſed pro graui ſic dummodo ciuiliter agi non poſſit.alias ſecus vt hic per docto.

n ¶ Nonnunq̄. Jd eſt aliquando.⁊ ſic due negationes faciunt vnam affirmationem.

o ¶ Filiofamilias. Niſi quia facta iniuria filio due actiones naſcūtur: ⁊ vtriuſq exercitium competit patri.vt.ff.e.l.ſed ſi vnius.§.filiafamilias.et.l.pater.ſed facta iniuria patri non ideo filius aget.

¶ Jn ſūma Caſ⁹. ¶ Jlle q̄ patit iniuriā pōt agere de iniuria ſibi illata ciuilr ſi voluerit vl' crimialr. Si aūt ciuilr agat eſtiatiōe facta ſz qd.ſ.dctm̄ ē iudex penā reo irrogabit. Si aūt crialr tūc extraordiaria pena reo ē iponēda. Hoc tñ vult ſemp obſuare dñs iuſti. q illuſtres ⁊ ſupillustres iniurias ſibi illatas p pcuratores agere poſſint tā crialr q̄ ciuilr ſz tenorē ɔſtōis leōis quā hēs.C.e.l.fi.ad quā recurre. ¶ Nō aūt. Scire debes q nō ſolū tenet actiōe iniuriaꝝ q̄ fecit iniu.ſz ille q̄ pcurauit: vt ab alio fieret.⁊.h.d. ¶ Hec actio. Si aliqs fecerit michi iniuriā ⁊ ego diſſimulaueri: ſi penitēā poſtea ⁊ velim agere iniuriaꝝ.nō poſſū.⁊.h.d.

p ¶ Jn ſūma. Agere.⁊ ſic tollit vnū iudiciū p aliud cū vtrūq ſit pditū ad vindictā.vt.ff.e.ptor.§.j.⁊.l.qd

ſenatus.ſecus ſi alterum eſſet de re familiari.vt.C.q̄ſi ciuilis actio cri.pre.l.i.Et iō ſi de iniuria atroci actū eſt iniuriaꝝ nichilominus poteſt agi lege aquilia ad dā- num:et econuerſo.nec in actione iniuriarū agitur ad dānum:vt ad dānum:ſed vt ad cōtumeliam.vt.ff.eo.l. item apud labeonem.§.ſi quis verberato.

vltima voluntate in penitentia remittit quaſi coactus morte: et poſtea conualet nunquid renaſcitur? Ui- detur ꝙ ſic.vt arguitur .ſupra de donationibus.§. mortis cauſa. Item quia coactus remiſit.vnde pre- tor ratum non habet.vt.ff.ꝙ met.cau.l.i. Si contra- dico: quia fuit ſemel extincta vnde in perpetuum re- ſuſcitari non po- teſt.vt.ff.de ſol.q̄ res.§.aream.Itē preſumo ꝙ per- petuo voluerit re mittere ſiue con- ualuerit ſiue non nam alias non po tuit bene penitē. preſumaꝫ ergo e- um non fuiſſe im memorem ſue ſa- lutis.vt.C.ad le- gem iuliam repe- tun.l.finali. Iteꝫ eſt contra ad id quod dicit nuda volūtate tolli hāc actionem.ff.de ne gocijsgeſtis.lege pomponius.ibi. nam quomodo ꝛc̄. Sed certe ab in- itio tollitur nuda voluntate et ſim- plici: vel vnius tā tum: ſed ſi ſemel ad animum reuocauerit: non remittitur per nudam voluntatem: ſed per voluntatem nudam verbis vel pacto expreſſam. ſic etiam ipſo iure vt dictum eſt per l.ff.de pactis.ſi tibi.§.quedam. **Additio (j)** Dic.vt ff.de adimendis leg.l.filio.§.ſeia.et vide.l.iij.§.finali. ibi Bartho.eo.titulo.Angelus.

Voluntate remiſſa non pō amplius reuocari.

uiliter agitur (eſtimatiōe facta ſꝫm quod dictum[a] eſt) pena[b] reo īponitur. Si autē criminaliter: officio iudicis extra ordinaria[c] pena reo irrogat̄. Hoc videlꝫ obſeruādo qđ zenoniana conſtitutio[d] introduxit vt viri illuſtres[e] q̄cꝫ ſup eos ſūt: ꝛ ꝑ ꝓcuratores poſſit actionē[f] iniuriarū criminaliter vel ꝑſe q̄vel ſuſcipere ſꝫm ei⁹ tenorē q̄ ex ipſa manifeſtius apparet[g].

**Faciens fieri iniuriā, ita punitur ſicut faciens. Are.**

Nō ſolū aūt is iniuriarū tenetur qui fecit iniuriam.i. q̄ ꝑcuſſit: verū ille quocꝫ tenebitur qui dolo fecit iīuriā vel qui ꝓcurauit: vt cui[h] mala[i] pugno percuteretur[k].

**Actio iniuriaꝝ nō naſcitur niſi ab initio iniuriat⁹ in animo ſuo iniuriam reuocauerit. Vel ſic ſcđm gloſam. Actio iniuriarū iaꝫ nata tollitur diſſimulatione. Areti.**

Hec actio diſſimulatiōe[l] aboletur: ꝛ ideo ſi quis iniuriā dereliquerit: hoc eſt ſtatim paſſ⁹: ad animum ſuum nō reuocauerit[m]: poſtea ex penitenta remiſſam iniuriā non poterit recolere.

**De obligationibus que ex quaſi delicto naſcuntur.**

**Iudex qui ꝑ imperitiam male iudicat facit litē ſuā et ex q̄ſi maleficio tenet̄ iꝺ q̄tū equū videbit̄ iudicanti. Ar.**

a Dictū eſt. vt.ſ.eo.§.penali. in fine.§.

b Pena. Pecuniaria. Scilicet actori danda.

c Extraordinaria. Scꝫ capitis vel ſtatus ſi iudicium ſedeat. Uel pecuniaria īferenda fiſco nō actori. vt.ff.eo.l.fin. Ac. **Addit.** Et ſic vbi pena eſt in arbitrio iudicis poteſt ſuum arbitrium extendere vſqꝫ ad mortem: quod eſt verum penſata et attenta facti qualitate.l.pedius.§. i.ff.de incend.rui. nau. Item ex hac gloſa elici pōt ꝙ ſi agat̄ de crimine ad penā pecuniariam fiſco applicandam iudicium dicit̄ eſſe criminale.

Pena arbitraria ad morteꝫ extēdit̄.

d Conſtitutio.vt.C.eo.l.finali.

e Illuſtres.hi ſunt q̄ tm̄ nomine illuſtres ſunt: et non dignitate. Illi autem ſunt ſupra eos qui dignitatem et adminiſtrationeꝫ habent: ſupra quos nemo eſt niſi imperator (j) quod dicit notaui.in autent.vt ab illuſtri.ꝛ qui ſupra eos ſunt.coll.v **Additio.(j)** Dic vt ꝑ glo.et omnes doct.in.l.fi.C.eo.Angelus.

f Actionem.i.accuſationem.Et eſt ſpeciale in accuſatione.alias contra.vt.ff.de ꝓcura.l.licet.§.ad actionem.et.ff.de publi.iudi.l.pe.§.ad crimen.

g Appareat.dic ergo hic caſum eius legis.

h **Non ſolum.** Ut cui.i.alicui vel cuius.i.alicuius.

i Mala.i.maxilla.

k Percuteretur. Sed videtur ꝙ ex tali conſilio non teneatur.vt.ſ.de obligationibus que ex delicto naſcitur.§.ope.in fine.§. Sed dic vt ibi diximus. Item argumen.contra.ſ.man.§.tua tantum.ibi quia nemo ex conſilio.

l **hec actio** Diſſimulatione.vt ſi riſi: vel luſi. vel comedi cum eo poſtea. Item tollitur etiam nudo pacto ipſo iure.vt.ff.de pactis.ſi tibi.§.quedam actiōes. Sed nunquid eſt nata etiam ſtatim facta iniuria: an ita demum ſi dicat ad animum reuoco. Quod vltimum dixit.B.vt dicunt. Sed certe immo eſt nata ſtatim nec enim ex reuocatione ad animum vel verbis talibus naſcitur hec actio/ſed ex cōtumelia.vt.ff.de pac. l.ſi vnus.§.pactus. Item quomodo aboleretur hec niſi eſſet nata.certe nullo modo.vt.ff.de iniu.rup.teſt. l.nam et ſi.§.poſt defectum.et.ff.de verbo.obligat o.l. decem.

Actio iniuriarū quō tollitur.

m Non reuocauerit.id eſt abolauerit. Non enim oportet dicere ad animum reuoco.ſed ſufficit ſi remaneat iratus.et ei non reconcilietur. (j) Sed quid ſi in

Iniuria in vltima volunta te remiſſa.

**De obligationibus.** Quia de obligationibus ex maleficio diximus.ſequitur de his que ex quaſi maleficio ſunt.Accurſius.

Continuatio.

Si iudex. Totus iſte titulus diuiditur ī duas partes p̄ncipales. Primo ponit caſus in quibus quis obligatur ex quaſi maleficio. Secūdo qua actione his caſibus agatur. Secunda ibi.in his autem.

Diuiſio.

Si iudex ꝛc. **Caſus.** In toto titulo iſto nichil aliud dicitur niſi ponuntur quedam exempla in quibus quidem exemplis tenetur aliquis ex quaſi delicto: et inter omnia exempla: primum exemplum eſt de iudice qui cognoſcēs inter me et aduerſarium meū per ſuam imprudentiam vel imperitiam contra iuſticiam meam pronunciauit credens de me facere. Iſte enim iudex dicitur litem facere ſuaꝫ: hoc eſt damnum alterius in ſe transferre. In idem etiam michi tenetur in quo per imperitiam ſuam me leſit. Sed quo genere dicemus ipſum michi obligatum? Reſpōdit vt ſuperius dictum eſt ꝙ cum non ſit obligatus ex contractu: nec ex quaſi contractu eo ꝙ necꝫ contraxit: necꝫ quaſi contraxit: necꝫ ex maleficio: quia credebat bene facere: ex quaſi delicto obligatur. Sed pro deo inquantum ſuſtinebit iudex iſte imperitus penam.? Reſpondetur ꝙ inquantum equum viſum fuerit iudici maiori hoc eſt ſcđm ꝙ plus vel minus iudex maior viderit ipſum erraſſe. Secus enim eſt ſi circa certa et communia aliquis iudex errauerit: et ſecus ſi errauerit circa occulta huius philoſophie.et hoc dicit.

a ¶ Iudex. ſiue ſit paterfamilias iudex: ſiue filiuſfamilias: ſ3 qn̄ ē filiuſfamilias pr̄ de peculio tenet̄ in q̄tū fuit in peculio: cu3 filiuſfamilias litē ſuā fecit vt ita ſint duo ſpālia: ⁊ q2 dat̄ de peculio/ l3 ſit q̄ſi maleficiū qđ nō eſt al's. vt. ff. de his q̄ deie. vel ef. l. j. §. ſi fili⁹. Itē q2 inſpicit̄ tp̄s q̄ fecit litē ſuā in ↄdēnādo: l3 alias rei iudicate tp̄us ſpectet̄. vt. ff. de pecu. l. q̄ſitū. ⁊ ꝓbant̄ hec. ff. de iudi. l. ſi filius filiuſfamilias. Uel dic φ fili⁹ ↄuenit̄. vt no. in. d. l. ſi filiuſfamilias. Addictio. Not. φ iſte titulus nō h3 locum qn̄ iudex ꝑ dolū vel corruptelam tulit ſententiā: q2 tūc tenet̄ ꝓprie ex delicto. vt etiā no. Bar. i dicto. §. ſi fili⁹. An.

De peculio cū pr̄ ↄſueuit conueniri.

b Litē ſuā. i. controuerſiā vel litigiū. vt in id teneat̄ ipē in quo leſit aliquē: ⁊ hoc qn̄ ꝑ ignorantiā vel imperitiā. vt ↄ. ſequit̄. Nam ſi dolo tūc nō hab3 locū hic titul⁹: ſ3 ex maleficio tenetur ⁊ fit infamis.

Si iudex[a] litē ſua3[b] fecerit[c] nō ꝓprie ex maleficio obligat⁹ vr̄: ſed q2 neq3 ex maleficio neq3 ex ↄtractu[d] obligat⁹ ē: ⁊ vtiq3 peccaſſe aliqđ itelligit̄ l3 ꝑ iprudētiā: iō vr̄ q̄ſi ex maleficio teneri ⁊ i q̄tū de ea re equū religiōi iudicātis videbit̄[e] penam ſubſtinebit.

¶ Ille ex cui⁹ domo aliqđ proijcit̄ qđ alteri noceat. ex q̄ſi maleficio obligat̄ ad duplū eſtiatiōis dāni. Qui ꝓ h3 ſupra viā aliqđ appenſu3 qđ poſſit alteri nocere tenetur pena. x. aureoꝝ. Pro homine ꝓ libero occiſo ē pena quinquaginta aureorū. ſ3 ſi viuit ⁊ fuerit ſibi nocitū tenetur in q̄tum iudex eſtimauerit. Arctinus.

vt. C. de pena. iu. q̄ ma. iu. l. fi. Sed nūq̄d hec oīa in arbitro locū habent? Dicit Io. φ ſic. vt. C. de pact3. l. ſi q̄s in cōſcribēdo. Alij ↄtra cū poſſit pena peti tm̄: nec ſententia valeat. vt. C. de arbi. l. j. ⁊ l. ij. ⁊ maxie f3 noua iura que loquunt̄ cū ē iuratū ab arbitro vel a partibus ſcđm q̄ nichil eis erit p̄ter ſacr̄m. vt in aut. de iudi. §. q2 ꝓo. col. vj. Sed certe ſnīa prima vera ē: nec obſtat hoc autē. q2 nichil erit ei. i. arbitro p̄ter ſacramentum ⁊c. ſ. vt poſſit cogere partes ſuo ſtare iudicio. vel eis. i. partibus. Nā vocabit alterā partē ꝑ iuramētū: ſed ⁊ cōtra arbitrū nichilominus aget vt dictū eſt ⁊ ꝑ actionē in factum. vt. j. e. §. fina.

Arbit̄ ſi facit litē ſuā: an ſit puniend⁹ ſicut iudex.

c ¶ Fecerit. id eſt male iudicauerit.

d ¶ Ex contractu. vel quaſi.

e ¶ Uidebitur. vt ſi dubitauit circa legem fuſiam caninam durius punitur. ſi autem in. l. illa gallus aquilius. mitius puniatur. (j) hoc qn̄ nō fuit data pecunia iudici vel ꝓmiſſa. al's graues pene ſequerent̄. vt. C. de pena iudi. qui ma. iu. aūt. nouo iure. ⁊ facit ad hoc rn̄. ff. de var. ⁊ ext̄or. cog. l. fi. al's. j. Addi. (j) Et idē ſi fuerit ſecut⁹ intellectū multoꝝ doctoꝝ in vna lege q̄ h3 plures intellect⁹. l3 ille nō ſit cōis. vt dicit Bar. in. l. cū prolatis. in fi. de re iud. valeret tn̄ talis ſententia. vn̄ opus eſſet appellatiōe. ⁊ iudex appellatiōis poſſet ſequi aliam opi. ⁊ aliū intellectū ⁊ retractare vl' cōfirmare ſentētiā vt no. Bar. in. l. iiij. §. hoc autē iudiciū in fi. ff. de dā. infe. De hac matia vide lati⁹ ꝑ Ang. hic.

¶ Itē is Caſus. ¶ Iā vidiſtis vnū exēplū vbi obligatus ē aliq̄s non ex ↄtu: neq3 ex quaſi ↄtu: neq3 ex maleficio: ſed ex quaſi maleficio eſt obligatus. Modo ponit hic aliud exēplū: vt ecce. Si de cenaculo alicui⁹ fuerit aliquid eiectū vel effuſum ex quo aliq̄s leditur iſte de cuius cenaculo illđ eijcitur vel eff unđit̄ ē obligatus: nō ex contractu. neq3 ex quaſi ↄtu: nec ex maleficio: q2 ipſe nō eiecit: ſed ⁊ quaſi maleficio. i. quo ad id qđ imminet quaſi deliquiſſe vi̇det̄: eo φ vi⁹ ē opa maloꝝ hoim. Et poſſūt cōiūgere ſequētē ver. ſi ex certa ſcia non facio: vt per exempla diſtinguam.

¶ Item is ex cui⁹ cenaculo vel proprio ipi⁹ vel cōducto: vel in quo gratis habitabat[f] delectū effuſū ve aliquid ē ita vt alicui noceret quaſi ex maleficio obligat⁹ intelligitur. Ideo autē non proprie ex maleficio obligatus intelligitur: quia plerū q3 ob alterius culpam tenet̄ aut ſerui aut liberi. ¶ Cui ſimilis eſt is qui ea parte q̄ vulgo iter fieri ſolet id poſitū[g] au ſuſpēſū habet qđ p̄t (ſi ceciderit[h]) alicui nocere quo caſu pena[i] decē[k] aureorum conſtituta ē. De eo vero quod delectū effuſum ve eſt: dupli q̄ti dānū datū ſit cōſtituta[l] ē actio. ¶ Ob hominē vero liberū occiſū

f ¶ Item is. habitabat. hoſpes plane nō renetur: ſed is qui hoſpicium dederit. vt. ff. de his q̄ deie. vel ef. l. j. §. pe. Ac. Additio. Nota φ quando quis debet citari ad domum ſolite habitationis: nō ſufficit citari ad hoſpitium iuxta l. iiij. §. pretor. et ibi late Bar. ff. đ dam. infec.

¶ Cui ſimilis ē. Caſus. ¶ Iā vidiſtis duo exēpla in quib⁹ eſt obligatus ex quaſi maleficio: adhuc ponit aliud exēplū parꝝ differēs a ſcđo. Ecce ſi aliquis habebat aliquid poſitum vel ſuſpenſum ſup viā publicā qđ nocere poſſet trāſeūtibus: qui ita patit̄ poſitū vel ſuſpēſum tenet̄ ex quaſi delicto vel maleficio: q̄q3 nemo leſus fuerit: dū tn̄ id qđ poſitū eſt vel appenſum ledere poſſet aliquē ſi ceciderit: ⁊ punit̄ ex ſcđo edicto de eiectis ⁊ effuſis in. x. aureis: licet nichil nocuerit. Nō eīm inſpicit̄ hic euentus: ſed q̇đ euenire poteſt. In de eiectis vero vel effuſis tunc deinde puniendus eſt quis cum per eiectū vel effuſum alicui nocitū fuerit. Sed dn̄e ꝓ deo q̄ eſt pena de eiectis vel effuſis? Et rn̄. dn̄s inſti. φ ex primo edicto de eiectis vel effuſis pena eſt tripli dāni dati. Si autē liber homo interfectus fuerit ꝑ eiectū vel effuſum: tūc ↄſtituta ē pena. l. aureoꝝ. Si autē veniat liber homo ⁊ ꝑ eiectū vel effuſū ei nocitum ſit: tūc punit̄ inquātū iudici equū videbit̄. Debet eīm iudex cōputare impēdia i curatione facta et opas ei⁹ q̇b⁹ caruit forte ſi ſcriptor manu dextra mutilatus eſt vel alibi eſt vulneratus: ita φ ſcribere non pōt vel q̇bus caritur⁹ eſt. vtputa ſcriptor ē ⁊ man⁹ ē ei abſciſſa qua ſcribere ſolebat: qđ tn̄ difficilimum eſt enarrare di. glo. φ nō referas ad impēdia: ſed ad operas q̇bus caruit ⁊c. Licet eīm ita eſſet φ ſolebat quolibet anno. x. libras ſcribēdo lucrari: nō tn̄ ꝓpt̄ hoc ſequit̄ φ in poſterū faceret. Poſſet eīm ↄtigere φ nō inueniret q̄ opas ſuas ↄduceret. ⁊ hoc vult dicē lr̄a iſta

g ¶ Id poſitum. licet ipſe non poſuerit.

h ¶ Si ceciderit. nō eīm ſpectat̄ vt noceat.

i ¶ Pena. preſtanda.

k ¶ Decē aureoꝝ. vel ſolidoꝝ. v. ff. de his q̄ deie. vl' ef. l. ſi ꝓo. §. p̄tor. ⁊ §. fi. ⁊ tūc dicas actionē i factū fore

l ¶ Cōſtituta ē actio. ꝑ (annuā. vt. ff. de po. a. l. fi.

petua que heredi datur:ſed in heredem nõ d*tur. vt ff.de his qui deie.vel effu.l.ſi vero.§.hec aũt actio.
a ¶ Quiquaginta.Ideo certa pena ſtatuitur:q2 nõ põt eſtimatio liberi co2pis fieri.vt.ff.ad.l.rho .de iac. l.ij.§.ij.(i) Et cõpetit hec actio intra annũ:z nec heredi nec in heredẽ daꝛ cũ ſit penalis z popularis:q̃ pri9 datur ei cui9 magis intereſt.vt.ff. de his q̃ deie. vel effu.ſi ꝟo.§.que autẽ. Additio.(i)
Nota illũ tex.q̃ſi fit cõtributio p2opter iactuz nõ fit cõputatio liberi hois.facit.l.ſed ades.§.ſi q̃s mulierem.ff.locati. Angelus.

deie.vel ef.l.j.et.l.ſi filius.
f ¶ Litẽ ſuã fecerit.ſcz ſi ſine patre habitauerit.alias pater de pe peculio tenetur.vt.ff.de iudi.ſi fili9.fz Io.Uel dic idem .ſ.vt teneatur ipſe filius habitet cuz patre vel non.ſed ſm Azo.pater hic tenetur de peculio vt dictum eſt.per.l.ff.de his qui deie.vel effu.l.j.§. ſi filius.Filio ꝟo ꝯdẽnato et ibi pꝛ teneꝛ de peculio cuz videaꝛ quaſi ꝯtrahi cum filio.(i) vt.ff.de noxa. actioni.l. z ſi condemnatus.z.ff.d pecu.l.iij.§.idez ſcribit. Addi.(i)
Dic ſm Ange.ꝙ iſta vltima videꝛ verio2:q2 ex ꝯctu vel quaſi paꝛ tenetur de peculio non autẽ ex delicto vel quaſi.

q̃nquaginta[a] aureo2ũ pena cõſtituitur. Si ꝟo viuat:nocitũq3ei eſſe diciꝛ:q̃ʒtum ob eã rem equũ iudici videtur actio[b] daꝛ. Iudex ei cõputare dz mercedes medicis p̄ſtitas:ceteraq3 ĩpendia q̃ i curatiõe facta ſũt.p̄terea opa rũ quibus caruit aut cariturus ẽ ob id ꝙ ĩutilis ẽ fact9[c]

¶ Si ex cenaculo filij habitantis ſeo2ſum a p̄re aliquid fuerit p2oiectum vꝛ aliquid fuerit appenſum:vel fecerit litem ſuam:pater non teneꝛ

¶ Si filiusfamilias ſeo2ſũ[d] a p̄re hitauerit:z q̃d ex cenaculo ei9 deiectũ effuſum ve fuerit ſiueq̃d poſitũ ſuſpẽſũ ve habuerit:cui9 caſus piculoſus ẽ:iuliano placuit ĩ patrẽ nullã eſſe[e] actionẽ:ſz cũ ipſo filio agendũ eẽ.Qd̃ z ĩ filiofamilias iudice obſeruãdum eſt qui litẽ ſuã[f] fecerit.

¶ P2o furto vꝛ dolo ꝯmiſſo in naui:vꝛ i ſtabulo:vꝛ in caupona teneꝛ dñi eo2ꝝ ex quaſi maleficio ſi dãnũ datũ[g] fuit per aliquẽ cuius operã vtentur. Aretinus.

¶ Item[g] exercito2 nauis aut caupõe/aut ſtabuli/d̃ dolo/aut furto qd̃ in naui:aut caupona aut ſtabulo factũ erit:q̃ſi ex maleficio[h] teneri videꝛ ſi mõ ipi9 nullũ ẽ maleficium:ſz alicui9 eo2ꝝ quorũ opa nauẽ/aut cauponã/aut ſtabulũ exercet.Cũ eñ neq3 ex maleficio neq3 ex cõtractu[i] ſit aduerſus eũ conſtituta hic actio:z aliq̃ten9[k] culpe reus ẽ:ꝙ opa malo2ũ hoim vteretur:ideo quaſi ex maleficio teneri videtur.

¶ Ex q̃ſi maleficio agiꝛ actione in factũ que nõ tranſit contra heredem. Aretinus

¶ In his autẽ caſibus[l] in factum actio competit que heredi[m] quidem datur: ad

b ¶ Actio datur. Perpetua ſibi.ſz alij puta heredi p eo ſi mo2tuus eſt annalis datur.vt.ff.d his qui deie.vel effu. l.ſi vero plures .§.hec aũt actio. ibi:ſed ſi libo zc.
c ¶ Eſt fact9. quia difficillimũ eſt eſtimare futuras operas.
¶ Si filiusfa.zc. Caſ9. ¶ Supra dictũ eſt ꝙ ſi aliquid de hoſpitio patrisfa.eiectum vꝛ effuſum ſit qd̃ alicui nocuerit vel ſi aliquid poſitũ vel ſuſpenſũ fuerit ſupra viã publicam cuius caſus trãſeũtibus ſit periculoſus qualiter agatur contra patrẽfa.ex edicto de eiectis vꝛ effuſis.Sed pone ꝙ ex domo alicuius filijfa.ſeo2ſum a patre habitantis fuerit aliquid eiectum vel effuſum: quod alicui tranſeunti nocuerit vel aliquid habuerit appenſum zc.Quid iuris in iſto ca.dabitur ne actio i patrem.z rñ.iu.ꝙ nõ dabitur in patrem aliqua actio nec etiam actio ex peculio:ſed contra filiũfa.eſt agendum.Hoc etiam idem obſeruãdũ dicit in littera filiofa.iudice qui per imperitiã ſuã litẽ ſuã fecit:z per imprudentiã ſuã.Hoc aũt exponunt quidã ꝙ filiusfa. p imperitiam ſuam litẽ ſuam fecerit:ſi ſeo2ſum a patre habitauerit:non tenetur pater etiam de peculio.Si autem cum patre habitauerit pater de peculio tenetur.Sed dñs Guido p2o conſtanti ponit ꝙ filiusfa. p imperitiam litem ſuã fecerit ſiue ſeo2ſum habitauerit a patre ſiue cum patre.hoc non refert.Semp eñ filius tenetur inſolidũ:pater autem peculio tenus:et gloſat ſm ꝙ in glo.o2d.eſt.Idem eſt in filiofa.quo ad hoc.ſ.vt ſemper teneaꝛ filiusfa.inſolidũ ſiue ſimul cũ patre habitauerit ſiue ſeo2ſum a patre:ſed tñ q̃n fili9 litem ſuã facit pater tenetur de peculio:lz filius ſeo2ſum habitauerit q̃ q̃z in caſu q̃n filiusfa.aliquid appẽſum hz qd̃ nocere poſſit pater non teneatur.
d ¶ Si filiusfamilias.Seo2ſũ.i.ſeparatus a patre.
e ¶ Nullam eſſe.etiam de peculio.vt.ff.de his qui

¶ Item exercito2. Caſ9. ¶ Non ſolum in exẽplis p̄dictꝫ teneꝛ quis ſiue obligaꝛ ex q̃ſi maleficio ſed ſimiliꝛ põt ꝯueniẽ ter poni exẽpluz de exercito2e nauis aut caupone aut ſtabulario. Si ei aliqd̃ furtũ vꝛ dãnũ fuerit factum in naui vel caupona vel ſtabulo per aliquez eo2ũ quo2ꝝ opera vtitur magnus exercito2 nauis vel ſtabuli vꝛ dñs caupone ex quo maleficio obligatur/q2 deliquiſſe videtur qui opera malo2ũ hoim vtitur. In omnib9 aũt quottuo2 exemplis ſiue caſibus ſup2adictis põt aliquis per act.in factũ q̃ heredi datur:ſed non cõtra heredem conſequi illud in quo ſibi obligantur p2edicti. hoc dicit.
g ¶ Itẽ exercito2.q̃s ſit.dic.vt.j.qd̃ cũ eo.§.ij.
h ¶ Quaſi ex maleficio.id eſt actione in factum in duplũ.vt.ff.nau.cau.ſta.l.fi.et.ff.fur.aduer.nau. cau. ſta.l.j.Item eſt z alia in factum actio que eſt ex eo cõtractu de recepto.vt.ff.nau.cau.ſta.l.j.in p2in. Addi.(i)
Et hic dicit Io.fa.ꝙ ſi dñs fuit cõdẽnat9 ex facto nautaꝝ ab eis põt repetere.arg.l.ſi colonus.ff.de aq̃ plu. ar.z.l.ſi vero.§.cũ aũt.ff.de his qui deie.vel effu.
i ¶ Ex contractu.vel quaſi.
k ¶ Aliquatenus culpe re9.facit.ff.ad.l.aq̃l.ſi furtis ſeruũ.§.pcul9.z.ff.fur.aduer.nau.cau.ſta.l.j.§.pe.
l ¶ In his aũt caſibus.ſ.ſup2adictis omnibus.
m ¶ Heredi.patiẽtis iniuriã.Sed in caſu de ſuſpẽſo non datur heredi.vt diximus.ſ.eo.§.ob hominem Et nota hic differentiam inter actionẽ ex maleficio z quaſi maleficio:nã vbi ex maleficio ſi plures ſũt quilibet inſolidũ cõuenitur,ſed ſecus in hac actione ex q̃ſi maleficio.vt.C.de cõdi.fur.l.j.z.ff.nau.cau.ſta.l.j.z l.fi.§.ſi plures.Itẽ in actione ex maleficio vn9 ſoluẽdo nõ liberat aliũ ſed in hac ſic.vt.ff.nau.cau.ſta.l.li Actio ex maleficio z q̃ſi ex maleficio differũt

cet.§.poſſum⁹.⁊.d.l.de cōdi.fur. Itē iure nō cedūtur actiōes ex maleficio.vt.ff.nau.cau.ſta.ſed ⁊ ipi. ſed in actiōe ex quaſi maleficio cedunt.vt dicto.§.poſſum⁹. Datur etiā hec actio nō ceſſa.vt.ff.de his q̄ deie. vel effu.l.ſi vero plures.§.cū aūt. Itē he generalius dantur heredib⁹ actorū:vt hic:q̄ȝ ille que ſūt ex maleficio vt.j.de perpe. et tē.ac.§.ſed heredibus.

a ❡ Aduerſus heredē.vt.ff.de iudi.l. iulian⁹ au tē.et.ff.nau. cau. ſta.l.fi.§.penul.

aduerſ⁹ᵃ hedē āt nō ꝯpetit.

❡ De actionibus. ᵇ

❡ Non ſummatur quia imperator diffiniēdo procedit nec poſſunt diffinitiōes bre

❡ De actionibus. ❡ Rubrica iſta continuari poteſt. dicit glo.ſ̄.in ti.de obliga.quā ſequitur Bal. hic. Und noīa diligenter gloſam Accurſij poſitā ſup rubrica q̄ ſoluit aliquas notabiles queſtiones dicens ſic.

Actio in ſingulari recte diffinit. b ❡ De actiōib⁹.ideo ponit in plurali: q₂ plures actiōes ſūt.vt.j.eo.p totū. Sȝ cū ſint plures quare in ſingulari nūero diffinit.vt.j.e.§.j.? Rn̄.lȝ ſit nūeri ſingularis tn̄ ponit vt gen⁹ vt in alijs diffinitiōib⁹ ꝯtingit:⁊ ſub ſe ꝯtinet oēs actiōes.. Itē q̄re nō dicit d agēdo? Rn̄.q₂ illud ē facti:hoc iuris. Ac. Addi. Vult dicere glo.ꝙ gerūdia denotāt actū ꝓut eſt in facto vt ē in exercitio:q₂ deriuant a v̄bo qd ſignificat agere vl' pati:ſed hic nō tractat de actionibus ꝓut ſunt in actu: ſed prout ſunt iuris ita dicunt docto.hic.

diuiſio. S Upereſt. ❡ Totus iſte titul⁹ diuidit in tres ꝑtes principales. Primo ponit ꝯtinuatio iſti⁹ ti. ad p̄cedētes materias. Scd̄o diffinit actio. Tertio ponit diuiſio oīm actionū. Scd̄a ibi: ꝓpe p̄ncipiū.actio autem nichil. Tertia ibi:oīm aūt actionum.

❡ Supereſt. Caſus. ❡ Acceſſi ad iuſti.impe.⁊ dixi ſibi. Dn̄e iā ſatis dixiſtis ꝓ deo imponatis veſtro finē volumini. Rn̄det di. Supereſt vt de actiōibus loquamur.per hoc apte diſignans ꝙ prius ꝓmiſit de his aliquid determinare qd verum eſt.vt.ſ̄.de iure na.gē. ⁊ ciui.§.fi.q.d.poſt multos ⁊ varios tractatus ſupeſt ⁊c. Sed dn̄e dixi ego circa actiones q̇d ꝓmittis tradere? Frater ſcire debes ꝙ in toto tit. iſto intēdimus duo facere.ſ.diffinire actionē ⁊ diuidere actiones.vn̄ primo diffinit actionē.dicens ꝙ actio nichil alius ē q̄ȝ ius pſequendi in iudicio qd ſibi debetur.⁊. h.d. in lr̄a iſta. Supereſt ⁊c. Et hec eſt pria pars ⁊ durat vſq̄ȝ ad illam.§. Oīm aūt ⁊c. Sed querit hic dn̄s. Ju. vnde ſumit hec neceſſitas.dicit ipſe. Frater dicā tibi. Iſta neceſſitas ſumitur ex hoc:q₂ totus liber iſte immo quod plus eſt totum corpus iuris conſiſtit in tribus. Oīne eñ ius quo vtimur aut pertinet ad perſonas aut ad res:aut ad actiones:vt.ſ̄.de iure na.gen.et ciui.§. fi. In primo li.dictū eſt de perſonis:in ſecūdo ⁊ tertio d rebus vſq̄ȝ ad locum iſtum. Modo ergo ſupereſt vt de actionibus loquamur.vel ſic: Iſta neceſſitas pōt ſumi a natura ſucceſſorij edicti:vt primo tractet de proximiori niſi in agnatis. Olim enim in agnatis nō habebat locū ſucceſſio:vt ſatis apparere pōt inſpicienti per illud quod no.ſuper.l.j.⁊.ij.de ſucc.edicto. Ordo tn̄ ſucceſſorij edicti eſt poſt patrē de filio ſiue poſt matrem de filia tractare:vel latenter poteſt colligi ex q̄dam.l.ff.de act.⁊ obli.filiuſſa. Cum ergo tractatū ſit de oblgi.q̄ eſt mater act.reſtat de eius filia tractare. Tertio ſumit neceſſitas ſic. Supra vidimus de multis ⁊ varijs iuribus.modo videndū eſt de effectibus iuriū.⁊ ꝓpter hoc dicit. Supeſt ⁊c. Parū eñ eſſet iura eſſe in ciuitate niſi magiſtratus eſſent q̄ iura reddere poſſent. Silr parū eſſet obl'ones eſſe natas niſi eſſent actiōes q̄ obligaitonū ſiue iuriū ſūt executiue.

c ❡ Supereſt. Sed quid ſupereſt? Rn̄.forma.vt.ſ̄. de iure na.§.fi. Uel dic ꝙ ſupra tractatū eſt de oblig. quarum filie ſunt actiones.vt.fi.de ꝓcur.l.licet.§.ea obligatio.et.ſ̄.de verbo.obli.in prin.ideo de filia poſt matrem ponit quaſi ordine ſucceſſorio.

Suius ſumari. Ar.

S Upereſtᶜ vt de actionibus loq̄mur ❡ Actio autemᵈ nihil aliudᵉ eſt q̄ȝ iusᶠ perſe

Actio tripl'r ſumitur d ❡ Actio aūt. Nota ꝙ actio qn̄ q̄ȝ ꝓ actu ponit. vt in aut. de non ali.nandis.§.ſi minus.in fi.⁊. C. de ſacroſā.eccle. autē.hoc ius porrectū.⁊.ff.de dona.inter vi.⁊ vxo.l.iij.§.ſciendū.circa mediū. Qn̄q̄ȝ ꝓ accuſatione criminali.vt.C.qn̄ ciuilis actio cri.pre.l.j. Qn̄q̄ȝ ꝓ iure agēdi vel pſequendi. vt hic.⁊.ff.eo.l.nichil. † Itē nota qd illd qd de actiōe hic d₂ voluit Pla.dicere de cā.ſ.ꝙ cā ſit actio:vt ſicut apd dyaleticos d₂ argumentū qd ex ꝓpoſitiōe aſſūptiōe ⁊ concluſiōe ꝯſiſtit.nō tm̄ ꝯcluſio:ſic apud legiſtas actio cā agēdi dicat:vt ſi dicā ꝯuenio te ad.x.q₂ vendidi tibi equū ꝓ.x.ſit idē ac ſi dicerē ago ꝯ te actiōe ex vendito. Sed Azo.dicit(qd ⁊ vere eſt)aliud eſſe cām/ et aliud actionē. Nā obligatio eſt cā et mater actiōis vt.ff de procu.l.licet.§.ea obligatio.ſicut ergo alid eſt obligatio/et aliud eſt actio:ſic aliud eſt cauſa et aliud actio. Item quia vendidi eſt factū:ſed actio eſt ius.vt ff.de cur.fu.l.conſilio.§.j. et fi. ⁊ hic. Item poteſt eſſe ꝙ vendidi et non competit michi actio:quia michi ſolutum eſt:vel quia remiſi:vnde hec verba:quia vendidi non ſunt actio. Item nomina certa actionum ſūt a iure inducta.ſ.ex empto et ſimiles:nec hoc inductū eſt:vt cauſa ſit actio. Si quis ergo hoc velit dicere:nō poteſt.cum lex non dicat.vt.ff.de ſuppellec.le.l.labeo in fi. Item ſi cauſa eſſet actio frustra diceret lex mutari actionis nomen cum agitur de dolo patroni vel parentis vel ſimilium pſonarū:de quoꝝ dolo nō agitur per actionē de dolo/ſed per actionē in factū nā ad q̇d mutaretur nomen cū tn̄ cā maneret eadē ſi eſſet ius in ſola cauſa. Concludo ergo ⁊ dico ꝙ aliud eſt cauſa/ et aliud eſt actio. Item licet dixerim ꝙ nomina ſunt actionum ex empto et ſimiles:caue tibi quia non ſūt actiones:ſed actionum nomina.ſicut hec dico homo non eſt homo/ſed ſignificat hominem.

† Quarto mōcapit ꝓ adminiſtratiōe vt in.§. iuſiurādum.in autē.vt iudi.ſine quo. ſuff.

e ❡ Nichil aliud eſt. Pȝ q̄ ꝙ olim aliud erat.erat eī ꝯceptio v̄boꝝ formata a magiſtratib⁹.vt.ff.de origine iur.l.ij.§.deinde ex his.⁊.§.oīm.vn̄ formula vulgaris dicebatur.vt.ff.de fur.l. ſi ſeru⁹ nauē. Sȝ hodie hec ſolēnitas ē ſublata.vt.C.de formu.⁊ impe.l.i.⁊.ij. ⁊ etiā circa interdicta eſt ſublata hm̄ōi ſolēnitas.vt.j. de interdi.§.fi. Sed q̄ erat olim dr̄ia inter actionē et interdicta.nā ⁊ interdicta erāt v̄borū ꝯceptiōes.vt.j. de interdic.in p̄n.? Rn̄.vt dicemus ibi. At hodie nulla eſt differentia inter interdicta e actiōes.cū interdictū nichil aliud ſit q̄ȝ actio pretoꝛa.vt.j.de interdictis.§. fi. Additio Idē tenuit glo.in rubri.ff.de inter.q̄ reprehendit per Bar.⁊ docto.ibi:q₂ eſt differētia int actionem ⁊ interdictū:ſicut īter matrē ⁊ filiā cū interdicto oriatur actio in factū.vt in.§.fi.j.de inter.

Interdicta et actiones nō drūt.

f ❡ Quā ius.ſ.ciuile.vbi ē actio ciuilis vel pretoriū vbi actio p̄torio eſt.nā ciuiles actiones ⁊ p̄torias dico hic diffiniri. Itē nota ꝙ actio eſt ius q̄ pſequimur. ſȝ obligatio ē ius ꝓpter qd ꝓſeq̄mur. Et ſi queratur q̇d ſit iſtud ius vel naturale:vel ciuile:vel p̄toriū vel gentiū? Rn̄.q₂ ciuile vel pretoriū vt modo dixim⁹. Nec facias magnā vim ibi:q₂ cū multas habeat ſignificatio,

Actio ē tā de iure ciuili q̄ȝ pretorio.

Jus ad q̄d poni tur ī diffinitiōe actiōis.

nes hec dictio ius.vt.ff.de iuſti.et iure.l.pen̄.et fi.hoc eſt etiam vnū de ſignificatis eius:vt dicatur ius agendi vel pſequendi.Sed ad cuius differentiam ponit̄ in diffinitione ius:cuʒ ſingula mēbra poſita in diffinitione habeant ſuum miniſteriū:ˀRn̄.ſm.W.ꝙ ad differētiam reꝝ corporalium hic ponitur vt det intelligere ꝙ actio ſit res incorporalis.qđ veruʒ eſt.vt.ſ̄.de rebus corporalibus ⁊ incorporalibus.§.j. Uel melius dicas ad differentiā officij iudicis quod nō eſt actio.vt.ff.de minori.ꝙ ſi minor.§.fi.licet.W.dicat ꝙ officium iudicis eſt actio:et eſt ꝓ eo quod dicit lex in actione iniuriarum fieri eſtimationem iudicis officio:vt.ſ̄.de iniurijs.§.pena autem.et.§.in ſumma.Sed certe actio iniuriarum eſt actio cui inheret officium iudicis non tn̄ illud officium eſt actio:ſed in facto potius hoc conſiſtit.ius enim petendi per actionem michi cōpetit:quod per hoc officium iudicis mitigatur.† Sed quid petam:ˀRn̄.quod eſtimauero.nā debeo eſtimare licʒ iudex poſſit refrenare.eſt tn̄ q̄dam aliud officium quod vicē ſuſtinet ⁊ obtinet vim actionis.vt dicemus.j.eo.§.preterea.in fi.§.

quēdi[a] in iuditio[b] quod ſibi debetur[c].

Prima diuiſio actionū eſt:ꝙ alique ſunt reales aliq̄ pſonales. Perſonalis eſt q̄ pſuppōit debitorē obligatū lʒ realis nō:ſʒ ideo cōtra eū cōpetit q: poſſidet. Aretin⁹

† Et ſic offm̄ iudicis nō eſt facti ſed cōſiſtit ī facto:puta in exercitio.

a Perſequēdi.hoc dicit̄ ad differentiam exceptionum q̄ dantur reis per quas defenduntur. Sicut eīm actiones ſunt arma actorū/ita exceptiones ſunt arma reorum.vt.ff.de exce.l.ij.in prin.et.§.illud.

b In iudicio.hoc dicit ad differentiā eoꝝ que fiunt licite etiā extra iudiciū nō tn̄ ſunt actiones:vt ſi nocturnū/vel diurnum furē:vel militē deſcrentē militiam quis capiat.vt.ff.ad.l.aquil.l.iiij.et.C.qn̄ licet vnicuiqʒ ſine iu.ſe.vin.l.j.et.ij. Item ⁊ ꝓpter debitorem fugitiuum quem capere poſſumus.vt.ff.de his que in fraude.l.ait pretor.§.ſi debitorem.licet quidā exponant.l.illam ibi ꝙ captus fuit auctoritate iudicis.Accurſius.

Debitorē fugitiuū ꝓpria auctoritate capē poſſumus.

Additio. Dic idem in omnibus perſonis que pertinēt ad obedientiam perpetuam de quo non ſit queſtio.vt in monacho/fratre/vel vxore:quia ſi aufugiāt poterūt capi propria auctoritate.vt per Bal. in.l.j.C. vbi quis decuria.ſecus ſi eſſet queſtio.

c Quod ſibi debet̄.hoc duobus modis exponit̄. Uel ad differentiam realis actionis.ſm Azonē et ita ſtricte accipitur hic diffinitio pro perſonali actiōe tm̄ ‡ ſicut accipitur.ff.e.l.actio in perſonam.Uel largius vt etiam realem contineat:non tn̄ officiū iudicis.vt.ff.eo.l.actionū genera.qn̄qʒ largiſſime vt etiam iudicis officium cōtineat illud.ſ.quod eſt loco actionis.vt per qđ reſtitutio minoꝝ petit̄.vt.ff.eo.l.actionis verbo. Uel ponunt̄ hec verba ad differentiā criminaliū actionum per quas non proſequor michi debitū:ſed ad vindictā.et ſm hoc etiam realem actionem dicas diffiniri hic lʒ enim non ſit obligatus qui re aliter tenetur.vt.j.e.§.j.ibi.aut cū eo qui nullo ⁊c̄.veꝝ eſt perſonaliter.groſſe tn̄ poteſt dici ꝙ ſit realiter obligatus.Et facit pro hoc (vt etiā realis hic diffiniatur) ꝟbuʒ debere.quod ⁊ ad actionē in rem ⁊ ad actionē in perſonaʒ refert̄.vt.ff.de verb.ſig.l.pecunie.§.fi.Iteʒ facit quod eſt in diffinitione verbū perſequendi:quod eſt cōmune tam ad realē qʒ ad perſonalem actionē.vt.ff.eo.l.actio in perſonam. Item facit.j.eo.§.j.in prin.vbi actio realis ſpecies eſt actionis:ſicut perſonalis:⁊ ita large accipio hic verbū debetur ſed in ſtricta ſignificatione verbi huius debere tantum alienū ⁊ non meū michi debetur.vnde perſonalis obligatio tm̄ diffiniri videt̄.vt.j.eo.§.ſic itaqʒ.et.ſ̄.de leg.§.ſed ⁊ ſi rem.Sed certe qn̄qʒ ago etiā ad id quod michi non debetur.vt.C.de pac.l.ſi pacto quo penam.nam ibi nō ago ad id quod eſt debituʒ:ſed ad id quod ex nudo pacto conuenit.Sed certe illud naturaliter erat debitum quod nudo pacto debebat̄.vt.ff.de fideiuſſ.l.fideiuſſor.§.fideiuſſor.Uel non agit ibi ad id quod nudo pacto debet̄:ſed ad id quod vere debet̄:ſed pretextu eius conſequitur etiaʒ quod nudo pacto debetur.vt.ff.de verbo.ſigni.ſi cui. Item oppono de popularibus actionibus.Nam in eis nō dicitur debitū:⁊ tn̄ petit̄.vt.ff.de popu.ac.l.pe. Sed non obſtat:q: ſaltem poſt litem conteſtatam debetur.Uel dic:⁊ ſibi debitum pſequit̄.nam cū toti populo ſit debitū ergo et ſibi.Item op.de actione iniuriarū q: nō dicit̄ eſſe in bonis.vt.ff.de iniu.l.iniuriarū.Item nō ad debitum:ſed ad vindictā competit:vt.ff.de collati.bo.l.ij.§.emācipat⁹.⁊ tn̄ eſt actio:ˀRn̄.non eſt in bonis vt traſeat ad heredes.vt.ff.ad.l.falci.l.penalis. Itē licet det̄ ad vindictā:tn̄ pōt deberi michi ꝓpter id qđ eſt in eſtimatione vindicte.vel propter id qđ eſt in alterum vt vindicta.Item oppono de petitione hereditatis.Item de actione de peculio.Nā in his agitur etiam anteqʒ ſit penes poſſeſſorē.vel anteqʒ ſit in peculio.vt.ff.de pecul.he.l.iiij.et.l.ſi quo.et ff.de pecul.l.queſitum.in pn̄.et.ff.de lib.le.l.ſi quis reū.§.idem. Sed dic eſſe ſubaudiendum hic:vel deberi ſperatur.✠ Uel dic ꝙ qn̄ fuit actio propoſita fuit efficax tantum ꝓ eo quod tunc erat penes poſſeſſoreʒ:vel in peculio/⁊ poſtea cum augebatur eatenus ⁊ actiōis efficacia creſcebat:cū vniuerſalis vel in aliquo vniuerſo petitio.vt.ff.de iudi.l.ſolemus. Item opponitur de actionibus quas intendunt aliqui ꝓ alijs:vt procurator/et tutor/⁊ p̄latus:et ſimiles:nā agūt ⁊ tn̄ nō ſibi debitū petūt.Sʒ dic ꝙ quaſi dn̄i ſūt.vt.ff.ꝓ empti.l.qui fundū.§.ſi tutor.Uel dic ſibi.i.ei cui actio ꝯpetit q̄ intendit̄.Uel ſubaudi qđ ſibi debet̄ vel ei cui⁹ noīe agit̄ huius alternatiue ſecunda pars eſt vera.

Actio popularis ꝯtinet ſub diffinitione actiōis.

Iniuriaꝝ actio nō eſt in bonis nr̄is ⁊ ad vīdictā ꝯpetit.

✠ Sed hec ratio probat:q: arguit ſperatorē de inſufficientia.

‡ Qđ nota.ꝓ ſtatutis ī qb⁹ verba ſunt ſtricte intelligenda.l.iij.§.hec ꝟba.ff.de neg.ge.⁊.l.quicqđ.ff.de ꝟb.obl.

Debet̄ī diffinitione actionis capit̄ large.

Omniū autē. Iſta pars diuiditur in ſex partes prout in hoc titulo ponuntur ſex diuiſiones actionum.quas enumerat per ordinē gloſa magiſtralis in.§.ſunt preterea.j.eo.Et ibi gloſa addit alias ſex diuiſiones q̄ ponuntur in alijs locis extra hunc titulum.Prima diuiſio actionum eſt que reſpicit cauſam materialem:q: quedam actiones ſunt reales/quedā perſonales/quedam cauſam mixtā habentes.Et iſta pars durat vſqʒ ad.§.ſed iſte.Secūda diuiſio eſt q̄ reſpicit cauſam efficientem:q: quedā ciuiles:quedaʒ pretorie:⁊ durat vſqʒ ad.§.ſequens.Tertia eſt reſpiciens cauſam finalē:q: quedam ſunt rei perſecutorie:quedā penales:quedaʒ mixte rei ⁊ pene.Et durat vſqʒ ad.§.omēs.Quarta eſt reſpiciens cauſam formalem:q: quedā dantur ad ſimplum:quedam ad duplū:quedā ad triplū:quedam ad quadruplum vſqʒ ad.§.actionuʒ.Quinta eſt reſpiciēs cauſam ſubſtātialem:q: quedā ſunt bonefidei.quedā ſtricti iuris.ibi vſqʒ ad.§.ſunt p̄terea.Sexta eſt reſpiciens perſecutionis effectum:q: quedā ſunt pſecutorie ſolidi:quedā non:vſqʒ ad finem:vt ſequit̄ Bal.hic.Itē prima ſubdiuidit̄ in duas partes.Primo diuidit.Secundo mēbra declarat.Secūda ibi.namqʒ.nam totus iſte titulus ꝓcedit per diuiſiones actionum.

Diuiſio.

Inter aliquos.Calus. Po.ca.Dn̄e ego ſatis bn̄ video quid eſt actio.ꝓ deo dicatʒ michi ſi placʒ aliquā compendioſam viam vel diuiſionem actionis:ˀEt ad hoc reſpon.iuſti.Amice libēter dico tibi:q: olim actio

ſum quibus inter aliquos litigatores apud iudices or dinarios vel delegatos vel etiam apd arbitros cōmiſ ſarios de quacunq̄ʒ re corporali vel incorporali agit̄ ſū ma diuiſio in duo genera deducit̄. Aut em̄ actiones ſunt in rē aut in pſonam. Et q̄ iſta diuiſio ſit bona liquet tali rōne. Nā quicūq̄ʒ in iudicio experit̄ aut agit cū eo qui obligatus eſt ex ꝯctu vel quaſi: aut ex maleficio vl' quaſi aut alijs q̄buſdā. i. ex varijs cauſaꝝ figuris. et in hoc caſu q̄n agi tur ꝯ eū q̄ aliq̄ p̄dictoꝝ modoꝝ obligatus ē: ꝓdite ſunt actiones in pſonam p quas actor intēdit aduer ſariū ſuum aliq̄d ei dare aut facere oportere. aut agit cū eo qui nullo iu re ſibi eſt obligatus. mouet tñ ei cōtrouerſiam de ali qua re. & in hoc ca. ꝓdite ſunt actiones in rem. Cū ergo quicunq̄ʒ agit aut agit ꝯ eū qui ſibi obligatus eſt. & tūc contra eū h̄ʒ locū act. in perſonam: aut ꝯ eū qui nullo iure eſt ſibi obligatus. & tūc h̄ʒ locū act. in rem. et pluri bus modis agi non pōt. Liquet igitur manifeſte q̄ ſu pradicta diuiſio bona ſit. Sed dñe iā video q̄ diuiſio nem veſtrā ſatis ꝓbabili rōne cōfirmatis. p deo ſi plʒ ponatis michi familiare exēpluʒ qualr̄ agit̄ cū eo qui nullo iure eſt obligat⁹. Ad hoc rñ. impe. Amice pona mus q̄ aliq̄s poſſideat aliquā rē corporalē quā ticius affirmat eſſe ſuam. & ille q̄ poſſidet dicat rē illā ſuā eſſe. Nam in caſu iſto ſi ticius rē illam ſuā eſſe intēdat. et a poſſeſſore iure dñij eā vēdicet: tūc actio in rē locuʒ h̄ʒ.

¶ Omnium autem actionū quib⁹ iter aliquos[a] apud iu dices[b] arbitros[c] ve de[d] q̄cū q̄ʒ re queritur: ſumma[e] diui ſio in duo genera deducit̄. Aut eīn in rē[f] ſūt/aut in pſonā. ¶ Nāq̄ʒ agit vnuſq̄ſq̄ʒ aut[g] cū eo qui ei obligatus eſt/vel ex cōtractu: vl' ex ma leficio: quo caſu ꝓdite actio nes ſūt in pſonam. p quas[h] intēdit[i] aduerſarium ei da re[k]: aut facē[l] oporté. & alijs quibuſdā modis[m]. Aut cū eo agit qui nullo iure[n] ei ob ligatus e moue: tñ alicui de aliqua re cōtrouerſiā. quo caſu prodite actiōes in rem ſūt: veluti ſi rem[o] corporalē poſſideat[p] quis: quā titi⁹ ſua

na. §. fina. et ſic in actione perſonali in rem ſcripta. vt di. §. quendam. Angelus.

f ¶ Aut em̄ in re ſunt. Ideo in rē dicūtur: quia rem cōcomitant̄. ff. de pub. l. imꝑatores. et in pſonam: q̄ nō recedūt a pſona obligati vel heredis eius: cuius eadē eſt perſona. vt. ff. eod. l. actionum genera. §. j. et. ij. et in autent. de iureiu. a mo. pre. in princ. collat. v.

g ¶ Aut. hoc reſpicit alid q̄d ē. .j. e. aut cū eo &c.

h ¶ Per quas. Scilʒ perſonales actiones.

i ¶ Intēdit. ſcʒ vnuſq̄ſq̄ʒ. vl' actor

k ¶ Dare. Cuʒ datio eſt i obliga tione. vt. ff. de ver bo. obliga. l. vbi autem non appareat. §. fina.

l ¶ Facere. Cum factū ſit in obligatiōe. vt ſi ꝓmiſi ſti ſcribere librum. quod petitur actione ex ſtipulatu. vt. ꝟ. de verbo. obliga. in princi.

m ¶ Et in alijs quibuſdaʒ modis. i. ex quaſi ꝯctu: et ex quaſi maleficio: nec em̄ de his ſupra dixerat: q̄d re probat̄: q̄ ex q̄ dixit de his q̄ ſunt ex ꝯctu vel ex delicto: per ꝯſequēs de his q̄ ſunt ex q̄ſi ꝯctu & ex q̄ſi delicto. vt ꝟ. de obli. q̄ ex quaſi ꝯctu. in p̄n. & ꝟ. ti. j. in p̄n. ✝ Vel dic oīa iſta ſupra eſſe cōprehenſa. ſed ſunt ſupradicta intel ligenda vbi p̄ciſe agebat̄ ad dandū vel ad faciendū: hic aūt q̄n non p̄ciſe: ſed ſubalternatione: vt hoc/ aut illud: ſed et hoc reprobat̄: q̄ ꝟ. non dixit q̄ p̄ciſe quid fieret. Dic ergo hic de ꝯdictiōe furtiua loqui: q̄ eſt pſonalis: non tñ ex ꝯctu: vel quaſi: vel ex maleficio: vel q̄ſi. ſed ex varijs figuris cauſaꝝ orit̄. vt. ff. de act. & obli. l. j. in p̄n. Itē de interdictꝭ oībus pōt dici q̄ oīa ſunt pſonalia. vt ff. de interdi. l. j. §. fi. non tñ iure ordinario: lʒ ex ordina rio ſunt introducta. vñ nō ꝯtinent̄ ſub hac diuiſione ex cōtractu vel q̄ſi. ex maleficio vel quaſi. ex delicto tñ: vel ꝓpter delictū q̄nq̄ʒ dant̄. vt interdicto. vñ vi pōt videri q̄nq̄ʒ non: vt in interdicto q̄ vi aut clā. q̄nq̄ʒ ꝯ eū qui nō fecit opus. ſed factū h̄ʒ/dat̄. vt. ff. q̄d vi aut clā. l. iij. §. & clā. et. l. ꝯpetit. §. fi. Et vt breuit̄ dicā ille tertius articu lus qui dī. ff. e. l. j. in p̄nci. ex varijs figuris &c. eſt q̄d hic dicitur: & alijs quibuſdā &c. Accurſius.

✝ hanc p̄maʒ ex poſitio nē lʒ gl. reprobʒ tñ eā ſe quūtur cōīt doc. h. & idu cunt ad hoc. l. j. ff eo. vid h̄ per do. Iaſo. q̄ lōge tra ctat an appella tione ꝯ ctus ve niat q̄ſi ꝯctus.

n ¶ Nullo iure. Nota hic q̄ ille qui rem meā tenet nō eſt michi ideo obligatus: ſed ratione poſſeſſiōis eū poſſuʒ ꝯuenire. vt. C. de alie. iud. mu. ca. fac. l. j. Sed op pono. teneris michi ad rem reſtituendā. ergo es obli gatus? Rñ. nō eſt verū: q̄ tenetur duobus modis acci pitur. Nā ſi dicas teneris iō q̄ ex natura actionis ſis michi obligatus falſū eſt. ſi vero dicas teneris: q̄ p of ficiū iudicis dʒ tibi neceſſitas imponi vt reſtituas. ver eſt. ff. de rei ven. qui reſtituere: & ſi hoc mō accipiat̄ te neris: ergo es obligatus nō ſequit̄. Additio. Et eſt rō: q̄ officiū iudicis nullā p̄ſupponit obligationē. l. qui cō cluſionem. in fi. ff. de acto. emp. l. quintus. ff. de annu. le. niſi largo modo. ſm q̄d dicit Bar. in. l. fi. ff. de iniur. & vide glo. ꝟ. in princ. in verbo debet. Ange.

o ¶ Rem corporalē. Bñ dicit corporalē: q̄ incorpora lia non vendicantur. vt. ff. de rei ven. l. vendicatio.

Rei ven dicatio ad hoc q̄ cōpe tat quid req̄rit̄.

p ¶ Poſſideat. Nota in actione in rē ex parte acto ris alteruʒ duoꝝ debere iteruenire. ſcʒ dñium. vt. ff. de rei ven. l. in rē. & hic. vel quaſi dñium: vt in emphiteota. ſupꝑficiario. & in bonefidei emptore. & ſimilib⁹. ✝ .j. e. §. alie. & ff. ſi ager vec. vel emphite. l. j. §. fi. et. l. ij. et. l. iij. et v. ſ.

✝ Dic hoc non

a ¶ Inter aliquos. Videtur innuere q̄ alie actiōes ſunt que coram alijs ꝓponuntur ✝ ſed non eſt verum. Accur. Additio. Solutio dic q̄ hic relatiuum ſtat de claratiue: quia adijcitur qualitati conuenienti vnicui q̄ʒ contento ſub genere.

✝ Quia relati uum q̄s vel qui adiūctū alicui ge neralita ti ſine co pula illā reſtrīgit l. ea tam adiectio ff. d le. iij

b ¶ Judices ordinarios. vel delegatos.

c ¶ Arbitros ve. ſ. cōpromiſſarios. nam et apud eos actiones proponende ſunt. vt hic. et. ff. de arbi. l. j. Eſt etiam libellus offerendus. vt. C. de arbi. l. cū autem. §. licet. circa fi. Sed cōtra ſm Pla. C. de epi. & cle. aut. ge neraliter. Ad quod rñ. quia ibi non de libelli oblatio ne loquitur: ſed de remiſſione cautionis que conſenſu partium fieri poteſt. vt. ff. de ferijs. l. j. j. reſpon.

d ¶ De quacunq̄ʒ re. gñaliter accipe verbum rei. vt ff. ſi cer. pe. l. j. in fi. nam pro corporalibus et incorporali bus competunt actiones. vt. j. eo. §. proxi. et. §. ij. et. ff. ſi ſerui. ven. l. j. et. ij. in principio.

e ¶ Sūma. i. prima. quo ad tractatū. ſcʒ ✝ vel ſum ma. i. breuis: breuior enim eſſe non pōt q̄ʒ bimembris ſicut iſta eſt. Sed opponit̄. j. e. §. quedā. Reſpō. quia & ille ſunt reales quando ad res agitur. Itē in perſonaʒ q̄n ad pſonales p̄ſtationes agitur: immo etiā ſi ſimul agatur non tamē egrediūtur hanc diuiſionē cū ſint in rē et in pſonā: niſi em̄ ſic exponeret̄ iam multe inueni rentur breuiores. vt. j. e. §. alie. & §. actionū. et alie que dam diuiſiones breuiores inuenirent̄. Additio. Dic melius facit tex. in. l. quis ergo caſus. ff. de pecu. Sed extra glo. inſtat̄: quia actio in rem ſcripta rē cōcomita tur: et tñ nō eſt realis. vt. j. eo. §. quedam. ſed ſolue vt ibi. quia ius agendi ex reali oritur ex ipſa re: et ipſi rei competit: et ꝯtra ipſam rem. vt hic et in ſimili dicimus de ſeruitute debita fundo. ff. de nego. geſtis. l. qualiter

✝ Et hoc iō q̄ ꝑeā cogn̄ſcit̄ cauſa media ta & ime diata a ctionuʒ Iaſo.

vt hñ di
ctū: q2 i
mo h3tā
tūmō
publici
anā. vt
.j.e.§.ſ3
iſte. alr ſi
hret vti
le dñiū3
vt dicit
glo. pfer
ret dño
directo.
l.j.§.j.ff.
ſi ager
vec. vel
ēphi. et
tñ hoc ē
falſū: q2
reglarit
excldit*
a vero
dño. l.
pe. 7 qd
ibi not.
ff. d pu.

ff. de ſupficiebus. l. j. in fi. j. rñ. 7 §. qd ait. Itē ex pte re ſimiliter duoꝝ alteꝝ. ſcʒ poſſeſſio vel quaſi: vt q2 dolo deſiderat poſſidere: vt hic. 7 ff. de inter. act. qui ſeruum. §. in iure. et. l. ſi ſeruus. et de noxa. electio. §. j.

a ¶ Dicat. hoc non eſt neceſſe pbare vel dicere: ſed ex voluntate dicit hoc. vt. C. de eden. qui accuſare. 7 de rei ven. l. fi. 7. j. de interdi. §. ꝯmodū.

¶ Eque ſi agat. Caſus. ¶ Acceſſi ad iuſti. 7 ita q̄ſiui ab eo 7 dixi. Dñe iā video de act. in rē. 7 vñ actio in rē h3 locū p dñio re rū corpaliū: ſ3 nūquid ſunt plures actiones in rem? Et rñ. iuſti. ꝙ ſic. Sicut em̄ dixi tibi ꝙ actio in rē locū ſibi vēdicat q̄n ali quis rē corporalē aliquā iure dñij i iudicio itētat ſuā eſſe. Eodē mō di

esse affirmet: poſſeſſor autez dñz ei⁹ ſe eē dicat[a]: nā ſi ti. i⁹ ſuā eē intēdat: i rē actio eſt.

¶ Pro ſuitute ꝯſtituēda vl nō ꝯſtituēda pdi te ſūt actio nes in rē: tā p ſeruitutib⁹ ru ſticis: q̄3 vrbanis / realib⁹ vel pſonalib⁹. Et i his etiā agit q̄ poſſidet. ſec⁹ i reb⁹ corpa lib⁹ regulariter. h. d. Areti.

¶ Eque[b] ſi agat[c] q̄s ius ſi bi eſſe fūdo forte vl edib⁹ vtē di[d] fruēdi. Vl p fūdū vicini eūdi agēdi: vl ex fūdo vicini

co tibi ꝙ ſi aliquis ius vtendi fruēdi ſibi eſſe in fundo vel edibus vicini ſui dicat. vel ſi dicat ius ſibi eſſe du cendi aquā in funde ſuū per fundum vicini ſui. In om nibus his caſibus actio cōfeſſoria locū habebit. et non ſolū in ſeruitutibus ruſti. p̄dio. vēdicādis locum habet in rem actio cōfeſſoria. ſed 7 in ſerui. vrba. predio. Eiuſ dem eniʒ generis actio. q̄ de iure vrba. predio. cōpetit. veluti ſi aliquis agat ſe habere ius ne vicinus ſuus al tius edes ſuas tollat: vel ſi aliquis dicat ſe habere ius pſpiciendi in fundū vicini ſui vel proijciēdi aliquid de fundo ſuo in fundum vicini ſui. aut ſi agat ius ſibi eſſe vtendi mittēdi tignū de edibus ſuis in edes vicini ſui. et ſic in his oībus ſupioribus caſibus actio cōfeſſoria locum habet in rem. Et hoc in prima pte illius vltime partis. Modo po. ca. in ſcda. Dñe iā ſatis michi liquet de ꝯfeſſoria in rem q̄ locum habet in vendicatione reꝝ incorporalium. Sed nunquid domine ſūt plures actio nes in rem que locū habere poſſunt in rebus incorpo ralibus? Ad hoc rñ. dñs iuſti. ꝙ ſic. Naʒ ſicut ego dixi ꝙ in ſerui. ruſti. vel vrba. predio. vendicandis locum h3 confeſſoria in rem. Eodem modo dico tibi in caſu con uerſo ꝙ ſi aliquis negat te habere ſerui. ruſti. vel vrba. predio. competit ei actio in rem negatoria. Nam de vſufru. 7 de ſer. ru. predio. Itē de ſer. vrba. predio. pro dite ſunt in rem actiones negatorie: veluti ſi quis agat ius vtendi fruēdi in fundo ſuo: vel in edibus ſuis ad uerſarium ſuuʒ non habere: vel ſi aliquis agat ius nō eſſe aduerſario ſuo eundi vel agendi per fundū ipſius aduerſarij: vel ſi quidā dicat aduerſariū ſuū nō habe re ius in edibus ipſius actoris: vt ipſe actor nō tenea tur altius tollere edes ſuas: vel ſi quis dicat aduerſa rium ſuū non habere ius pſpiciendi per fundū ſuum vel proijciendi aliquid in fundo ſuo: vel ſi aliquis agat ius non eſſe aduerſario ſuo mittendi tignū ex edibus aduerſarij in edes ſuas. Naʒ in omnibus caſibus his ſicut in ſuperioribus habent locū actiones in rem: ſed tamen negatorie. Sed hoc genus negatorie. ſ. act. in rebus corporalibus locum non habet. Naʒ licet in his caſibus ſupradictis agat poſſeſſor negatoria: et hoc in rebus incorporalibus. in rebus tamen corporalibus ille agit qui non incumbit poſſeſſioni: q2 non eſt aliqua

actio corporalis a iure pdita beneficio cuius actionis poſſit negare illā rem corporalem actoris eſſe: ſed licet tibi dixerim regulariter ꝙ poſſidenti et detinenti in re bus corporalibus non cōpetat actio. in vno tamen ca ſu ille qui poſſidet nichilominus actoris partem ſuſti net ſicut in latioribus. ſſoꝝ. libus apertius apparebit.

aquā ducēdi in rē[e] actio eſt. Eiuſdē gñis[f] ē actio de iu re p̄dioꝝ vrbanoꝝ: veluti ſi quis agat ius ſibi i eē[g] alti⁹ edes ſuas tollendi[h] pſpiciē ve: vl pijciēdi aliq̄d: vl imit tēdi tignū i vicini edes ¶ Et ꝯ[i] q̄3 d vſufructu 7 d ſuituti b⁹ p̄dioꝝ ruſticoꝝ itē p̄dioꝝ vrbanoꝝ. iuicē q̄3 pdite[k] ſūt actiōes: vt ſi q̄s itēdat ius nō eē aduerſario vtēdi: fruē di eūdi: agēdi: aquā ve ducē di. Itē alti⁹[k] tollēdi: pſpiciē

¶ Eque. ¶ Su pra. §. pxi. ponit de actionib⁹ in rē pro rebus corpali bus: nūc p rebus incorporalib⁹. Et ſunt due actiones confeſſoria 7 nega toria. Et diuidit iſte. §. in duas par tos. Primo ponit de actione cōfeſſo ria q̄ intentatur p ſeruitute cōſtitu ta conſeruāda vel cuſtodienda. Se cundo ponit de a ctione negatoria q̄ competit domino negando aduerſa

rio ſuo ius eſſe ſeruitutis: 7 ſic cōpetit p libertate con ſeruanda. Secunda ibi. et ꝯ quoq3. Item totus iſte. §. ſex facit. Primo ponit exemplū de confeſſoria que dat pro ſeruitute perſonali. Secundo dat duo exempla de confeſſoria pro ſeruitute reali ruſticana. Tertio ponit quattuor exempla de ꝯfeſſoria p ſeruitute reali vrba na. Quattuor ponit plura exēpla de negatoria. Quin to ponit differentiam inter actiones reales que cōpe tunt pro rebus corporalibus / et inter eas que compe tunt pro rebus incorporalibus. Sexto infert quandaʒ exceptionem. Secunda ibi. vel per fundum. Tertia ibi. eiuſdem. Quarta ibi. et contra quoq3. Quinta ibi: quod genus. Sexta ibi: ſane.

b ¶ Eque. Scilicet datur actio in rem.

c ¶ Agat. Scilicet actione confeſſoria. ꝙ ſic vocetur legitur. ff. ſi ſer. vendi. l. ij. in princi.

d ¶ Utendi. hec ſeruitus eſt perſonalis. ſed ſequen tes reales. vt. ff. de ſerui. l. j.

e ¶ In rem actio eſt. Scilicet confeſſoria.

f ¶ Eiuſdem generis. Scilicet vt ſit in rem.

g ¶ Jus ſibi eſſe. Additio. Nota ꝙ ꝯfeſſoria propo nitur verbis affirmatiuis: et negatoria negatiuis: et ex hoc comprehenditur medium concludendi in huiuſ modi actionibus de quo dic vt per Ange.

h ¶ Tollēdi. Ut ſi eras in quaſi poſſeſſione ſuitutis dom⁹ mee: ne michi liceret alti⁹ tollere me volēte edifi care: debeo agere negatoria: 7 ita hic inſerit exēplum negatorie. vt. ff. ſi ſui. vē. 7 ſi forte. §. j. In hac ei ſuitu te / negatoria vbis affirmatiuis / 7 ꝯfeſſoria negatiuis p ponit. vt. ff. ſi ſer. vē. l. loci. Alia vo exēpla q̄ ponunt bñ ponūt i ꝯfeſſoria vſq3 illuc. 7 ꝯ 7 c̄. Uel pōe hoc exem̄ in ꝯfeſſoria vt ſi talē mihi dbeas ſuitutē vt alti⁹ teneas edi ficatū. vt. ff. d ſui. vr. pre. ſi arborē. §. iterdū. 7. l. eū debē

Serui tus alti⁹ tollendi ab alijs differt.

i ¶ Et contra. i. in ꝯriū. Nam. ſ. de ꝯfeſſoria p quam ſeruitutes debent: nunc de negatoria per quam ſuitu tes denegantur. vt. ff. ſi ſer. ven. l. ij. in princi.

k ¶ Prodite ſunt actiones. ſ. negatorie.

l ¶ Altius tollēdi. exemplū ꝯfeſſorie. In his enim exēplis oībus repetit nō. Uel dic nō repeti non ad hoc exemplū. ſed ad alia ſic. Sed querit hic q̄re noīa talia dant talibus actionibus? Rñ. Pla. q2 negatoria nega

Nega toria 7 cō feſſoria q̄re ſic di cuntur

tiuis verbis proponiť: ꝯfeſſoria vero affirmatiuis. Hec opinio reprobať in ſeruitute alti⁹ tollendi: ibi eni confeſſoria negatiuis: negatoria affirmatiuis verbis proponitur. Dic ergo potius inſpiciēdā eſſe naturaȝ ꝙ̄ verba vt cōfeſſoria ideo dicať: q2 ad hoc vt cōfiteať ſe debere dať. negatoria aũt q2 negať. Itē quare iſte dicũť in rē? R̄n. q2 ad ſimilitudinē rei vendicatiōis dantur. Sicut eñ illa rōe dñij vel q̄ſi dať: ſic et iſte: vt ecce rōne dñij dať ꝯfeſſoria. ſ. dño fũdi cui ſeruit⁹ debeť. vt. ff ſi ſer. vē. l. ij. §. hoc aũt ⁊ rōne q̄ſi dñij vt fructuario. creditori. et ſuperficiario. Itē publicana dať ei cui ſeruitus eſt ꝯſtituta a nō dño fundi. vt. ff. de remiſ. l. j. §. idē iulian⁹. ⁊ de ſupfi. l. j. §. fi. et ſi vſufr. pe. l. j. ⁊ de pub. l. ſi ego. ij. ⁊. iij. rñ. Itē ſicut rōne poſſeſſionis vel q̄ſi dať rei vēdicatio: ſic ⁊ hec confeſſoria rōne vere poſſeſſiōis aduerſus eũ q̄ poſſidet agrũ qui ſeruitutē d;. vt. ff. ſi vſufr. pe. l. vti. §. vtꝝ. vel quaſi poſſidet. vt. ff. ſi vſufr. pe. l. fi. Hoc idē in negatoria: nam ipſa ratione dñij datur dño fundi qui negat ſeruitutē deberi. vtilis aũt q̄ſi dño: q2 ius habet in fundo queȝ negat ſuitutē debere: vt. ff. ſi ſerui. vendi. l. ij. Et econtra ratione poſſeſſionis intenditur cōtra eum qui poſſidet rē ratione vſuſfructus. vt. ff. de acqui. poſ. naturaliter. vel quaſi poſſidet: vt ſi re vtatur propter aliā ſeruituteȝ quā ſibi dicit debitā. in quibus non eſt vera poſſeſſio etiam naturalis. ar. ff. de ſerui. vrb. pre. l. ſi edes. §. libertas. ⁊ §. ſequen. et ratione hoꝝ et ſimiliũ dicuntur in rē. Item nota ꝙ dicit Pla. ꝙ negatoria ita demum datur ſi fuerit ſeruitus conſtituta ⁊ poſtea amiſſa: ſed falſum eſt. competit enim et ſi nulla fuit. vt ff. ſi ſer. ven. loci. §. competit. et. l. fiſtulas.

Cōfeſſoria ⁊ negatoria. q̄re dicũtur actiones in rem?

di ve: vl' piiciēdi: inmittēdi ve Iſte[a] q; actiões in rē ſũt: ſ; negatiue. Quod gen⁹ actionis[b] ꝯtrouerſijs reꝝ corporaliũ ꝓditũ nō ē. Nā in his[c] is agit q̄ nō poſſidet. Si vero q̄ poſſidet[d] nō ē actio prodita per quā neget[e] rem actoris eſſe. Sane vno caſu[f] qui poſſidet nihilomin⁹ is actoris partes obtinet: ſicut i latiorib⁹ digeſtoꝝ libris oportunius apparebit[g].

Scda diuiſio actionũ eſt ꝙ quedā ſunt ciuiles de q̄bus iā dictum eſt: quedā vero ꝑtorie de quibus hic duo exēpla ponunť. Angelus.

a Iſte quoq; actiones. de quiqus. ſ̄. proxi. §. dixit Nam ad proxima eſt faciēda relatio. vt. ff. de le. j. ſi ſeruus plurium. §. fi. et de teſta. heredes. §. ſed ſi notam. nam alie non ſunt negatiue/ſed affirmatiue. ſed in eo quod dicit in rem ſunt: poteſt ad vtrũq; referri.

Relatio eſt faciēda ad ꝓxima.

b Quod genus actionis. ſ. negatoriarũ et affirmatiuarũ. Et nota ꝙ nomē actionis large hic ponitur: als vero ꝓ perſonalibus tm̄. vt. ſ̄. ec. §. j.

c In his. ſ. in cauſa rerum corporalium.

d Poſſidet. ſ. inſolidum. Si enim duo aſſerant ſe poſſidere: ⁊ vterq; vincit. poterit alter vendicare. vt. ff. vti poſſ. l. ſi duo. in fi. j. reſpon.

e Neget rē actoris eſſe. Hec ꝟba reſtringũt ꝑcedētia. ſ. ei ꝟo ⁊c. Nā hoc ꝑpetuo veꝝ eſt: qḋ als non dať actio poſſidenti per quam neget rem actoris eſſe. Sed pōt poni caſus vt poſſeſſor habet actionem per quam dicat ſe dñm eſſe: vt. ff. de rei ven. l. officium. et. ff. vſufr. quēadmodũ ca. ſi vſuſfructus nomie. Conſtat eñ cōmodatariũ non poſſidere: et cōmodantē poſſidere: vt ff. cōmo. l. rei. idē in cōductore et locatore: vt. ff. ḋ vſuca. l. non ſolũ. §. j. Aliũ dicunt legem illā officiũ. loqui quādo alius non poſſidens agit: vt ſic ratione detentationis talis agatur. Sunt ⁊ alij vt Bul. et Jo. qui dicunt ꝙ eo ipſo ꝙ agit poſſeſſor rei vendicatione renunciat cauſe poſſeſſionis: cum hoc ſit impoſſibile et poſſidere et vendicare poſſe. prima verior eſt.

Poſſeſſori an ꝯpetat actio.

f Vno caſu. vt i duplicibus iudicijs. vt. ff. de iudi. l. in tribus. et. j. eo. eo. §. quedā. et. ff. vti poſ. ſi duo. §. j. et. j. de interdictis. §. tertia. et. ff. fami. her. l. j. Vel dic ꝙ dicit de qualibet exceptione ꝓponenda: nec eñ hic dicit ꝙ ſit actor. ſed caute dicit ꝙ partes ſiue onera actoris ſuſtinet ſm Joh. vt. ff. de excep. l. j. Additio Dic nec etiam placet hoc Pe. et Dy. q2 ſm hoc eſſet plus ꝙ̄ mille caſus. Unde Pe. ponit exemplum quādo reus ſuſcepit i ſe onus ꝓbandi ſc; ꝙ res petita ꝑtineat ad eum et non ad actorem. vt. l. circa. ff. de proba. et hoc exemplum placet hic Jo. fa. nā littera non dicit actor ſed vicem actoris ſuſtinet: et ſic nō ē ꝓprie exceptio: ſ; quadãillatio. An.

hoc ex⁹ m̄ ſe quiť oy. ſ; Jo. ⁊ Pe. ſ. q2 exceptio d; eē ḋ rita. nā i reb⁹ icorpali b⁹ poſſidēti nō dať actō niſi i vno caſu: ſed ſm gl. eſſēt plēs ꝙ̄; mille. Preterea iſtis duplicibꝰ iudicijs q̄ agit ñ negat rē actoris eſſe ⁊ nec agit rei ven. ꝑut lra requirit Ange.

g Apparebit. vt. ff. de iudi. l. in tribus. ſm primum vel. ff. de excep. l. j. ſm ſcḋm.

Sedifte. Diuiditur in duas partes. Primo ponit et declarat actiones precedentium paragraphoꝝ fore ciuiles. Secundo ponit de actionibus pretorijs: ibi. alie autē. Item iſta ſecunda ſubdiuiditur. Nā primo ponit de actionibus in rem pretorijs. Secũdo ponit de perſonalibus. Secunda inferius in. §. in perſonam. Item prima ſubdiuiditur. Nā primo ponit quando res petitur quaſi vſucapta que non eſt. Secundo quando vſucapta eſt: ⁊ petitur acſi vſucapta non eſſet Secunda ibi: in. §. rurſus. Item prima ſubdiuiditur. Nam primo ponit de actionibus pretorijs in rem. Secundo de eis duo ponit exempla. Secunda ibi. vt ecce plerunq;. Primum exemplũ proſequitur ibi. nāq; ſi cui. Secundum in. §. rurſus. iam allegato. Bretinus.

Sedifte ⁊c. Caſus. Ita pone caſum. Domine vos dixiſtis michi ſupra ꝙ pretoriarum actionum quedam ſunt in rem quedam in perſonam: et promiſiſtis ꝙ eaſdem per exempla michi oſtenderetis? Ad hoc reſpondit Juſtinianus. Amice libenter. Ecce plerunq; pretor permittit in rem agere. ita vt actor dicat ſe aliquam rem quaſi vſucepiſſe quam in veritate non vſucepit. et tamen vtili in rem actione pretoria ita vendicat ſuam eſſe quaſi vſucepiſſet. Et non ſolum in caſu iſto locum habet actio pretoria in rem: ſed in caſu conuerſo. Quādoq; enim ita permittit pretor in rem agere: vt aliquis dicat aduerſarium ſuum rem quaſi non vſucepiſſe quam in veritate vſucepit: et ita eam rem ab eo pretoris auxilio auocat quaſi eam nunq; vſucepiſſet. Sed bone domine pro deo dicatis michi exemplum familiare in qua actor dicit ſe quaſi vſucepiſſe rem quam in veritate non vſucepit. Ad hoc rñ. Amice dabo tibi bonum exemplum. Nam pone ꝙ aliqua res alicui ex cauſa iuſta: puta petro a non domino tradita ſit: vel ex cauſa emptionis vel donationis: aut ex cauſa dotis; aut ex cauſa legatorum: vel ex alia ſimili cauſa apta ad dominij tranſlationē: nec dũ Petrus bone fidei poſſeſſor illius dominiũ beneficio illius vſucapionis adept⁹ ſit ſi poſſeſſionē illius rei aliquo caſu amittat nullam habet de iure ciuili directam actionem in rem ad illam rē proſequendam. Ita enim prodite ſũt actiones in rem de iure ciuili vt quis rationē dominij rem ſuam vendicaret. Cum igitur de iure gen. puta ꝑ traditionem nō ſit illius rei dominus effectus: neq; de iure ciuili: puta per vſucapionem liquet manifeſte ꝙ omne beneficiũ iuris ciuilis in hoc caſu Petro ſit preclũſũ; ſed quia pretori qui naturali equitate mouetur

durũ videbatur:ꝛ hoc caſu petro poſſeſſori bo.fi. deffi cere penitus actionē: quãdam actionem de equitate introduxit beneficio cuius actionis petrus qui poſſeſſionem amiſit dicit ſe eam rem quaſi vſucepiſſe. et ita pretoria in rem vendicat ſuã eſſe ſicut ſi in rei veritate eam vſucepiſſet. ꝛ directa in rem ciuili eã vẽdicaret: ꝛ iſta actio de equitate p̃toris in hoc caſu introducta publiciana appellatur: que ideo ſic appellat. q2 primus a publicio pretore in edicto ꝓpoſita eſt.

a ¶ Sed iſte. Latẽter accedit ad ſecundã diuiſionē ſ. alie ſũt ciuiles/ꝛ alie pretorie. et de omnib9 exẽpla ponit. Sz queritur de duabus ſcz de actiõe in rez que datur contra eum qui dolo deſijt poſſidere. Videtur eẽ p̃toria. vt.ff.de noxa.ac.l.actio.§.j. Sed et ciuilis videt inſpecta perſona actoris que ĩ iure ciuili admittitur ad agendum. vt.ff.de rei ven.in rem. Sed dic eam ciuilē inſpecta poti9 perſona actoris q̃ dignior eſt. vt.ff. de exce.do.pur.§.fi. et hec conſideratio ſemper habetur. nam hereditatis petitio dicitur p̃toria: quãdo bonorũ poſſeſſori datur/ vel fidecõmiſſario: licet contra poſſidentem pro herede vel pro poſſeſſore detur et e contra ſi detur heredi de iure ciuili dicat ciuilis. vt. ff.de pet.her.l.j. Semper enim iudicam9 an actio ſit ciuilis vel pretoria inſpecta perſona actoris. Scđo q̃ritur de actione cõmodati. Sed dic eam ciuilem vt.ff. cõmo.l.i cõmodato.§.ſicut. Et qđ dicitur eo.titu.lj.§. pretor ait ꝛc. Vel approbando vel confirmando dicit non inueniendo: ſic de petitione hereditatis dicitur .ff.ſi pars he.pe.l.j.in princi. Sed tamẽ ipſa ciuilis eſt cum ſit ex ſenatuſcõſulto: ꝛ centũuiralis dicatur vt.ff. de petiti.here.item veniũt.§.cũ anteq̃.et.C.de here. peti.l.fi.in prin. Om̃es em̃ actiones que oriuntur ex his quinq̃ partibus iuris.ſ.legibus: ſenatuſconſultis plebiſcitis/principum placitis/ꝛ reſponſis prudentum ciuiles ſunt. que vero a magiſtratibus: vel pretorum edicto deſcendunt pretorie ſunt. vt.ſ̃.de iu.natu.§.cõſtat. vſq̃ ad.§.ex non ſcripto et.ff.de iuſti.et iu.l.ius autem et infra de perpe.ꝛ tem.ac in prin. Alie autem preter duas ſupradictas certe ſunt vtrum ſint pretorie vel ciuiles. Accur.

Actio ꝯmodati ẽ ciuil.

Actões ciuiles ꝛ pretorie vñ oriũtur.

b ¶ Quarum mentionem.ſcz expreſſam. vt de quibuſdam dictum eſt. Et ſi que ſunt ſimiles. vt ſubijcit ſunt ſimiles. vt que ſunt ex ꝯtu vel q̃ſi: vel ex delicto vl' q̃ſi: vl' ex varijs figuris cauſarũ. vt.ſ̃.eo.§.j.et.ij.

c ¶ Ex legitimis. id eſt ex lege.xij.tabularum. et ꝑ id eſt: ciuilibus. Vel dic ciuilibus. id eſt ex auctoritate iuris prudentium et eorum reſponſis. nam totum eſt ius ciuile. vt.ff.de iuſti.et iu.ius autem ciuile: ꝛ de origi.iu.l.ij.§.nouiſſime.

d ¶ Alie autem. Aduerte ꝙ hic doctores ita diſtinguunt hanc.§.incipiendo ibi. ſed iſte quidem: tamen cõmuniter allegatur ĩ materia publiciane.§.alie. hic et non ſuperius incipiendo.

¶ Sz iſte[a] q̃dẽ actões q̃rũ[b] mẽtionẽ habuim9: ꝛ ij q̃ ſunt ſiles ex legitimis[c] ꝛ ciuilib9 cauſis deſcẽdũt ¶ Alie[d] ãt ſunt quas p̃tor ex ſua iuridictiõe ꝯparatas hz tã ĩ rẽ[e] q̃ ĩ pſonã quas ꝛ ipſas[f] neceſſariũ[g] ẽ exẽplis oñdere ¶ Ut ecce[h] plerũq̃[i] ita pmittit p̃tor ĩ rẽ agere: vt vl' actor diceret[k] q̃ſi ſe vſucepiſſe qđ nõ vſucepat Vl'[l] ex diuerſo poſſeſſor[m] dicẽt aduerſariũ ſuũ non vſucepiſſe qđ vſucepit. ¶ Actio publiciana dr̃ p̃toria ꝛ datur ex equitate p̃toris illi qui rem nactus eſt a nõ dño ex aliquo iuſto titulo q̃ eſſet aptus ad dñij tranſlationẽ. ꝛ datur quaſi ipẽ rẽ vſuceperit. Arennus.

¶ Nãq̃ ſi cui ex iuſta cã[n] res aliq̃ tradita[o] fuerit: veluti ex cã emptionis/aut dõatiõis aut dotis: aut legatoꝝ nec ei9 rei dñs effect9[p] ẽ: ſi ei9 rei caſu[q] poſſeſſionẽ amiſerit: nullã[r] hz in rẽ directã[s] actionem ad eam perſequendã. Quippe ita prodite ſũt.

e ¶ Tam in rem.ſ.tam in rem tm̃ q̃ in perſonã tm̃ Nec enim aliqua pretoria inuenit que ſit mixta.ſ.in rem ꝛ in pſonã. lz ciuilis talis inueniat. vt.j.eo.§.q̃dam. Et primo hic de realibus dicit vſq̃ ad.§.in pſonam ꝛ poſtea de perſonalibus dicet Accur.

Actio p̃toria mixta nulla eſt.

f ¶ Ipſas.ſ.pretorias: quaſi diceret nõ ſolum ciuiles q̃s expoſuim9

g ¶ Neceſſariũ ſ.vtile. Quod ei medicamẽta morbis. hoc exhibẽt iura negocijs. vt in aut. hec conſtitutio inno. in p̃n. colla.viij. Nec ei neceſſitas in p̃ncipe poni poteſt. vt.ff.de le.ꝛ ſena. cõ.principes. Itẽ quia per exẽpla apertius intelligetur. vt hic.ꝛ.C. de tranſac. vt rña ſũ.ꝛ.ff.de col.bo. l.p̃tor.§.iulian9.

h ¶ Ut ecce. hoc eſt primũ exẽplũ qđ exponit ſtatim ibi. Nãq̃ ꝛc.

i ¶ Plerũq̃ q2 hoc ſemper dicere non poterit: ſcilicet cõtra dñm: niſi in caſibus. vt ſtatim dicemus.

k ¶ Diceret. agendo publiciana.

l ¶ Vel ex diuerſo. hoc exponitur.j.§.rurſus.

m ¶ Poſſeſſor.i.dña quondã ad quem redijt nunc poſſeſſio. Vel dic poſſeſſor quondam nũc petitor.

n ¶ Namq̃. Ex iuſta cauſa.i.ex aliquo contractu q̃ deſcendit ex iuxta cauſa.i.ex affectione vtriuſq̃ partis. vt.ff.eo.l.in omnibus. quam affectionem iuſtum eſt ſeruari. vt.ſ̃.de re.diui.§.per traditionem. et hoc dummodo talis titulus fuerit aptus dominij tráſferre: licet non transferat. quia traditio nõ plus tráſfert q̃ ſit apud eum qui tradit. vt.de acqui.re.do.l.traditio. et nominatur huiuſmodi contractus.ff.de publi.l.i.in fi.et.l.ij.iij.iiij.v.vj.et.vij. ſi vero contractus non eſt habilis transferre dñium nõ competit publi. vt.ff.de publi.quicũq̃.§.j.et fi.

o ¶ Tradita. a non domino.

p ¶ Dominus effectus. per vſucapionem. Nam ꝑ traditionem dominus factus non fuit. Si autem altero iſtorum modorum factus dominus fuerit/ publiciana ei non datur: ſed directa rei vendicatio. vt.ff.de publi.l.j.in princi.ꝛ.§.j.

q ¶ Caſu. immo et ſi quocumq̃ modo. Nam et ſi per furtum: vel rapinam: vel aliam vim amiſerit: non tamen habet in rem actionem directam/ſed hanc. licet habeat et alias actiones: vt furti: vel vi bonorum raptorum. et ſimiles. vt.ſ̃.de ob.q̃ ex deli.§.ſed ꝛ bone fidei.ꝛ.ſ̃.vi bo.rap.§.fi.

r ¶ Nullam. de alijs aũt realibus cõſtat: ſz de hac rei vendicatione dubitatur.

s ¶ Directam. Sed nunquid publiciana competit ratione vtilis dominij? Quidam dicunt ꝙ ſic: dicẽtes vtile dominium habet cui publiciana competit. ꝛ dicunt hanc eſſe cauſam publiciane. ſicut directũ dominium eſt cauſa directe actionis in rem. vt.ff.de rei ven.in rem. Alij dicunt ꝙ nec vtile dñium habeat: cũ ille qui vtile dominium habet etiam contra dominũ agat. vt.ff.ſi ager ve.vel emphi.pe.l.j.ij.ꝛ.iij. quod nõ eſt in publiciana. vt.ff.de publi.l.pe.ꝛ fi.

Actio publiciana vtrũ ꝯpetat hñti vtile dñiũ.

iure ciuili actiones vt quis dominium ſuum vendicet[a]. Sed quia ſane durum erat eo caſu[b] deficere actionem[c] inuenta eſt a pretore actio[d] in qua dicit[e] is qui poſſeſſionem amiſit eam rem ſe vſucepiſſe quã vſu non cepit. et ita vendicat ſuam eſſe/ que actio publiciana appellatur quoniam primũ a publicio[f] pretore ĩ edicto ꝓpoſita ẽ.

a ❡ Uendicet. hoc videtur falſum. Nam aut habeo dñium: ⁊ tunc nõ vendico qđ habeo: ſi non habeo: nec tunc vendico. vt. ff. de rei ven. l. in rem. j. rñ. Item dñiuʒ eſt ius ⁊ res incorporalis: quomodo ergo vendicatur: Sed dic dominium. id eſt rem ratione dominij.
b ❡ Eo caſu. ſ. iſto ſupradicto.
c ❡ Deficere actionẽ. qđ erat ſm ius ciuile.

Actõ in factuʒ ẽ ꝑtoria ꝯditio ex lege ciuili.

d ❡ Actio. ſ. publiciana. vt ſtatim ſubijcit. alias niſi pretor actiõis nomen diceret in factum dareꝰ. ſicut ex ciuili obligatione noua/ datꝰ ꝯdictio ex lege ſi nõ caueatꝰ de noĩe actionis. vt. ff. nau. cau. ſta. l. idẽ. §. j. đ ꝯdi. ex leg. l. j. Addit. Nota gl. ſʒ Dy. quã tene mẽti ꝓ rlã q̃ actio cõpetat ex remedio ciuili vel ꝑtorio: ꝓ qua facit tex. ff. de adul. l. ſi quid ex his. Sʒ ꝯ hoc opponiꝰ de. l. ſʒ et ſi poſſeſſori. in ꝑn. de iureiu. ꝯiuncta gl. vbi actio in factũ ⁊ publiciana videnꝰ eſſe idẽ. Sʒ tu rñde vt ibi ꝑ glo. ⁊ docto. Ange.

Libellꝰ ĩ publiciana.

e ❡ Dicit. Et ſic videtur ꝙ pretor permittit mentiri qđ Pla. ꝯceſſit. ⁊ idem in ſequentibus caſibus tribus. et facit. C. de bo. ma. l. j. vnde ſic libellum formabat. peto talẽ rem quã poſſides et quã emi vel alia ſimili iuſta cã habui a non dño: q̃ꝛ dico me vſucepiſſe. Nã licet hec verba: q̃ꝛ dico me vſucepiſſe ⁊c̃. directam rei vendicationẽ magis videanꝰ inducere: tñ ex adiunctis publicianã ſignãt. Alij dixerũt ita eſſe formandum. peto rem talẽ quã dico meã: ſed q̃ꝛ forte non poſſem probare meam ꝓpono publicianam. ‡ Alij dicũt vtrãq3 alternatiue ꝓponi. ſ. rei ven. et publi. hoc modo. peto talem rem iure directi dominij vel quaſi: et hanc approbat cõſuetudo. Sed certe due ꝑme nõ placent q̃ꝛ quõ diceret rem ſuam ſe vſucepiſſe cũ hoc nõ ſit verꝫ. ſic eñ deieraret in ſacramento calũnie. vt. C. de ſacra. calum. l. ij. Sed illi rñdent: q̃ꝛ hoc facit lege ꝑmittente. vnde non perierat. ff. qui ſatiſda. cogũ. l. fiñ. Sed nec vltima placet: quia vnam debet eligere ⁊ non pluribus agere actionibus. vt. ff. de reg. iu. l. nemo. §. quotiens. Dic ergo quarto eſſe formandũ in hunc moduʒ libellum. peto rem talẽ michi reſtitui iure quaſi dominij: perinde ac ſi vſucepiſſeʒ. Uerbũ eñ quaſi poſitũ. ꝫ. e. §. alie. hic repete: ⁊ ſimilitudinarie ponatur non affirmatiue. id eſt dicere: ſicut vendicarem q̃ ad effectũ re vere vſucapta: ita nunc quaſi vſucapta. et idẽ in ſequentibus caſibus. Ex predictis patet ꝙ quinq3 ſunt neceſſaria vt detur publiciana. ſ. traditio vel quaſi. qđ dico ꝓpter res incorporales que tradi non pñt. vt. ff. de acqui. re. do. l. ſeruus. §. incorporales. et. ff. eo. l. j et. l. publiciana. §. ſ. Scđo ꝙ ex titulo apto ad mutationeʒ dñij: vt hic dicit vt ex venditione vel ſimilibus. Itẽ ꝙ a non dño acceperit. nam als dñium eſſet tranſlatũ: vt. ff. e. l. j. §. j. Item quarto ꝙ bona fide acceperit vnde crediderit ſe dominum factũ eſſe tunc ‡ vt. ff. de acqui. re. domi. l. eũ qui a furioſo. §. pretor. Quinto ꝙ credat ſe dñm hodie non eſſe cum ꝓponit eã: alias eſſet ſibi ꝯrius. Sed tñ duo prima. ex his q̃nq3 ſunt difficilia agenti. ſ. ꝓbatio traditionis ⁊ tituli. reliqua ꝯſiſtunt in intellectu agentis: cum ſint de ſua ꝯſcientia que per teſtes ꝓbari nõ pñt. Sed q̃d ſi dubitat hodie vtꝝ auctor fuerit dñs vel nõ: Rñ. ſalua fide ꝓponat qđ ſibi melius vr̃ vel rei vendica. vel publicia. ſed qñ penitꝰ eſt in dubio ꝓponat publicianã ⁊ in ea obtinebit: niſi aduerſarius probet auctorem huius dñm fuiſſe: qđ ſi probet dabiꝰ ei rei vendi. qui egit enim actione publiciana et ſuccubuit: non repellitur a rei vendicatione directa. idem econtra. vt ff. de euic. minor. §. ſi ſeruus. licet quidã dixerunt ꝯ in vtroq3 caſu: quia ius ſuum vndecũq3 et qualecunq3 in primo iudicio deduxiſſe videꝰ. vt. ff. de excep. rei iudi. ſi mater. §. eandem. Sed expone vndecũq3 et qualecũq3. i. ſiue de iure ciuili ſiue de iure gẽtiuʒ dummodo directũ. vt. ff. de rei ven. l. in rem. in ꝑn. At illi dicebãt ſiue directũ ſiue vtile: ⁊ ita patet ꝙ cũ ſint ꝯrie rei vẽdicatio directa ⁊ publiciana vno libello ꝓponi nõ pñt. vt. C. ſi ſer. extero. l. j. Sed ex ꝯſuetudine ꝯrium ſeruaꝰ: nam vtraq3 ſimul ꝓponitur: licet ſuper vna ꝓbationes tñ inducat: ne ſibi contrarius ſit qđ certe eſt ꝯ dictã. l. C. et regulam illam ff. de re. iu. nemo. §. q̃tiens ⁊ hoc ex ꝑte actoris. Ex parte aũt rei ſpectamus an poſſideat vel dolo deſierit poſſidere. vt in rei vẽdicatione diximus. Nam ꝯ oẽm poſſidentẽ datꝰ ꝑterq3 ꝯ dñm. vt. ff. de publi. l. pe. ⁊. l. fi. Sed etiam ꝯ dñʒ datꝰ in ſex caſibus. Primus eſt ſi a nõ dño emi: qui poſtea xᵒ dño ſucceſſit et ad euʒ poſſeſſio redierit: nã lʒ ſit factus dñs teneꝰ tñ publiciana. vt. ff. de rei ven. ſi a ticio. Scđs eſt ſi rẽ a nõ dño emi: et poſtea verus dñs voluerit a me vendicare: ſed ego fui abſolutus: ⁊ poſtea res ad illũ redijt agã public. ⁊ ſi excipiat de dñio ego replicabo: q̃ꝛ q̃nq3 eo agẽte fui abſolutus. vt. ff. de exce. rei iu. ſi quis rem. Tertius eſt ſi egi noxaliter ꝯ bo. fid. poſſ. ſerui. ⁊ ipſe dedit michi eũ ꝓ noxa. ſiue eñ ꝯ me poſſidentẽ verus dñs agat: ſiue eo poſſidente ego agã publiciana obtineo. vt. ff. de noxa. ⁊ gñaliter. ⁊. l. ꝑcedenti. in fi. Quartus ẽ ſi ego fui miſſus in poſſeſſionẽ vicine domꝰ: quam aliq̃s bona fide poſſidebat poſſeſſore nõ cauẽte: ⁊ poſtea verus dñs inueniaꝰ poſſidere/ vi forte: ⁊ vñ vi interdictum et publicianam habeo. vt. ff. de dã. infe. dãni. §. non ſolũ. Quintus etiã adijciꝰ vt ſi rem poſſideo: ⁊ eam nõ dolo ſed culpa deſij poſſidere: ⁊ ſic litis eſtimationẽ tñ ſm ius vendicanti ꝑſtiti. vt. ff. de rei vẽ. q̃ reſtituere. Si poſtea res ad dñʒ redeat agã publicianã ꝯ eũ. vt. ff. de rei vẽ. ſi culpa. Uel expone. l. illam vt habeat vtilem actionẽ quã actor directam habebat q̃ſi nomẽ emiſſe videaꝰ. Sextus adijcitur ſi me mãdante rẽ meã vendidiſti. ſed me ꝓhibẽte tradidiſti emptori hac actione vel exceptione defenditur. ꝑterea etiaʒ ꝯ me dñm hac actione agit. vt. ff. de publi. ſi quis ꝓhibuit. alias ẽ. l. papinianus. Additio. Nota hanc glo. q̃ ponit caſus in quibus datꝰ publiciana ꝯ dñm. Idẽ not. glo. in. l. fi. ff. eo. Et aduerte ꝙ licet Ange. in. d. l. fi. addat caſũ. l. ſi quis ꝓhibuerit. ff. eo. ſm lecturã Dy. ibi ꝙ ꝓcurator vendidit rẽ dñi. tñ nõ ẽ opus ꝙ addatur. q̃ꝛ habes hic glo. ordinariã. dũ dicit: ſextus adijcitur ſi me mandante rem meã vendidiſti. pondera ibi meam et ſic mandantis. Ange.
f ❡ A publicio. Sicut ab aquilio ꝯquilia fuit inducta. vt. ꝫ eo. ad. l. aquil. §. ex hoc tamẽ capite.

Dicq̃ ilias duas libe rãdi formas gl. infra reprobat ⁊ bñ ſm docto. ⁊ maxie ſprobat iſtã vltimam. q̃ꝛ hodie ñ ẽ neceſſe q̃ exprĩmatꝰ nomẽ actõnis in libello. vt ĩ ca. examinata de iudi. Ange.

Dicq̃ hoc requiriꝰ in ꝯtractu ẽpti onis duobꝰ tpibus. ſcʒ tpe ꝯctꝰ ⁊ ẽt tpe traditionis.

⁊ ꝓpter frequẽtiã ꝯctus. i. In aliũ aũt ꝯctibꝰ iſpicitur tñ mõ tps traditionis. l. iij. ff. ꝓ ſoluto. ⁊. l. ij. in ꝑn. et ibi gl. ff. ꝓ emp. ꝯiũcta. l. ſeq̃ꝰ. §. ſʒ ſi poſſeſſiõis. ff. đ vſuca. An.

Publiciana datur ꝯtra dñm in ſex caſibus.

❡ Rurſus ex diuerſo. Caſus. ❡ Duo ſũt hic poſita. ſ. rurſus q̃ eſt dictio iteratiua. ⁊ ẽt hec dictio ex diuerſo q̃ eſt dictio iteratiua. iõ bis poſuit: q̃ꝛ ſicut. ꝫ. tractauit de ꝑtoria in rẽ. ſic ⁊ hic lʒ aliq̃s poſſet dicere qđ hic tracteꝰ de ꝑtoria in ꝑſonaʒ: in plˡibus tñ đ reſciſſoria in rẽ. ⁊ ẽt fuit rõ quã dñs Jo. in arbore acꝰ. poſuit inꝰ act. reales referẽs ſe ad ea q̃ freq̃ntius accidũt ⁊ cõtingũt. Et ita reſpondebat dño Jac. de bal. reprehẽdendi dñm Jo.

eo ꝙ reſciſſoriam inter reales ordinauit in arbore ſua. Ex diuerſo aūt dicit q꞉ hic tractauit de actiōe ꝑ quam actor negat aliū vſucepiſſe qḋ vſuceperat in ſupiori.§. tractauit qualiter actor affirmat ſe vſucepiſſe quod nō vſucepiſſet. qualit aūt abſens rē pñtis pōt vſucapere habes i gloſa. Item ſcire debes ꝙ in iſto.§. notat ſcḋa cā inuentionis ti. de maiorib⁹ reſti tuendis. Pria em̄ cā fuit ne abſētes a pſentib⁹ lederēt vel ſi lederent vt reſtituerent et de iſta cā tractatuʒ ē ꝓxi.§. Secūda cā fuit ne lederent pſentes ab abſētibus꞉ ⁊ de iſta ſcḋa cā trac.§. iſte.ſ. de reſtituēdis pñtibus ꝯ abſentes꞉ ſʒ q̇d ſi ambo eſſent abſentes reſtitueret ne vnus ꝯ alium? Rñ. ꝙ ſic. Bñ em̄ reſtituit priuilegiatus ꝯ priuilegia tum꞉ vt eccleſia ꝯ eccleſiā꞉ ⁊ minor ꝯ minorē tria em̄ pñ cipaliter debes ſcire circa iſtū.§. Primū eſt qñ ⁊ quib⁹ detur reſtitutio꞉ ⁊ de hoc vſq3 huc dictū eſt. Scḋm ē in fra qḋ tpus det reſtitutio de quo diuerſimode dicunt꞉ vt habes notatum ſup.l.C. quo tpe mil. ⁊ ff. ex qui. cau. ma.l. ab hoſtibus.§. Sed qḋ ſimplr. Dñs aūt Ja. dice bat ꝙ tps ipſius nō mutat꞉ ſed ē ſemꝑ quadriennium continuū꞉ ſed cū aliquis tꝑe leſus ſit꞉ tps ad qḋ bñ mu tatur. Tertiū eſt de reſciſſoria. doctores aūt dicunt ꝙ non eſt ꝓprium nomen act. ⁊ dicebant ꝙ minores reſti tuunt iur. act. ⁊ maiores offi. iudi. Dñs Jac. dicit ꝯtriū Dicit em̄.l. ꝙ ſimili modo reſtituunt maiores ⁊ mino res. vñ dicebat ꝙ nichil aliud ē reſciſſoria ꝗ̄ actio q̄ pri mo vſuca. vel preſcrip. fuit directa mō eſt vtilis. Item quid ē qḋ dicit hūc librū corrigi ꝑ. C. cū liber iſte poſtea factus ſit ⁊ añ pandectā codex fact⁹ ſit꞉ vt. ſ. in ꝓhe.§. et cum ſacratiſſimas. Ad hoc rñdet ꝙ verū eſt ꝙ impe rator primo ad imperiales ɔſtōnes curam ſuā dixerit꞉ et ex tribus codicibus.ſ. hermoge. greg. ⁊ theodo. fecit fieri vnū3.C. quem ſuo felici noīe nuncupauit꞉ deinde erexit curā ſuam ad imenſa veteris prudentie volumi na ⁊ cetera. Et tertio librū iſtū mandauit ɔponendum vt. ſ. habet.§. in ꝓhe. in preallegato.§. Sed poſtea vi dens imperatorias ɔſtōnes vagari extra corpus iuris mādauit poſtea diſſolui codicē꞉ ⁊ ꝙ infererent ille ɔſtō nes. ⁊ ſic factum fuit. vnde conſtitutio illa que corrigit librum iſtum eſt vna de conſtitutionibus.

¶ Preſenti contra abſentē rei pub. cauſa꞉ vel in poſtea te hoſtium vſucapientem rē preſentis ſuccurritur. reciſ ſa vſucapione. Aretinus.

¶ Rurſ⁹ [a] ex diuerſo ſi quis cū reipublice [b] cauſa abeſſet [c] vel in hoſtiū [d] ptāte [e] eſſet꞉ rē ei⁹ qui in ciuitate [f] eſſet꞉ vſu ceperit꞉ permittit dño (ſi poſ ſeſſor reipublice cā abeſſe deſierit) tunc intra annū [g] re

diuiſio. ¶ Rurſus. ¶ Iſte.§. diuiditur in duas partes. Pri mo ponit de reſtitutione danda pſenti ɔtra abſentem. Secundo addit ⁊ extendit ad alios multos caſus. Se cunda ibi. quod genus.

a ¶ Rurſus ex diuerſo.i. ecōtrario. Nam ſupra affir mando ⁊ ſe vſucepiſſe dicit꞉ hic negando꞉ ⁊ aduerſariū non vſucepiſſe dicit.

b ¶ Reipublice. Scʒ ciuitatis romane. vt. ff. de ver. ſig. eū qui. Idem tñ ex gñali clauſula poſita. ff. ex qui. cau. ma.l.j. in fi. Idē in ceteris ciuitatibus dicendū eſt. vt. ff. ex qui. cau. ma.l. ſed ⁊ ſi ꝑ pretorē.§. pe. Idē etiaʒ ſi cauſa municipij alicuius. (i) vt. ff. ex qui. cau. ma.l. le gatis. Additio. (i) Dic idem ſi eſſet abſens pro facto vnius ville vel caſtri꞉ q꞉ largo modo dicitur abeſſe cau ſa reipub. vt not. glo. in.l. legatis allegata. j. Ange.

c ¶ Abeſſet. Al's abſens eſſet. Iſte qui abfuit reipu blice cauſa ei pſentis duobus modis potuit vſucape re ſcʒ per ſe꞉ ⁊ quia rem illam ſecum detulit ſiue domi dimiſit ⁊ animo poſſedit꞉ vt dicitur de eo qui ad nun dinas profectus eſt. vt. ff. de acqui. poſſ. clam poſſidere.§. qui ad nundinas. Item per alium. ſcilicet per filiuʒ vel ſeruum. vt ſtatim in captiuo dicemus.

d ¶ Vel in hoſtiū. Qui ſunt hoſtes dr. ff. de cap. ho ſtes. ⁊ ff. de vb. ſig. hoſtes ſcʒ quibus ppl's rōanus bel lum indixit. vel q̇ pplo romano bellū indixerunt. Si er go ab alio q̇s capiat nunquid hoc locū habebit qḋ hic dicit? Credo ꝙ ſic. ſicut qn abeſt cā alicuius ciuitatis vl' municipij. vt. ſ. dictuʒ eſt. In hoc autē differunt꞉ q꞉ nō fiunt ſui taliū hoſtiū. vt. ff. de cap. hoſtes. ⁊ ſic pote rit facere teſtamē tū qḋ al'as nō poſ ſet꞉ cū eſſet ſeruus immo ⁊ ei⁹ obſes nō poſſet. vt. ff. de teſta.l. eius qui. ⁊.l. obſides. Accurſius. Additio. Idē ſi princeps vel papa ſiue eius legat⁹ de cōmiſſiōe pape alicui ciuitati ſub dite eccleſie bellū indixerit꞉ q꞉ capti efficiuntur ſerui ⁊ eoꝝ bona efficiunt capiētium. ⁊ ſic in omnibus his ha bebit locum fictio poſtliminij. quod nota perpetuo. — *hoſtes q̇ dicūt.*

e ¶ Poteſtate.i. ſeruitute. al's accipit ꝓ iuriſdictiōe꞉ vt cū dicimus ptās hʒ hoīes de diſtrictu in poteſtate.i. iuriſdictione. Itē ponit ꝓ obedientia in qua ptāte eſt monachus ſub abbate꞉ ⁊ clerici ſub p̄latis. Itē ponit ꝓ dilectiōe ſiue pietate. et hec patria ptās dicit. vt. ff. de verb. ſig. ptātis. Sʒ quō iſte ab hoſtibus captus pote rit vſucapere cū ipſe ab alio poſſideat. vt. ſ. de iur. per.§. ſerui. ergo ipſe poſſidere non pōt. vt. ff. ad.l. iuliā de adulte. ſic eueniet. ⁊ ff. de acqui. re. do. hō liber.§. quic quid ḡ nec vſucapē. vt. ff. de vſuc. ſine poſſeſſione? Rñ. vſucapit per filiū vel ꝑ ſuū in re peculiari. vt. ff. ex qui. cau. ma. itē ait p̄tor.§. hec aūt. ⁊.l. deniq3. ⁊.l. ait pretor.§. hi plane. ⁊ ff. de vſuc. iuſto.§. fina. Sed nec videt ꝙ per ſuuʒ poſſit captiuus vſucapē. vt. ff. de vſuca. neq3 ſuus. Sʒ dic ꝙ illa loquit in cā nō peculiari qḋ veꝝ ē. Vel loquit ipſa ꝟitate inſpecta. hic autē iure poſtli. in inſpecto꞉ qḋ p̄ualet ꝟitati. vt. ſ. quib. mo. ius pa. po. ſol.§. ſi ab hoſtibus. Additio. Docto. cōiter ſequunt glo. ⁊. d. Ja. reprobat hic Ange. quē videas ⁊ dū tex. noſter dicit ꝙ captus ab hoſtibus poteſt vſucapere. Ja. exem plificat de actione pſonali in qua currit p̄ſcriptio nō ex poſſeſſione preſcribentis꞉ ſed ex ſolo curſu tempoꝝ ne gligentia non petentis. vide hic per eum. — *Ptās q̄druplr accipit.* — *Captus ab hoſti b⁹ ꝑt vſu capere.*

f ¶ In ciuitate eſſet. q. d. qui nō abeſt. Quid ergo ſi vterq3 abeſt꞉ ⁊ alter alterius rē vſucapit? Reſpō. ⁊ tūc habʒ locū hec reſtitutio. vt. ff. ex qui. ca. ma.l. fina. videt aūt deſinere abeſſe cum domū redijt vel redire potuit finito negocio pro quo erat abſens꞉ ⁊ tunc dicitur deſi nere abeſſe꞉ niſi iuſta cauſa impeditus fuerit in redeū do꞉ ſtatuuntur enim ei. xx. miliaria diurna. vt. ff. ex qui. cau. ma. ſi cui.§. tandiu. Et ſic patʒ ꝙ de neceſſaria ab ſentia tunc intelligit. al's contra. vt. ff. eo.l. hi qui. ⁊.l. ſe. ſed verbum deſierit hic poſitum ſtrictus ponit. id ē ꝙ poſſit conueniri. Itē econtra ſi preſens rem abſentis vſucepit. vt. ff. ex quib. cau. ma.l.j.§. verba. ⁊ tunc ſiue completa eſt tota vſucapio in preſentia.i. infra modicū tempus/ ſiue in abſentia/ ſiue poſtea parum idem eſt. vt. ff. eo. ab hoſtibus.§. ſed quod ſimpliciter. — *Abſēs qñ vr̄ deſinere abeſſe.*

g ¶ Annū. licet vtilē qui conſtat ex. ccclxv. diebus. vt ff. de ſtatu li.l. cū heres.§. ſtichus.i. quibus actor habuit facultatē agēdi꞉ nec impediret per ſe꞉ nec ꝑ reuʒ꞉ nec ꝑ iudicē. Nam hec tria neceſſaria ſunt vt vtilis dies aut annus currat. vt. ff. de diuer. ⁊ tēp. p̄ſcrip.l.j. hodie ꝟo in oībus reſtitutionibus quadriennīū ɔtinuū compu tatur. vt. C. de tēp. in integ. reſti.l. fi. Et ita no. h ꝙ hic liber corrigit per. C. in hoc anno vtili gñaliter ſm quoſ — *Annus ɔſtat ex ccclxv. diebus. Codex. ſʒ aliq̄s corrigit iſtōnes.*

dam. Sed dico ꝫ. qꝛ illa tantū in reſtitutionibus dicit. vnde in alijs remanet vtilis annus.

Reſtitutio ꝗ remedio daᷓ maioribus.

a ¶ Reſciſſa. per in integrā reſtitutionē petitam a iudice viuo: vt ſubducaᷓ tp̄s vſucapionis quo fuit abſēs vt. C. de reſtit. mili. l. j. ſicut ⁊ minores petunt. vt. ff. de excep. l. exceptiones q̄ perſone. in fi. l. ⁊ hoc ip̄m. ſ. ꝙ poſtulare pn̄t a mortuo p̄tore cōcediᷓ eis. vt. ff. e. l. j. per totū. Reſtituit ergo eos p̄toꝛ viuꝰ. (i) vt ſic agant antiqua actione acſi res nō eſſet vſucapta: vel actio p̄ſcripta: et ideo actio ad quā reſtituitur

reſciſſaª vſucapione eā petere. i. ita petere: vt dicat poſſeſſorem vſuᵇ nō cepiſſe ⁊ ob id ſuā eſſe rem. Quod genꝰ actionisᶜ quibuſdāᵈ ⁊ alijs ſimili equitate motus p̄toꝛ accōmodat: ſicut ex latiori di-

dicitur reſciſſoria: nō ꝙ ſit nomen ꝓpriū actionis: ſed q̄ erat primo realis ſiue ꝑſonalis directa: nunc dᷓ vtilis. vt. C. ex qui. cau. ma. l. fi. ⁊ de cap. l. ab hoſtibus. Alij dicunt ꝙ ſtatim eo reuerſo hꝫ reſciſſoriā. ⁊ dicūt eē ꝓpriū nomē actiōis. ⁊ ſic dicūt ꝙ maiores iure actiōis: ſꝫ minores offō iudicis reſtituunᷓ. Dicūt tn̄ ꝙ hec reſciſſoria actio efficaciā nō hꝫ aliq̄ꝫ inſufflet in eā p̄toꝛ ſpm̄ vite dādo reſtitutionē. qđ ſatis recidit in p̄mā opinionē. Nam ſemꝑ verꝫ ē hoc ꝙ a p̄toris mortui edicto hoc fit et auctoritate p̄toris viui. Additio. (i) Iſtud ꝙ quo petitur reſtitutio ē officiū iudicis facit. l. qđ ſi minor. §. fin̄. ff. de mino. ⁊ ē caſus in ꝯminis in. l. ſi qs ſtipulatus. ff. ex qui. cau. ma. ⁊ nō ꝯprobaᷓ rōne: qꝛ quotiēs v̄ba legꝫ referunᷓ ad iudicē tūc ex illo edicto oriᷓ offm̄ iudicis. vt no. glo. in. l. ſi ſoroꝛ. C. de col. ⁊ habeᷓ in. l. iiij. ff. đ ali. ⁊ ciba. lega. ⁊ no. plene Bar. in. l. j. ff. de condi. ex lege. ſꝫ hoc edictum eſt huiuſmodi. vt in. l. j. in fi. ff. ex qui. cau. ma. igitur ⁊c̄. Ange.

b ¶ Vſu nō cepiſſe. Et ſic vᷓ ꝯcedē mentiri qđ p. cōfiteᷓ. Sed dic ꝙ non mētiᷓ: ſed dicit ſibi reſtituendū ac ſi vſucaptum non eſſet. vt. ſ. proxi. §. diximus.

c ¶ Actionis. Scꝫ reſciſſorie ſupradicte.

d ¶ Quibuſdā. vt ſi rē abſentꝫ vſucapiat pn̄s. Itē ſi abſens fuit ꝓbabili cā vt ſtudioꝝ. Itē i vinculꝭ poſitus vt. ff. e. l. j. ⁊. l. ſꝫ ⁊ ſi ꝑ p̄torē. in fi. ⁊. l. ſe. ⁊ de illis legibus. j. facit mentionē cū dicit de volumine digeſtorum.

¶ Item ſiquis in fraudem. Caſus. ¶ De reſciſſione alienationis. ſ. qualꝛ ego poſſum petere ꝑ reſciſſoriam rem meam abſente me vſucaptam vel preſcriptam reſciſſa vſucapione per beneficium reſtitutionis ſatis eſt dictum. ſ. in materia ſua. Nunc aūt videndū eſt de quadam alia reuocatiōe que fit alio caſu: vꝫ de reuocatiōe que fit a creditore qn̄ debitoꝛ in fraudem creditoꝝ mala fide alienat. Et circa hanc materiam dicit legiſlatoꝛ breuiter ꝙ ſi debitoꝛ mala fide in fraudē creditoꝝ alienauerit ꝑmittitur creditoribus bona fide reuocare ab ipſo ea q̄ ſunt alienata. perinde ac ſi bona illa remanſerint in bonis debitoris illius. Vn̄ hic tractat de alia reuocatoria quā fecit in ꝓximo. §. que vocaᷓ pauliana ſed vᷓ in prin. ꝙ p̄toꝛ permittat mētiri hic ſicut in duobus primis. §. Et rn̄deᷓ ꝙ nec hic nec ibi permittit p̄toꝛ mētiri. Ipſa em̄ verba hic poſita ſunt in bonis debitoris manſiſſent. et verba poſita ſuperius ac ſi non vſucepiſſet effectum denotant. q. d. ſicut in reſciſſoria ꝑmittitur ei qui fuit abſens cauſa reipublice: vel alia iuſta de cauſa duꝫ res ſua vſucapta fuit in effectu agere: ac ſi rem ſuam non vſucepiſſet aduerſarius: eo ꝙ fingit lex rem non eſſe vſucaptam reciſſa vſucapione per beneficium reſtitutionis. ⁊ ſicut pretoꝛ fingit hoc nō eſſe vſucaptum quod in veritate eſt vſucaptū remouendo vſucapionē de medio: ⁊ ſic fictio hec v̄itati p̄iudicat ſicut ⁊ alibi i fictione. l. corne. q̄ fingit captiuū mortuūꝫ ꝑ mortuū p̄ma hora captiuitatꝫ. ⁊ in fictiōe poſtliminij vbi fingiᷓ captiuū ſil'r ſēꝑ fuiſſe i ciuitate. vt. ff. đ capti. et poſtli. re. l. poſtliminiū. ⁊. l. pᷓ. §. fi. ⁊. l. ꝙ ſi filiꝰ ſic ⁊ in iſta reuocatione ꝑmittiᷓ creditoribꝰ rē debitorꝫ in eoꝝ fraudeꝫ alienatā. ac ſi nō eēt alienata petere. Sꝫ vᷓ ꝙ male poniᷓ in lr̄a hec dictio iteratia

gestorū ſeu pandectarū volumine intelligere licet.

¶ Alienatū i fraudē creditorū ꝑmittiᷓ ipſis ex ſententia pretoris bonis debitorū poſſeſſis reuocare. Aretinꝰ

¶ Itē ſi quisᵉ in fraudemᶠ

¶ Itē cū in. §. pᷓ. tractatū ſit de reuocatoria p̄toria i rē cū pauliana ſit in ꝑſonā. Cū igiᷓ ſimꝰ i tractatu p̄toriaꝝ realiū: ſicut pꝫ. j. ⁊. ſ. ⁊ in illo. §. in ꝑſonā. vbi de ꝑſonalibꝰ aget. Male vᷓ hic iſerere actiōes p̄torias ꝑſonales. Et male vᷓ hic poni hec dictio itē iteratiua cū q̄ſi de alia materia hic tractet. Ad hoc rn̄deᷓ nō eſt dubiū quin pauliana de qua p̄ncipaliᷓ in hoc. §. tractaᷓ. ⁊ alie due de quibꝰ fit mētio. i. pauliana fauiana ⁊ caluiſiana ff. de vſu. videamꝰ. §. in fauiana. inᷓ ꝑſonales tn̄ eas interp̄torias iterſerit ꝓpter ſimilitudinē quā hꝫ in reuocando. iō dicit. Itē ſuꝑ iſto. §. pōt reformari vnū quare tale reuocaᷓ ꝑ paulianā qđ in fraudē creditoꝝ a debitoribus ē alienatū. Per caluiſianam aūt ⁊ fauianā q̄ꝫ q̄ꝫ ſuꝑ hoc ſit diſſēſio reuocaᷓ illud qđ i fraudē patroni ē a liberto alienatū. Quare ꝙ cū neceſſe ſit ꝙ ꝓbeᷓ fraus tā emptoris q̄ꝫ venditoris ad hoc ꝙ creditoꝛ poſſit reuocare illud qđ in fraudē eius eſt alienatū. In reuocatione aūt que fit a patrono rei alienate in eius fraudē liberto ſuo ſufficit ꝙ ꝓbet fraudem alienantis ſolum. Ad hoc đꝛ ꝙ creditoꝛ qui agit pauliana reuocat alienata ab eius debitore nō ſoluto p̄cio. ⁊ ꝓpter hoc grauatur. qꝛ tā emptoris q̄ꝫ vēditoris fraudē neceſſe hꝫ ꝓbare. Patronus aūt q̄ vult reuocare alienata in eius fraudē neceſſe hꝫ ſoluere preciū emptori. ⁊ iō in hoc releuaᷓ qꝛ nō hꝫ neceſſe ꝓbare niſi in fraudē alienantis. Sed dn̄e q̄ eſt rō diuerſitatis ꝙ plus debeat grauari patronus q̄ꝫ creditoꝛ q̄ reuocat? Frater dicit iuſtinian̄. Rō vna iā dicta eſt. ſ. qꝛ q̄ in vno grauaᷓ in alio debꝫ releuari per. l. ff. de iureiu. l. eū qui. Alia rō eſt iſta ⁊ magis ſpālis: qꝛ patronus q̄ reuocat certat de lucro captādo: creditoꝛ aūt de damno vitādo. De actione aūt pauliana fauiniana ⁊ clauiſiana diuerſimode ſentiūt. Quidam em̄ ſicut gar. ⁊ oēs antiqui vſq; ad beatū Ioh̄. et Azo. dixerunt ꝙ caluiſiana datur patrono ⁊ pauliana creditori ⁊ fauiana vtriq;. ⁊ ꝓ ſe allegabant. l. ff. de vſu. videamꝰ. §. de fauiana. Dixerūt ei. ꝙ in. l. illa dicit lr̄a ꝑ quas. vn̄ illi fecerūt tales v̄ſus. Cal. pa. ſed pau. cre. fauiana cauebit vtriq;. Io. ⁊. b. ⁊ eoꝝ ſequaces dixerunt ꝙ fauiana patrono pauliana creditori ⁊ caluiſiana datur vtriq; per alios verſus. Creditoꝛ a paulo fauioq; patronus ameᷓ. Iſtis calu. ſuis cōis amicus hᷓ. Dn̄s Gui. dicit ꝙ pauliana daᷓ ſoli creditori ſm̄ ꝙ oēs alij dicūt: qꝛ cal. ⁊ fa. dantur ſoli patrono. ⁊ nūq̄ꝫ creditori. nec meminit ſe vidiſſe. l. q̄ dicat fauianam vel cal. dari creditori niſi in. l. videamꝰ de vſu. iſta lr̄a ꝑ quas qđ nō credit cōis enim eſt lr̄a per quā ⁊ non per quas.

¶ Itē ſi quis. ¶ Diuiditur i duas partes. Primo ponitur dictum ex quo tacita queſtio. Secundo determinatio queſtionis. Secunda ibi. permittitur.

e ¶ Siquis. Scilicet debitoꝛ.

f ¶ Infraudem. Nota ꝙ vterq; tam debitoꝛ q̄ꝫ receptoꝛ oportet ꝙ fraudem participet quando titulus

nō ē lucratiuus: ſi autem eſt lucratiuus: (puta donatiōis vt ſi dedit. ⁊ hoc intellige ad hoc vt creditor poſſit reuocare alienationē): tūc ſufficit fraudē debitoris tantū interuenire. vt. C. de reuocā. his q̄ in frau. cre. l. penul. ⁊ ff. que in frau. credi. q̄ autē. §. hoc edictū. ⁊ §. ſimili modo. Et de hac fraude nota bonā diſtictionē.

Fraus vtrū p̄ſumat in alienatione facta p debitores.

Quia aūt adhibetur a debitore alienāte inter viuos: aut in vltīa volūtate. vel a liberto in fraudeʒ patroni ſimiliter inter viuos: vl in vltima volūtate. ſi in vltima volūtate: tūc aūt p legata aut per libertates. et ſi per libertates: aut directas: aut fideicōmiſſarias. Si debitor in fraudē alienet inter viuos: vno caſu p̄ſumitur fraus. ſcilicet qn̄ oia alienauit. vt. ff. e. oēs. §. lucius. ✝ Si autē non oia nō preſumit ſepe enim de facultatibus ſuis amplius q̄ꝫ in his eſt ſperāt hoies. vt. ṡ. qui. ma. nō li. §. in fraudē. dʒ ergo pbare eā creditor. Et hec diſtinctio p oia ſeruat etiā in patrono. v. ff. de pba. pronꝰ. ⁊ l. q̄tiēs. §. q̇ dolo. In vltima volūtate ſi legatū vel fideicōmiſſū in fraudē creditoris reliq̄t: ſolū euētū inſpicimꝰ: lʒ fraus nō interuenerit: vt in donatiōe cā mortis. vt. C. de iu. delibe. l. fi. §. ſi vero creditores. cū legata nō debeant niſi deducto ere alieno. vt. ff. eo. q̇ autē. §. pe. ⁊ ad trebel. l. i. §. is qui q̄dringēta. Idē in prono p oia ſi libertus in fraudē legauit. vel fideicōmiſſū reliq̄t: vl donauit cā mortis. nā ſolū euētū inſpicimus. vt. ff. ſi q̇d in frau. proni. l. j. in p̄n. ⁊ §. j. In libertatibꝰ aūt in fraudem relictis diſtingue directas a fideicōmiſſarijs. in primo caſu cōſiliū ⁊ euentū. in ſcd̄o euentū tātū inſpicimus. vt. C. de his qui ma. non poſſūt. l. fina. ⁊ l. j.

Qui tex. lʒ loquat in alienatione lucratiua tn̄ ēt hʒ locū i ti. oneroſo vt ē glo. in. l. q̄ te ſtm̄. i ṽbo modū. ⁊ ibi Bar. ff. d pba. ⁊ iſta p̄cedūt ſm Ja. qn̄ vēditio oim bonoꝝ eēt facta p valde minori p̄cio q̄ꝫ valerent. idē ſi nō oia bōa ſʒ maiorē ptem alienauit. vt ē glo. not. in. l. nomē. §. ſi lio in ṽbo ois ſubſtantia. ff. de lega. iij.

creditorum [a] rē ſuam [b] alicui tradiderit: bonis eiꝰ a creditoribus poſſeſſis [c] ex ſnīa p̄ſidis [d]. Permittitur [e] ipſis creditoribus (reſciſſa traditione) eā rē peteret [f]: id eſt dicere eā rem traditā non eſſe: ⁊ et ob id in bonis debitoris manſiſſe [g].

a ❡ Creditoꝝ. Large accipe p omni eo cui aliq̇d debetur. vt. ff. de ṽbo. ſigni. l. creditorū. ⁊ l. creditores et. l. ſi cui. ⁊ in autē. de fideiuſ. §. penul. colla. j.

b ❡ Rem ſuā. Scʒ corpalē ex eo ꝙ dicit tradiderit. idē tn̄ eſt in incorpalibus: vt pʒ p multa exēpla. ff. q̄ in frau. credi. l. i. ij. ⁊ iij. vſq̄ꝫ ad. l. qui autē. Additio. No. ſingu. illā. l. in p̄ncipio ꝙ ſi debitor repudiat hereditatem vel legatū vel alio mō ⁊ titulo poterat acq̇rere ⁊ nō vult imo repudiat etiā in fraudē ⁊ deſpectū creditoꝝ: an habeat locū iſta materia dicit ibi ꝙ nō: q2 dū modo non diminuat de ſuo patrimonio non habet locum diſpoſitio huius. §. quod not. bene. Angelus.

c ❡ Poſſeſſis. i. poſſideri iuſſis: nec eīn re ipſa a creditoribus fuerant poſſeſſa bona debitoris: cum ipſe alienauerit. Uel dic poſſeſſis que remanſerant ⁊ non ſufficiebant. vt. ff. e. l. ait pretor.

d ❡ Preſidis. Puta q2 fuit ꝯdēnatꝰ ⁊ nō ſatiſfecit cōdēnatiōi ifra tp̄s vn̄ miſſꝰ fuit actor i poſſeſſio. bonoꝝ.

e ❡ Permittit. Scʒ infra annū vtilē. vt. ff. de his q̄ in frau. credi. l. i. ſ. rn̄. de eo tn̄ qđ p̄uenit ad eum vl qđ dolo fecit q̄minus p̄ueniret ppetuo datur vt. ff. eo. ait p̄tor. §. hec actio. Additio. De iſta materia excuſſionis. vide hic late p doctor. ⁊ refert hic Ja. caſum ſingula. in aut. contra rogatus. C. ad trebe. vbi etiam i rei vendi. eſt neceſſaria excuſſio bonorum.

f ❡ Eā rē petere. Sed qua actione? Reſpo. pauliana: q̄ datur creditori ad reuocanda corpalia: ſed in factū ad reuocāda iura. vt. ff. de vſur. l. videamꝰ. §. in fauiana. ⁊ ff. e. l. hac in factū. ✝ Uel veriꝰ dic ꝙ nulla dr̄ pauliana niſi adiectiue: q2 a paulo fuit inducta: ſed in factū pauliana dr̄ q̄ ad reuocanda corpalia ⁊ incorpalia ꝯpetit. Et dat ꝯtra accipientē ⁊ heredē eiꝰ in q̄ꝫ tūʒ ad eos p̄uenit: etiā nō reſtituto ei p̄cio. vt. ff. e. ait pretor. §. fi. ⁊ l. ſe. ⁊ l. ſi debitor. ⁊ l. ex his. In eū autē qui in fraudē alienauit actio non datur cū nudus ſit: niſi ita fraudulēter diſperſit vt res apparere nō poſſit: q̄ caſu etiā in carcerem detrudetur. vt. ff. e. l. fina. §. fi. Eſt ⁊ fauiana q̄ datur ſoli prono ad reuocanda ea q̄ libertꝰ in fraudem patroni alienauit inter viuos vel vltima voluntate: quo minꝰ patronus habeat tertiam. vt. ff. ſi quid in frau. patro. l. j. in p̄n. ⁊ §. j. ⁊ ḡ. de ſuc. liber. §. ſed nr̄a ꝯſtitutio. Eſt ⁊ caluiſiana: ⁊ ip̄a tā prono q̄ꝫ creditori ꝯpetit. vt. ff. q̄ in frau. pa. l. in fauiana. Quidā tn̄ dicūt ꝯ in eo quod dr̄ fauiana dictū ē. ar. ff. de vſur. l. videamꝰ. §. in fauiana Sed certe ita dicit ibi lr̄a p quā: ⁊ ſic refert ad primā tm̄. ſcʒ paulianā. Et iſte due imitant naturā ſupioris in factum pauliane. Sed q̄re quare ſūt h̄ he poſite inter reales p̄torias: cū ip̄e pſonales ſint: qđ pbat p id qđ dr̄ lr̄a in fauiana quoq̄ꝫ. vt. ff. de vſur. l. videamꝰ. §. in fauiana. Nā prime dixerat de pſonalibꝰ. vn̄ continuat eā cum pſonalibꝰ: ⁊ pbat. ff. ſi quid in frau. pronī. l. i. §. hec actio. Sed rn̄. q2 ſimilitudinē habet cū ſuperioribus duobꝰ caſibꝰ: in eo ꝙ ſicut ibi pmittitur aliquid dicere qđ nō ſit: vel eſſe faciēda aliqua ac ſi non pceſſiſſent q̄ pceſſerūt: ſic ⁊ hic. Itē ſicut ibi fit reuocatio: ita et hic. ſ̄ꝫ ſm hec ita dici debēt he reales ſicut ſupiores: qđ quidā ꝯceſſerūt. Sed rn̄. hic non petitur qđ meū fuerit: vt in ſuperiori caſu. nec quaſi meū: vt in publiciana. vt. ṡ. e. §. alie. Nec obſtat. j. §. pxi. quia hypothecaria eſt in rē: nec tamen meū pet: t vel quaſi q2 ibi qđ peto: peto quaſi meū. i. poſſeſſionē per hypothecariā actionē vel ſeruianā. Hic aūt neq̄ꝫ poſſeſſio: neq̄ꝫ dn̄ium ē meū nec fuit: imo in accipientē trāſiuit: licet in fraudē ſit alienatum. vt. ff. de contrahē. empt. ſi ſciens. in fi. ⁊ predicte tres actiones reuocatorie dicuntur. ✝ Sed vn̄ oritur hec actio? Reſpon. ex quaſi maleficio qn̄ dolꝰ fuit in vēdente ⁊ emente: ſi autē in vendente tantū: tunc pōt dici ex quaſi ꝯtractu: ſi agit contra illū poſſidentē. Sed nūquid habet retētionē vt ab eo nō reuocet ſi vult ſoluere qđ ſibi creditori reuocare volēti debetur? Quidā negant vt ar. ff. rerum amo. ſi cū dos. §. fi. ⁊ l. ſe. Sed ꝯdico inſtar poſteriorꝫ creditoris ſi vult ſoluere priori qđ ſibi debetur poteſt habere retentionem. vt. ff. de euic. l. euictus. qđ. dic. vt ff. de his que in frau. cre. ait pretor. §. illud.

g ❡ Manſiſſe. Uidetur ergo ꝙ pmittat mentiri. qđ non eſt verū: ſed ita petit ac ſi manſiſſet in bonis debitoris. vt. ṡ. e. §. alie. ⁊ §. rurſus.

❡ Actio ſeruiana vel quaſi eſt pretoria: et cōpetit ſuiana p rebus coloni. q̄ſi ſuiana pro rebus alioꝝ debitorum obligatis. Aretinus.

❡ Item ſeruiana. Caſus. ❡ Adhuc pſequitur iuſti. materiā ſuā dicens ꝙ nō ſolū p̄cedentes ſunt p̄torie i rem: ſed etiā ſeruiana ⁊ quaſi ſeruiana q̄ ⁊ hypothecaria vocat. ⁊ ſtatim dicit effectū vtriuſq̄ꝫ. Seruiana enim competit locatori ſiue dn̄o domus pro rebus coloni q̄ pignore iur. p mercedibus fundi vel domus tacite obligātur quaſi ſeruiana aūt vocatur alia per quā creditores pignora hypothecaſq̄ꝫ pſequunt. Que aūt ſit differentia inter iſta tria noia ſeruiaua ⁊ quaſi ſeruiana. ⁊ ſaluianū interdictū q̄ vident noia ſynonima ſatis pōt patere ex notula. Et lʒ hypothecaria re

Hanc glo. itel

ligūt dõ cr. i alienatis inter viuos: ſʒ i vltima volūtate dat vl debiti vl hypothecaria vt. l. fi. §. ſi ṽo creditores. C. de iure delibe.

Actio caluiſiana cui ꝯpetit.

Actio hypothecaria.

✝ Et ſic tʒ glo. ꝙ he reuocatorie ſint mere pſōales. ſʒ. d. Jaſo. in hoc reprobat glo. ⁊ tʒ ꝙ ſint in rē ſcrp̄te. vide hic per eūʒ.

ꝉ Itē ſeruiana[a] ⁊ quaſi ſeruiana que etiā hypothecaria vocatur ex ipſius pretoris iuriſditione ſubſtātiam capiūt. ꝉ Seruiana aūt exꝑit q̄s[b] de rebus coloni[c] q̄ pignoris[d] iure ꝓ mercedibꝰ fundi[e] ei tenent. Quaſi[f] ſeruiana aūt qua creditores pignora hypothecas ve perſequūtur. ꝉ Inter pignꝰ aūt et hypothecā q̄ntū ad actionē hypothecariā attinet: nihil[g] intereſt. Nā de qua re[h] inter creditorē ⁊ debitorē ꝯuenerit vt ſit ꝑ debito obligata vtraq̄ hac appellatione[i] cōtinet. Sʒ i alijs differētia eſt nā pignoris appellatiōe eā ꝓprie rē ꝯtineri dicimꝰ q̄ ſimul etiā tradit creditori: maxime[k] ſi mobilis ſit. at eā que ſine traditiōe nuda ꝯuētiōe tenet: ꝓprie hypothece appellatiōe cōtineri dicimꝰ

ꝉ Actio de ꝯſtituta q̄ habʒ oēs vires quas habebat oli et etiā illas quas habebat recepticia. Itē actio de peculio: ⁊ per quā q̄rit an actor iurauerit ſunt perſonales ⁊ pretorie. Aretinus.

nocet nudā poſſeſſionē ⁊ ſaluianum interdictū ſilr tñ differūt. q₂ qui intēdit ſal. interdictū nō hʒ ꝓbare niſi vnū. ſ. ꝙ ille q̄ cōduxit domū tpe cōductiōis poſſedit res illas. In ſeruiana vero dʒ ꝓbare duo. Dñs autē Ja. hic agitabat vnū verbū de quo nū q̄ fecerūt mētionē gloſatores. ſ. quare vna actio vocatur ſeruiana alia quaſi ſeruiana. Et iſtam queſtionem ita rñdeat. Actiōes vocātur ꝓ̄e ⁊ directe in caſu iſto i quo ſūt extenſe. Seruiana autē ſicut expꝛimitiua ſui natura eſt inueniebatur contra colonū. Et certe poſtea extendebatur cōtra quēlibet aliū debitorem. ⁊ tūc per extenſionē ſortita ē naturā quaſi ſeruiane. Uel ſic et melius. Seruiana dr̄ illa actio q̄ nobis fuit vere. ſicut aliquis dr̄ nobis vere ſeruire q̄ñ gratis ſeruit. Sic autē eſt de actione ſeruiana. Q̄ñ enim domū meam tibi loco non cōuenio tecū ꝙ res illate michi ſint obligate. ⁊ tñ ſunt. ⁊ ita ſine pacto interueniente res illate michi obligate ſūt. ⁊ ꝓ eis ꝯpetit michi ſuiana.

ꝉ Item ſeruiana. ꝉ Diuiditur in tres ptes. Pͥo ꝙ actio ſeruiana vel quaſi ſeruiana eſt pretoria. Scd̄o que ſit differentia inter actionē ſeruianā vel q̄ſi. Tertio q̄ ſit differētia inter pignus ⁊ hypotecā. Secunda ibi. ſeruiana aūt. Tertia ibi. inter pignus.

a ꝉ Itē ſeruiana. q. d. non ſolū publiciana ⁊ reſciſſoria reales ſūt ⁊ pretorie de q̄bus dictū ē: ſed etiam due iſte capiūt vim ex p̄toris iuriſditiōe. id eſt p̄torie ſūt. vt hic. ⁊ ff. de pac. ſi tibi. §. de pignore. Accurſius.

b ꝉ Quis. Scʒ dñs fūdi: ſiue ſit partiariꝰ: ſiue nūmis colat. Itē etiā ꝓ deterioratione domꝰ. vt. ff. qui. cau. pi. ta. §. l. ij. lʒ ex locato ſit act. vt. ff. loca. l. q̄ fūdū.

Colonꝰ ⁊ inquilinus differunt. c ꝉ Coloni. Subaudi vel inquilini. nā ⁊ eiꝰ res ſūt tacite obligate. vt. ff. qui. cau. pi. taci. cō. l. ij. Et ē colonus. in villa: inq̄linꝰ in ciuitate. vt. ff. de acqui. poſ. l. re pignoris. Differentia tñ eſt inter has duas tacitas obligatiōes: nā in ruſticis ita demū ſi dñs ſciat inducta ⁊ illata in vrbano ſiue ſciat ſiue nō. ⁊ eſt ratio: q̄a

Ruſticitas ſctā oīa palā hʒ. ſācta ruſticitas oīa palā hʒ. ſed inquilinus multa etiā clā apportat que locator ignorat. vt. C. loca. certi iurꝭ. Ita tñ in vtroq̄ ſi eo aīo ſint inducta. vt ibi ſint perpetuo non ad tempus. vt. ff. de pig. debitor. et. ff. qui. cau. pig. ta. contra. in predijs. §. j.

d ꝉ Pignoris. Scilicet taciti.

e ꝉ Fundi. Uel domus. vt. ſ. dictum eſt.

f ꝉ Quaſi. Hec dictio ponitur ad differentiā ſupioris. vtraq̄ tñ ſeruiana dicit a ſeruādo forte dicta: cuʒ omē ius aut in acq̄rēdo: aut in ꝯſuādo: aut in amittendo ꝯſiſtat. vt. ff. de leg. ⁊ ſe. cō. l. fi. ‡ Sʒ q̄ eſt differētia inter ſeruianā actionē ⁊ ſaluianū interdictū: cum illō ad idem competere videat. vt. ſ. de interdic. §. interdictum? Reſpon. q₂ in ſeruiana oportet ꝙ creditor ꝓbet debitorē fuiſſe dominū tēpore obligationis. vt. ff. de pig. ⁊ que nondū ſunt. §. j. ſed in ſaluiano ſufficit ꝙ probet eū poſſediſſe: vt colligitur. ff. de ſalui. interdi. l. j. in prin. ⁊ diximus. ſ. de interdi. §. interdictum.

‡ Hypotheca āt dicit ab yposq̄ð eſt ſub ⁊ theſis poſitio q̄ſi poſitio vel obligatio q̄ idē ſūt vt ꝓbat per rub. de re. eo. ſi alie vel ſuppo.

ꝉ Inter pignus ⁊c. Caſus. ꝉ Uolui ſcire a legiſlatore q̄ ſit differentia inter pignus ⁊ hypothecā. Ad hoc q₂ in fi. ꝓxi. §. dixit ꝙ quaſi ſeruiana eſt actio ꝑ quam creditores pignora hypotecas ve ꝓſequunt. Et ipe reſpōdet ꝙ nulla ē differentia inter pignus et hypothecam quo ad actionē hypothecariā. Nā q̄cūq̄ res fuerit a debitore creditori obligata ſiue fuerit creditori tradita ſiue nuda cōuentiōe ſiue traditione ſibi obligata ſemper pōt creditor illā rē a quocunq̄ poſſeſſore petere per hypothecariā actionē. In alijs tñ facimus dr̄iam inter hec verba. dicimꝰ etiā ꝙ pignus ꝓprie dr̄ res obligata ⁊ tradita creditori. Res dico mobilis q̄ñ autē aliqua res nuda cōuentione ſine traditione obligatur eam dicimus appellatiōe hypothece cōtineri hoc dicit. Sed videt in prin. ꝙ lr̄a dicat falſum. cū dicat ꝙ inter pignus ⁊ hypothecā nulla ē differentia. q₂ actio hypothecaria vendicat habenti poſſeſſionem. ff. de pigno. ⁊ q̄ nondū ſunt. §. j. ſed qui habet pignus habet detentionem ad minus. quare ergo nō pōt habere actionē hypothecariā. Frater qui habet pignus ſine dubio q̄diu habet pignoris poſſeſſionem ſiue detentionē non habet hypothecariā. ſed ſi pignus traditū fuerit poſtea amiſſum. vel ſi pignꝰ alij precario conceſſerit. tunc competit creditori hypotheca. ⁊ poſtea caute dicit in notula vt hac actiōe peti poſſit a quolibet poſſeſſore. ⁊ hoc eſt quod dicit.

g ꝉ Nichil intereſt. Niſi in ſono vocis. vt. ff. de pig. l. res hypothece. §. itē pignꝰ imo ⁊ etiā q̄ntū ad actionem videt intereſſe. nā p̄ſcriptio hñti pignꝰ nō currit cū poſſideat. ſecꝰ i hypothecaria cui currit p̄ſcriptio interdū. x. interdū. xx. interdum. xxx. interdū. xl. annoꝝ vt. C. ſi aduer. cre. l. j. ⁊. ij. ⁊. C de preſcrip. xxx. vł. xl. annorū. cum notiſſimi. ⁊ de an. excep. l. j. §. j.

h ꝉ De qua re. mobili vel immobili: tradat creditori vel nō: corpalis vel incorpalis. ‡ excepta tñ vrbana ſuitute que nō pōt obligari ne ruinis ciuitas deformet. vt. ff. de pig. ſi is qui. §. fi. ⁊. l. ſe. Additio. Dic ꝙ attēta rōne glo. ſi eſſet ſuitus etiā vrbana que nō eſſet deformatio ciuitatis poſſet obligari vt pote obligo tibi ſeruitutē altius nō tollendi donec pecunia nō ſoluat. nā tūc valeret. ita di. Bar. i di. l. ſi is q̄. §. fi. An.

‡ Si q̄rat an iuriſditiones: ꝓuenientie honores ius pcipiēdi pedagiuʒ: ius pronatꝰ qð habet i ecclˀys vel hōibus ⁊ ſimilia poſſunt pignori obligari diſtigue vt per Bar. in l. ſi is q̄. §. fi. ff. ð pigno.

i ꝉ Hac appellatione. Scʒ hypothecaria. vt hac actione peti poſſit a quolibet poſſeſſore.

k ꝉ Maxime. Hoc abūdat. vt. C. de teſta. ma. l. fi. §. ij. Duo eñ opʒ interuenire vt ſit pignꝰ. ⁊ ꝙ tradatur creditori: vt hic. ⁊ ꝙ mobilis res ſit. ſ. pignus a pugno dicatur. vt. ff. de verbo. ſignifi. plebs. §. pignꝰ. Si autē mobilis eſt ⁊ non tradatur. Item ſi immobilis eſt tradatur vel non hypoteca eſt. Patet ergo ꝙ quattuor ſūt pretorie actiōes in rem. ſ. publiciana. ⁊ reſciſ-

ſoria.⁊ ſeruiana:⁊quaſi ſeruiana. Itē alie due reales preiudiciales.vt.J.e.§.ꝓiudiciales.Eſt ⁊ alia q̄ datur ſuperficiario quando quis ad non modicum tempus cōduxit.vt.ff.de ſuperfi.l.i.in fi.j.rn̄.et.§.qđ ait.⁊.l.fi.⁊.ff.de rei vendi.ſupficiario.⁊.l.pretorie.Eſt ⁊ octaua actio in rem:vt que datur metū paſſo.nā illa ꝑtoria ē in rē.vt.ff.ꝙ me.cau.metū.§.volē ti.Sūt et alie.ſcȝ bonorū poſſeſſoria hereditatiſ petitio. Item fidei cōmiſſaria hereditatis petitio. Prima datur ei qui ſuccedit per pretorem. Scđa ei cui per trebellianū hereditas reſtituta eſt vt.ff.de bo.poſ.here.petitio.l.j.⁊.ij.et ff.de fideicō.here dita.peti.l.i.⁊.ij.iij.⁊ ſic decem ſunt pretorie in rem.

In pſonāᵃ q̄ꝗ actiones ex ſua iuriſdictiōe ꝓpoſitas habet pretor:veluti de pecuniaᵇ conſtituta. Cuiᶜ ſiſ̄is vi debatur recepticia. Sed ex noſtra cōſtitutiōeᵈ cū ⁊ ſi q̇d pleni⁹ habebat:hoc in actionem pecunie ꝯſtitute trāſſuſum ē:⁊eaᵉ quaſi ſupuacua iuſſa eſt cū ſua auctoritate a noſtris legib⁹ recedere. Itē pretorᶠ ꝓpoſuit actionē de peculio ſeruoꝝ filiorūꝗ familias. Et ex q̄ q̄rit̄:an actor iurauerit ⁊ aliasᵍ q̄ꝗ plures

Actio de cōſtituta pecunia daṫ in eum qui pro ſe vel alio ſe cōſtituit ſoluturū: et ex nudo pacto orit̄. Et vbi hȝ locū remediū ordinariū: ad extraordinariū nō eſt recurrendum. Aretinus.

De cōſtituta pecuniaʰ cū omnibusⁱ agit̄ quicūꝗ ꝓ ſe vel pro alio ſoluturos ſe cōſtituerintᵏ:nullaˡ ſcilicet ſtipulatione interpoſita. nam ſi ſtipulatio eſſet interpoſita teneretur iur. ciui. et nō act. pretoria.⁊.h.d.

In perſonā quoꝗ actiones ⁊c. Caſus. Nō ſolū pretor introduxit actionem in rem ſed etiam actionē in perſonā;cum igitur.S.dictum ſit de realibus pretoriis reſtat de perſonalibus pretoriis tractare. Pretoriarum autē perſonaliū actionū adminus due ſunt actiones. Pretor aūt quaſdā introduxit act.in perſonā q̄ ſunt pſecutorie ⁊ nō penales:⁊ quaſdam introduxit penales. In primo igitur michi ponit exempla pretoriarū act.in perſonam q̄ non ſunt pe. Primū exemplū eſt in act.de cōſti.pe.⁊ illa act.erat olim inſimul act.q̄ dr repetitia.ſed quid antea plenius habebant hodie eſt in act.de conſti.eſt tranſmiſſum.⁊ qr tanꝗ ſuperuacua hodie conſtitutionibus perſonalibus iuſſa eſt recedere ab aula. Scđm exemplū eſt in act.de peculio. Pretor enim propoſuit actionem de peculio ſeruoꝝ vel filiorum. Tertium exemplū de act.in factum q̄ deſcendit ex iureiur. Pretor enim introduxit ⁊c. Ex iuramento in quo ſolum queritur an actor iurauerit.⁊ nō ſolum has ac.perſo.⁊ act.pecu.introduxit ꝑtor.ſed ⁊ alias plures.hic.⁊.h.d.

Diuiſio. In perſonā. Iſte.§.vſꝗ ad.§.Penales.tractat de tribus actionibus pſonalib⁹ ⁊ ꝑtoriis. Et hoc ꝑncipiū vſꝗ ad.§.actiōes autē.diuidit̄:qr in ꝑncipio ꝑmittit de actiōe:de ꝯſtituta:⁊ de peculio. Itē de iuramēto in gn̄e ⁊ ſcđo in ſpē:⁊ de vnaꝗꝗ dicit.ſcđa ibi.de cōſtituta. Itē ꝑma ſubdiuidit̄:qr ꝑmo ponit q̄liter olim erat in actiōe de ꝯſtituta ⁊ recepticia.hodie ꝟo ſunt oīa redacta ad cōſtitutā. Scđa ibi.ſed ex nr̄a.

a In perſonā.q.d.dictū eſt de realibus ꝑtoriis:ſequit̄ de pſonalib⁹ ꝑtoriis:licet ⁊ de quibuſdam perſonalibus.S.interpoſuerit in.§.item ſi quis.

b De pecunia.vt.ff.de cōſti.pe.l.j.in prin.

c Cui ſiſ̄is. Scȝ quo ad quedā.qr vtraꝗ dabat̄ vbi q̄s ꝯſtituebat ſe ſolutuꝝ ꝓ ſe vel alio.ſed ⁊ diſſimilis videbat̄:qr actio de ꝯſtituta ꝓ his tm̄ rebus in ꝯſtitutiōe deductio ꝯpetebat in q̄b⁹ mutuū ꝯſiſtit.ſ.que pōdere/nūero/⁊ mēſura ꝯtinent̄.ſȝ recepticia q̄n̄ alie res in ꝯſtōne deducebant̄.ſed hodie ꝓ oīb⁹ cōpetit actio de cōſtituta.cum oēs res appellatiōe pecunie contineant̄.vt.C.de conſti.pecu.l.ij.§.pe.

d Conſtitutione.vt.C.de conſti.pe.l.ij.

e Ea. Scȝ recepticia. Accurſius.

f Item pretor. hec capitula exponuntur.J.proxi.§.et ideo hic non dicas.

g Et alias.de quibus dicet.J.§.penales.

De pecunia. Caſus. Supra pxi.§.poſuit iuſti.tria exempla pretoriarū act.pſonaliū penaliū: quorū primū fuit de act.de conſti.pe.ſed dixi ei. Dn̄e ꝓ deo dicatis michi effectū act.de ꝯſti.pecu.⁊ q̄n̄ agit̄ a ct.de cōſti.pecu.ſiue cui cōpetit act.hec. Frat dicit ipe. Iſta actione agitur contra oēs illos quicūꝗ ꝓ ſe vel ꝓ alio ſe aliquid ſoluturos ꝯſtituerūt:dūtamen nō iterponat̄ aliqua ſtipulatio.nā ſi ſtipulatio eſſet interpoſita teneret̄ tur iur. ciui.et nō act.pretoria.⁊.h.d. No.ꝙ ad hoc ꝙ aliquid veniat in act.de cōſti.neceſſe eſt ꝙ ſit debitū vel ci.⁊ naturale.vel naturale tm̄. Nota etiā ꝙ ex illo.§.ꝓbat̄ ꝙ ex nudo pacto orit̄.actio Itē cū ſtipulor a iu.gē.vel na.habe.ar illō qđ mai⁹ ē.i.cōſenſ⁹ videt̄ ꝙ magis deberet denoīari a iu.gē.vel na.q̄ꝗ a iu.ci. Frater vnūqđꝗ in ſua ſingularitate noīat̄:⁊ ꝑ illud cognoſcit̄.vn̄ ſi dicat̄. Comes venit neſcit̄ quis venit.ſed ſi dicat̄ comes talis loci venit.ꝑ ſuā ſingularitatē cognoſcit̄.⁊ ab eadem ſingularitate denoīat̄ ſtipulatio.qr a iur.gen.⁊ na.hȝ quodā cōe ei ⁊ oi ꝯctui vt patet ꝑ illū.§.Adeo. Singulare aūt hȝ a iure ci.ſ.ꝙ debeat ꝑcedere interrogatio.⁊ ſequit̄ r̄nſio.vn̄ qr ſua ſingularitas iu.ci.fuit introducta a ſua ſingularitate dr eſſe de iure ci.

h De cōſtituta pecunia.i.hac actiōe q̄ ſic vocat̄.

i Cum omnibus. Scȝ aptis.alias obligari ꝓ ſe vbi pro ſe interuenit conſtitutio:vel pro aliis vbi pro aliis interuenit conſtitutio.ſic ergo furioſus cū nec pro ſe nec pro aliis obligetur:nec conſtituere ſe debere poteſt. Idem in prodigo ⁊ ſimilibus. Item mulieres cū aliis pro ſe tm̄ obligent̄.⁊ he conſtituent pro ſe tantū ⁊ nō pro aliis.vt.ff.de cōſti.pe.l.i.§.j.⁊.ij.

k Conſtituerint.vtputa per hec verba.conſtituo me ſoluturū qđ ego vel ille debet ⁊ ſimilia.vt.ff.de cōſti.pe.qui autē.in fi.⁊.l.ſe.† ⁊ hoc ita ſi ſit debitū qđ precedat:ſiue ciuile ⁊ naturale ſimul;ſiue naturale tm̄:ſiue pretorium.ſecus ſi ciuile tantum.vt.ff.de conſti.pecu.l.j.§.penul.⁊ fina.⁊.l.iij.§.j.

† Et iuxta hāc glo.ponit hic Ia.vnū notabile ꝙ ſi q̄s conſtituat ticium fideiuſſurum ꝓ ſe valebit tale conſtitutum ſecꝰ ſi nō ꝓ ſe.ſȝ alio vt hic ꝑ eum.

l Nulla. Ergo ex nudo pacto oritur actio hic.qđ eſt contra ius cōmune poſitum.ff.de pac.iuriſgentiū.§.ſed cum nulla.⁊.§.quinimo.⁊.§.idem marcellus ⁊.§.idem reſpōſum.⁊.C.de pac.l.legem. Et eſt hoc iō forte ſpeciale:quia ſicut vnū pro eo qui ꝯſtituit inducitur:vt nō teneat̄ niſi elapſis.x.diebus.vt.ff.de conſti.pe.ꝓmiſſor:cū alias ſtatim teneatur.vt.ff.de ꝟbo.obli.eum qui kl̄is.§.quotiens.⁊ de verbo.ſig.cedere diē.ſic ⁊ aliud cōtra eum:vt ex nūdo pacto teneat̄.vt arg.ff.de iureiu.eum qui.in prin. Sunt et alii adhuc ſex caſus in quib⁹ ex nudo pacto oritur actio:vt ecce in donatiōe hodie;licet olim fuerit neceſſaria ſtipulatio.vt.C.de dona.ſi quis argentum.§.ſin autē. Itē ſi mulier dotē ſine ſtipulatione dare marito cōuenit.vt C.de do.pro.l.ad exactionem:et de rei vxo.act.l.j.§.j.

Item ſi quis ob honorem decretũ vel decernẽdũ pa-
lam pollicitus fuerit.i.ſine interrogatione vt.ff.ð pol.
l.i.§.j.z.l.pactũ.Item in nautico fenore.vt.ff.de nau.
feno.l.periculi.in fi. ✝ Item in acceſſione frumẽti.vł
vini.vel olei.vel ordei.vt.C.de vſur.l.frumenti.Itẽ in
vſuris ciuitati pmiſſis.vt.ff.de vſur.l.etiam.Als au-
tem ppter ſui tri-
giditatem nudũ
pactum actionez
parere nõ poteſt
Additio. Adde
alios caſus v[illegible]pu
ta in curia merca
torum.ar.l. quin
tus mutius.ff.
man.z ibi.Bar.
Item ſi fieret in
iudicio:qz tũc fin
gitur ſtipulatio.
Item quando per pactũ nudũ aliquid abeſt parti ſi
non ſeruetur pmiſſa quia contra non ſeruantem da-
tur actio de dolo.vt eſt tex.not.in.l.eleganter §. ſer-
uus.ff.de dolo.vt hic per docto.

✝ Et eſt rõ ppt' ipz picu luz facit ca. nauti gãti ex ð vſur.

Stipulatio ẽ ð iure ci.

a ¶ Iure ciuili. Uel actione ex ſtipulatu vbi incertũ
eſt in ſtipulatiõe:vel cõdictione certi que ex ſtipula-
tione oritur vbi eſt certum.vt.§.de verbo.obli. in pñ.
que ſtipulatio eſt a iure ciui. inducta vt hic.cum de iu
regentium ipſa nõ fuerit.licet alij cõtractus fuerint
de iuregentiũ.vt.§.de iure natu.gen.z ciui.§.ius au-
tem.non autem dicitur ideo de iure ciuili ꝙ nõ habe
at in ſe vinculũ naturale:immo habet:quia ſine ꝯſen
ſu non valet.qui conſenſus eſt de iure naturali.vt.ff.
de pac.l.j.§.penulti.

¶ Actiones aũt de peculio Caſus. ¶ Dixi dño iu-
ſti.Dñe iam vidi effectũ primi rñ.p deõ dicatis mihi
de ſcdo exempla quare inuenta fuit.de pe.act.reſpõ.
Frater equum fuit ꝙ iſte act.inuenirent per quas cõ
tra patrẽ vel dñm poſſet agi ex ꝯtcu filiorũ fa.vel ſer-
uorũ:qz lz actione de pecu.de iure ci.non teneant pa
tres vel dñi:equũ tñ eſt ꝙ peculio tenus teneant:eo
ꝙ peculiũ eſt q̃ſi p̃rimoniũ filioꝝ vel ſuorũ.z.h.d.

b ¶ Actiones. De peculio. Uolũt quidã dicere hec
eſſe ppria nõia actionũ.ſcz de peculio:z de in rẽ v̾ſo.
et qð iuſſu.Item exercitoria:z tributoria:z inſtitoria
ex eo ꝙ leges plerũqz appellant eas actiones:vt hic.
Sed verius eſt adiectiue ponãtur:ſic enĩ ð; mandati
actio de peculio.vt.ff.de pecu.l.iij.§.cui cõgruit.Acc.

c ¶ Patrẽ.ſcilicet reſpectu filij.Accurſius.

d ¶ Dñz ve.Scz reſpectu ſui:ſũt enĩ correlatiua.

e ¶ Ipſo iure.Scz ciuili:qð non vult vt alter ex al
terius pſona obligetur:z ſic pater non debet teneri
pro filio inſpecto iure ciuili.ſic eo inſpecto p ſeruo nõ
debet teneri dñs.quia ſeruus pro nullo ẽ inſpecto iu
re ciuili.vt.ff.de reg.iu.qð attinet.Sed tamen pretor
equitatẽ conſiderat:vt quia peculiũ quaſi patrimo-
nium eſt filij vel ſerui.vt ſubijcit:quia peculium eſt
quod ſibi quis parcimonia querit.vt.ff.de pecu.pecu
lium.vere tamen non eſt patrimonium filij peculiũ.
vt.C.de inoffi.teſta.l.fina.in fi.Item nec ſerui. vt.ff.ð
verbo.obli.liber homo.Ideo tamẽ quia quaſi patri-
moniũ eſt.patrem pro filio:dominum pro ſeruo tene
ri dicit.Diligenter tamen diſtingue vtrũ contrahat fi
lius/vel ſeruus:vel quaſi contrahat.Item vtrum de
linquat.vel quaſi.Si contrahat quilibet illoꝝ:dñs vł
pater actione ex eo cõtractu tenet in peculiũ.In cuiꝰ
cõdẽnatione deducit ex ipſo peculio qcqd ſeruꝰ natu
raliter dño debuit.vt qz dñs ſeruo mutuauit:vel als

Seruꝰ p nullo reputat.

Peculium ẽ pecunia q̃ pcimonia q̃rit.

Pſes p filijs et dñi pſonis an teneãt.

Actio ð peculio.

pulatione interpoſita. nam
alioquin ſi ſtipulanti promi
ſerint iure ciuili a tenentur.

¶ Ex cõtractu filij vel ſer-
ui tenetur pater z dñs pecu
lio tenꝰ de iure pͥtorio. Ar.

¶ Actiões autẽ de peculio b
ideo aduerſus patrẽ c domi
num ve d comparauit pretor
quia licet ex cõtractu filioꝝ
ſeruoꝝ ve ipſo e iure nõ tene
ant:equum tamen eſt pecu-
lio tenus (quod veluti patri
moniũ ẽ filioꝝ filiarũqz:itẽ
ſeruoꝝ) cõdemnari eos.

¶ Si q̃s iurauerat aduerſa
rio deferente in iudicio:dat
ei ex ſacramento actio. Ar.

ſecum contraxit.Itẽ deducitur qð debet his qui ſunt
in poteſtate dñi.vel tutela:vel cura:cũ videat dñs p̃-
ueniſſe.vt.ff.de pecu.ſed ſi damnũ §.j.z.ij.obligatur
enĩ ſeruus dño naturaliter.vt.§.de fideiuſ.§.j.et ſunt
hec cõia in ſeruo z filio excepta cã mutui:ex qua nec
filius nec pater tenet.ſecus in ſeruo.vt.j.tit.j.§.illud
z.C.ad macedo.l.
pe.Item que di-
cta ſunt q̃ñ cõtra
hit filius vel ſer-
uus:eadẽ e[t] quã
do quaſi contra-
hit:vt ſi alterius
negocia geſſit.vt
ff.de nego:geſt.ſi
filiꝰ.Preter hanc
actionem de pe-
culio adhuc pat
vel dñs q̃nqz te-
netur de in rem verſo.q̃ñ ſcz filius in rem patris vel
ſeruus in rem dñi cõuertit:et eſt inſolidũ vſqz ad q̃ti
tatem verſam.vt.j.ti.i.§.in rem. Azo.Sed de pecu-
lio agitur quatenus peculiũ durat.vt.j.e.§.ſunt pre-
terea.z.j.ti.j.§.in rem autem.Item eſt actio qð iuſſu
q̃ eẽ inſolidũ quãdo filius vel ſeruus iubente dño vł
patre ꝯtraxit.videt enĩ ꝯtrahi cũ ipſo patre vel dño.
vt.ff.qð iuſſu.l.i.z fi.Itẽ ſũt z alie tres ſcz exercitoria
q̃ datur cõtra dño nauis qui pꝑoſuit magiſtrũ nauis
ſeruum ſuum z eius rei gr̃a cõtractũ fuit. Et ideo ð;
exercitoria:quia exercitor dicitur dñs nauis.Item in
ſtitoria que hz locũ q̃ñ aliquis ſeruũ ſuũ taberne vel
ſtationi pꝑoſuit. ✝ Itẽ tributoria q̃ agit ita ꝙ dñs vo
catur in tributũ.vt.j.tit.i.§.introduxit.z.§.inſtitoria.
z.§.j.In delictis aũt z quaſi delict[illegible] idẽ olim ſuabat
in filio z ſeruo:vt pro noxa dari poſſent.vt.j.de noxa.
in fi.ti.Sed hodie p ſeruis tantũ agit noxalit vt ibi
dicitur.z p delictis:vt.j.de noxa.in pñ.z.ff.de noxa.l.
j.z in quaſi delictis vt ſi ſeruus habitans cũ dño ha
buit ſuſpenſum vel appẽſum:vel effudit aliq̃d qð ali-
cui nocuit:vt.ff.de his qui deie.vel effu.l.j.§.ſi ſuꝰ.et
l.ſi vero.§.p̃ter.niſi in duobꝰ caſibus:vt.ff.de his qui
deie.vel effu.l.i.§.cũ ſeruꝰ.vbi nõ habitat cum dño.z
ff.de mino.ꝙ ſi minor.§.ſi ſeruus.Porro licet in deli-
ctis z quaſi agatur noxaliter:tñ z de peculio agit ſi lo
cupletatꝰ eſt dñs inq̃tũ id peculiũ locupletiꝰ e:vt.ff.
de iudi.tã ex cõtractibus.z.ff.de pecu.l.iz.§.ex cauſa.

¶ Item ſi aliquis zc Caſus. ¶ Dixi iuſti. Dñe iam
vidi naturam duoꝝ exemploꝝ nunc ſi placet dicatz
mihi naturam tertij exempli.ſ.actionis in factũ que
datur ex iuramento.ſ.q̃ñ habet locum hec act:et ipſe
reſpon.Frater dicit ipſe.Si aliquis petierit.x. ab ali
quo dicens illa ſibi deberi.z reus ſacramentũ ſibi de
ferat.et actor delato ſibi iuramento iurauerit illð eẽ
ſibi debitum quod petit.z poſt iuramentum noluerit
ſoluere quod petitum eſt.In iſto caſu accõmodat ſi-
bi pretor actionẽ per quam queritur an iurauerit vel
non.et an non debitum.qz iuramentũ hic pro verita-
te eſt acceptum.z.h.d.No.ꝙ multipliciter accipitur
iuramentũ in corpore iuris.vt ſatis habes notatũ in
in glo.ſed iſtud iuramentum vocatur de re.i. verita-
te.ſic z quidam ſubtiliter loqui volẽtes dicũt in re.i.
veritate.hic ſolebat querere dñs Iaco.vtrũ actio in
factũ q̃ deſcendit ex iureiuran.eſſet p̃toria ve ciuilis:
qð ſit pretoria apparet aptiſſime p̾ ram iſtã.ꝙ aũt ſit
ciuilis.videt ꝙ actio in factũ q̃ dat ex ſnia ẽ ciuilis ſz
oẽs.Actio autẽ in factũ ex iureiurã.dat in ſilitudinẽ
iudicati.vt.C.de rebꝰ cre.z iure.l.actor.Ad hoc rñdet

Actio ð in rem verſo.

Actio qð iuſſu.

Actio exercitoria.

Actio inſtitoria.

✝ In iſta materia vide caſuz ſingularem.in.l.fi.ff.ð exercito.

ꝙ ſilitudinē h3 cū iudiciis:eo ꝙ iſta actio ꝓcedit ex iu rameto ad iuramētū mltas h3 ſimilitudines cū ſnia ⁊ mltas diſſimilitudines.P.ēt dicit ꝙ iſta act.i factū tūc deinde daṫ ex ſnia qñ nō eſt ſnia ſecuta.Secuta enim ſnia datur actio in factū ex ſnia q̄ eſt ſimilis.Doctores autem dicunt contrarium.vt apparet in glo.

recuſari ⁊ referri.vt.C.eo.delata.⁊.l.generaliṫ.§.ſin autem:ſed iure veteri non poterat recuſari:vt.ff.eod.manifeſte.Sed ſm.P.ita demum actio in factum datur ex ſacramento ſi ſententia non ſubſequatur:aliās quare oriretur actio in factum cum ex ſententia eadē naſceretur?vt.C.de re.cre.actori.Sed nos contra.lic3 enim due ſint et ad idem:⁊ eodem.nomine/nō nocet vt.ff.de act.emp.non eſt nouum:⁊ ff.de fideiuſſo.heres a debitore.ſemel tamē fiet ex actio tantum.vt.ff.de ṽbo.obliga.qui bis.⁊ de regu.iur.bona fides.

ꝓbatū rū.ca.ij ex.de ꝓba. It ſi ſeme reuocatū velit ꝑs iterū deferre vt.l.ſi quis iuſiurādū.C.de re.cre.

¶ Item[a] ſi quis poſtulāte[b] aduerſario iurauerit[c] debere[d] ſibi pecuniam quam peteret:neq3 ei ſoluaṫ iuſtiſſime[e] accommodat ei talem actionem[f] per quā nō illud queritur[g] an ei pecunia debeaṫ ſed an iurauerit.

¶ Qui edictū i albo ꝑtoris poſitū corruperit:vel qui vocat patrē vel patronū i ius ſine venia:⁊ eximēs dolo aliquē vocatū in ius vel eximi faciēs:teneṫ actione ꝑtoria

¶ Penales[h] q̄q3 actiones pretor pene[i] multas ex ſua iuriſditione introduxit.

¶ Veluti aduerſꝰ eū q̄ qd[k]

a ¶ Itē ſi quis. Scilicet actor.

b ¶ Poſtulāte. id ē petēte reo vel differēte.ſi ei ſine voluntate aduerſarij iuraretur nichil ꝓficeret iuramentū.vt.ff.de iureiu.l.iij.in princi.

c ¶ Iurauerit. Vel ei remiſſum fuerit.vt.ff.d iure iurando.non erit.§.finali.⁊.l.ſequenti.et.C.de re.cre.actori. Addicio. Idem ſi poſt acceptatum iuramentum etiam an eq̄ iuretur peniteat defferentem:quia habetur pro remiſſo.

d ¶ Deberi.Sic ſimplr.ſ.non adiecta cauſa quare debeatur:qđ informiter dicimus.Si autem cū forma veluti q2 vendidi:tunc agiṫ actione vtili ex eo contractu nata ex ſacramento:cum pro ṽitate accipiatur:et aduerſario ſimiliter actionē tribuit:acſi vere ꝯtractus preceſſiſſet.Idem eſt in alijs contractibus:vt.ff.de iurem.ſi duo.§.ſi q̄s iurauerit.⁊.§.idē dicemꝰ.⁊.§.marcellus.Item circa actionē realem:ſi rem ſuam eſſe iurauerit datur actio in rem vtilis.preterea in factū contra deferentem tantum vel heredem:vt.ff.de iureiu.l.nam poſtea.§.fina.⁊.l.ſe.Et ita actori interdū datur i factum:interdum vtilis ex eo contractu:⁊ vtilis in rē.

Actio ꝯpetēs actori q̄ reo dferēte iurauit q̄lis eſt?

Ex parte autem rei ſi iurat in actione perſonali:tunc exceptionem tātum parit.Si autem in actione reali tunc diſtinguitur an iurauerit rem petitoris non eſſe quo caſu exceptio tantum datur:an ſuā eſſe:quo caſu etiam actio:ſi res ad actorem redeat.nō contra alium et hoc quod dixi in actore habet locum ſi iuratur ex ſacramenti delatione.ſed ſi iuratur ex traditione facta occaſione iuriſiurandi:tunc publiciana dat contra quē libet cum ſit iuſta cauſa traditionis.vt.ff.de iureiu.nā poſtea.§.fi.⁊.l.j.quia ⁊l.ſe et de publicia.l.in.fi.vſq3 ad legem eum qui.Nec obſtat in eo tit.l.eum qui.§.ſi petenti quia ibi verbum dumtaxat dominum tantum excludit contra quē publiciana non datur.vt.ff.d pub.l.pe.⁊ fi. Addicio. Hec glo.in iſta parte fi.cōiter reprobatur.vide hic ad longum per do.Iaſo.

Iuramētum rei qñq3 exceptionē qñq3 actionē parit

e ¶ Iuſtiſſime.Quia ꝓpter ſacramētum datur.

f ¶ Actionem.in factum.vt.C.de re.cre.actori.

g ¶ Non illud q̄ritur.etiā ſi periuriū vellet ꝓbare:quia ſufficit diuina vltio.vt.ff.d dolo.ꝙ ſi deferēte.⁊.l.ſeq.⁊.C.de re.cre.l.iij.niſi in caſibus.vt.C.d re.cre.l.fi.⁊.ff.de iureiur.admonendi.Et not.ꝙ ſacramētum qđ eſt de re.vt.ff.eo.quotiens.id ē de veritate.vt.ff.ad.l.cor.de fal l.j.§.qui in ratiōibus:triplex inuenitur.Voluntarium qđ ex voluntate datur:ſuſcipitur.⁊ recuſatur.⁊ extra iudicium fit.vt.ff.eo.l.iuſiurandum quod.Item neceſſarium quod neceſſitate impoſita a iudice defertur ⁊ ſuſcipitur.vt arg.ff.de in litem iuran.l.fina.Nec enim poteſt hoc ſacramētum referri:vel recuſari:niſi pretēdatur iuſta cauſa recuſationis.† vt.C.d re.cre.generaliter.§.ſi autem.Item iudiciale quod ſic dicitur a iudicio:quando.ſc3 pars parti ſacramentum in iudicio defert.quod non ē neceſſe ſubire:ſed poteſt

Iuramētum triplex eſt

† Puta q2 iā ꝓbauit vl ſe offert

¶ Penales quoq3 Casus. ¶ Multe diuiſiones conſueuerunt notari in hoc.§.Adhuc tamē non habuimus principaliter niſi duas. Quarum prima eſt:ꝙ omnis actio aut eſt in rem:aut in perſonam. Secunda ē ꝙ omnes actiones aut ſunt ciuiles aut ꝑtorie. Sub materia autem ꝑtoriarum multe ſunt diuiſiones.quia ꝑtoriarum alie ſūt in rem:alie in perſonam.Itē actionum ꝑtoriarum ꝑſonalium:alie ſunt penales:alie nō penales.De ꝑtorijs autem actionibus non penalibus ꝑſonalibus dictum eſt.ſ.in proximo.§.De pretorijs autem perſonalibus videndum eſt in littera preſenti. Non ſolum enim dicit Iuſtinian.introduxit pretor actiones ꝑſonales non penales.immo ⁊ multas pretorias perſonales penales.⁊ de hoc ponit tria exempla. Primum eſt:ꝙ pretor introduxit tria actionem pretoriam perſonalem penalem in eum qui album ipſius corrupit.Secundum eſt ꝙ pretor introduxit actionem pretoriam perſonalem penalem in eum qui patronum parente iube in ius vocauerit anteq̄ hoc a iudice impetraſſet. Tertium eſt ꝙ pretor introduxit actionem pretoriam perſonalem penalem in eum qui in ius vocatum vi exemit:vel aduerſus eum qui ex dolo fuerit emptus.et hoc dicit. Que autem ſunt differentie inter actiones pretorias perſonales penales ſatis patet. Iſte enim §.longe melius eſt motus q̄ ſequens.§.ſecundum opinionem domini Guillelmi.cur tamē hoc dixerit neſcio:niſi quia deficiebat gloſa ſignata ſuper illo verbo fere.⁊ ipſe nichil aliud dixit q̄ dicit illa gloſa.ſed quia glo.non habuit ita dixit.

h ¶ Penales quoq3. Dictum eſt ſupra de pretorijs rei perſecutorijs:nunc de penalibus pretorijs. Sed que eſt differentia inter penales et rei perſecutorias? Reſpondet multe/quia penales pretorie ſunt annales:excepta actione furti:vt.j.de perpe.tempo.actionibus in principio.ſed rei perſecutorie ſunt perpetue.vt.ff.de actio.et obligatio.in honorarijs. Item penales odioſe ſunt.rei perſecutorie non:vt.ff.de penis ſcilicet interpretatione. Item penales non tranſeunt contra heredes niſi aliquid ad eos peruenit:vel lis ſit conteſtata.vt.C.ex delicto defuncto.l.j.ſed perſecutorie ſic.vt.ff.de actio.⁊ obligatio.ex contractibus. Item vbi plures tenentur rei perſecutoria:vno ſoluente ceteri liberantur.non ita in penali.vt.C.de conditio.fur.l.j. Et.ff.de lib.ca.l.vltima.⁊.ff.ad legem aquil.item mela.§.ſi plures.

i ¶ Pene id eſt fere.Vel melius dic ꝙ abundat.nam vere multe ſunt.

k ¶ Quid.id eſt aliquid.

ex albo[a] eius corrupiſſet[b]. Et in eum[c] qui patronum[d] vel parentem[e] in ius[f] vocaſſet: cum id[g] non impetraſſet

Item[h] aduerſus eum qui vi exemerit eum qui in ius vocaretur: cuiusve dolo alius exemerit: et alias innume-

a ¶ Ex albo. Erat enim album dealbatio quedam poſita in loco eminẽti. vt appa ret, in aut. de lit. §. omnem. ibi. vocem enim preconũ ꝛc. col. viij. in quo albo erat ſcriptum vel de citando aliquo/vel de alio precepto generali vel ſpeciali: vt. ff. de albo ſcri. l. j. ꝛ. l. ij. ꝛ. ff. de iuriſdi. om. iu. l. ſi quis id. ⁊c.

b ¶ Corrupiſſet. Vel poſitũ ſu ſtuliſſet quis nõ corruperit. ꝛ ſiue per ſe ſiue p aliũ ꝛ tũc ambo tenẽtur. nec vn9 liberat alium. ꝛ eſt in quiquaginta aureos: vt in dicta. l. ſi quis id. ꝛ. l. ſe. tenentur etiã ille corruptor lege corne lia de falſis. vt. ff. ad. l. cor. de fal. l. pe. cuius pena ẽ deportatio ꝛ oim bonoꝝ publicatio. in ſeruis etiam vltimum ſupplicium. vt. ff. ad. l. cor. de fal. l. j. in fi.

c ¶ In eum. Scꝫ filium vel libertũ datur actio, i factum: que eſt ſimiliter penalis vt ſupior in quinquaginta aureos q̃ datur patrono vel patri: et ſi libert9 non poſſit ſoluere dictã pecuniã caſtigabit. † Idẽ forte in filio: licet noxaliter nõ detur. vt. ff. eo. ſ. de in ius vo. l. pe. ꝛ. J. de noxa. in fi. ſuperior tñ punit ſolũ dolũ hic ſolum factũ conſiderat. vt. C. de in ius vo. venia.

d ¶ Patronum. Subaudi vel patronam. Item filios ꝛ patres eorũ. vt. ff. de in ius vo. l. iiij. §. j. Et accipe hic patronũ q̃ manumiſit: vel p quo iudicatũ ẽ in cã ingenuitatis ꝛ libertinitatis. Vel ſi ex cã fideicommiſſi manumiſit. Vel ſi emit eo pacto vt manumitteret ꝛ manumiſit: vel nõ manumiſit: ſed ex ꝯſtitutiõe diui marci puenit ad libertatẽ. vt. ff. de in ius vo. adoptiuũ. §. i. ꝛ. l. is quoqꝫ. ꝛ. l. ſed ſi hac lege. Itẽ liberos pſoni accipe mares/ꝛ feminas: ꝛ parẽtes etiã adoptiuos. vt di. l. ſed ſi hac lege. §. liberos q̃qꝫ. ꝛ. §. parẽtes

e ¶ Vel parentẽ. Et hic accipe marem ꝛ feminã. et vſqꝫ in infinitum: vt etiã ſi adam viueret nõ poſſit vocari in ius ſine venia. Itẽ nõ refert ſi ſunt legitimi parentes: vel naturales. vt. ff. de in ius vo. l. iiij. §. j. ij. et iij. ꝛ. l. parẽtes. ꝛ. l. pris. et. l. adoptiuum. in pn.

f ¶ In ius vocaſſet. Id eſt iuris experiendi cauſa vocaſſet. vt. ff. de in ius vocan. l. i. ꝛ hoc ſiue cauſa ſit ciuilis: ſiue criminalis multo magis. nã ꝛ tũc ſcꝫ q̃n cã eſt criminalis etiã cũ venia nõ põt: q2 nõ conceditꝫ. vt ff. de in ius vo. ſed et ſi. §. pretor ait. ꝛ. ff. de accu. qui accuſare. in fi. ꝛ. l. hi tñ. §. ij. Sed quid ſi ſolũ libellum dedit? Rñ. nõ incidit in hoc edictũ. vt. ff. de in ius vo. libert9. ij. Itẽ quid ſi veniat vocat9? Rñ. ſemp incidit ſed facilius remittitur hec pena q̃n vocatus nõ venit. vt. ff. de in ius vo. q̃uis. Sed quidã dicunt vocantem nullo modo cadere in edictũ ſi vocatus non venit ex predicta. l. q̃uis. ꝛ hoc ideo. quia v̾ba cũ effectu ſunt accipienda. vt. ff. ne quis eum qui in ius vocat9 eſt vi exi. l. pe. §. docere. ſed prima ſentẽtia verior eſt: ‡ quia in dicta. l. q̃uis. non dicit ꝙ non incidat in edictũ. ſed ꝙ non remittitur pena niſi cauſa cognita. Item nunquid heres poteſt vocari in ius ſine venia? ꝛ certe ſi extraneus eſt poteſt. vt. ff. de obſequijs preſtã. a liber. l. heres. filius nõ poteſt vocare in ius ſine venia. Sꝫ quare ſecus in herede liberti ꝛ in herede patroni? Reſpon. in primo odiũ verſatur quod debet reſtringi. in ſecũdo fauor q̃ debet ꝓrogari. vt. ff. de liber. ꝛ poſthu. l. cum quidã. Item ſi aliter agat tutorio nomine vel curatorio. arg. ff. de in ius vo. l. ſed ſi hac lege. §. fina. ꝛ queſitum. Ratio quia nemini officium ſuum debet eẽ dãnoſum. vt. ff. quemadmodum. teſta. aperian. ſi q̃s ex ſignatoribus.

g ¶ Cum id non impetraſſet. Id eſt non petiſſet et nõ accepiſſet. debet enim a pretore ſic petere. domine permitte michi vt poſſim conuenire patrẽ vel patronum meum: vt colligitur. J. de pe. te. liti. §. fina. ꝛ. ff. de in ius. vo. l. i ij. ꝛ. iiij. §. j. Illud etiam quero an hec poſtulatio venie debeat fieri in perſonis omnium qui i(n) ius vocari nõ poſſunt: que enumerãtus. ff. de in ius vo. l. ij. ꝛ ſi nõ fiat ꝙ cadat in penã. Quidã dicunt ꝙ ſic. Nos ꝙ nõ. q2 hec pena in eũ tm̃ ſtatuit que incidit in edictũ. at ille pſone in edicto nõ cõtinẽtur: qd maxime ꝓbatꝫ ex hoc §. Aliter tñ puto eos puniendos: prout placuerit iudici ad ſimilitudinẽ iſtoꝝ. † Sed nunquid hec petitio hodie eſt correcta: vt quis habent hodie liberti ius natalium et regenerationis. vt in aut. vt liber. de ce. §. j. colla. vj? Reſpon. nõ. quia ꝛ ibi reſeruantꝫ iura patronis: maxime obſequialia que natura debẽtur. Superiora quantũ ad libertum plana ſunt. In filio diſtingue aut erat emancipatus: aut in poteſtate. ſi emancipatus erat: habent locum ſuperiora. ſi vero in poteſtate: tunc nec cum venia: nec ſine venia poteſt conuenire patrem. vt. C. de in ius vo. l. fina. ꝛ. ff. de ac. ꝛ obli. l. actiones. niſi pro caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi peculio. vt. ff. de iudi. l. lis nulla. et tunc cũ venia. vt. ff. de in ius vo. l. adooptiuũ. §. j. ‡ et hoc cum agit cõtra patrẽ. Si aut ẽ cõtra extraneũ. tunc ſm vetera iura tantum. v. actiões filiofamilias competebãt. vt. ff. de ac. ꝛ obli. l. filiuſfamilias. ꝛ. l. in factum actiones. Sꝫ hodie oẽs veniẽtes ex aduẽticia cauſa: vt dixi. ſ. p quas perſo. no. ac. §. j. Itẽ quero quis iurabit de calũnia cũ filiuſfamilias in iudicio erit. Reſpõ. ſi filius emãcipatus petita venia patrẽ conueniat: iurabit filius ſi maior eſt. al's curator ei dabitur ad litem. vt in aut. vt li. ma. ꝛ aute. §. j. in fi. colla. viij. ſi autem ſit in poteſtate patris ꝛ agat de caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi peculio tunc iurat filius cũ paterfamilias habeatur. vt. ff. ad mace. l. ij. ſi vero eſſet minor daretꝫ curator liti. nõ pſone: cum ſit in poteſtate vt. C. de cura. furi. l. fina. in pn. et de bo. que liberis. l. fina. §. ſi autẽ pro patre. Si autem contra extraneum agat filius: ſi agat pater eius nomine: pater iurat. vt. C. de iura. calũ. l. ij. §. qd obſeruari. Si filius forte patre abſcente: vel ſm veteres. ll. in. v. caſibus. vel ſm nouas in omni aduẽticia cauſa: iurat filius: cũ ſuo noie agat et maior eſt: ſi modo pater in aduenticijs non habet vſumfructum. al's pater ageret: et reſponderet: et iuraret. vt. C. de bo. ma. l. i. ī prin. vbi vero filius iurat: licet pater nõ habeat vſumfructum: debet pater conſentire filio agenti ꝛ reſpondenti. vt. C. de bo. que li. l. fina. in princi. Additio. De iſto iuramento vltra hanc glo. vide late p glo. ij. §. qd obſeruari. C. de iuramen. caſum.

h ¶ Item aduerſus eum ſcilicet datur actio in factum: penalis. vt ecce cum vocarẽ ticium in ius q̃ tenebatur michi actione temporali: ꝛ dum eſſet in itinere detinuiſti eũ vi: vel capiendo eum per perſonã: vel faciendo dolo vt alius eum detineret: et tãtũ ꝙ dies actionis mee exiuit. teneris em̃ michi quanti iurauero in litem. et ſic eſt actio penalis ex parte mea. quia vltra rei veritatem forte iurabo. et ex parte tua quia das michi aliquid ꝛ tibi nichil adeſt. vt. ff. ne quis eũ qui in ius vo. vi ex. l. pe. §. j. Super hoc. §. pmo quero cum duo ſint tituli. vt. ff. ne quis eum qui in ius vocatur vi ex. et ali9 titu. de eo per quem factũ erit: de quo

† Et ſic hẽs ex glo. ꝙ q̃ nõ ſoluit i ere luit i corpus. ſed regula fallit q̃n id quod erat ſoluẽdũ nõ debebatur ex pena delicti ſed forte ex cõtractu. Itẽ fallit in nobilibus: vel al's honeſtis pſonis. Itẽ nolente eo nec petẽte cui pena pecũiaria erat applicãda Itẽ fallit in pena extraordinaria puta mꝫcta. Itẽ fallit in minimis trãſgreſſionibus vt hic per docto. Adã ſi viueret ſine venia i ius vocari ñ poſſet. Libert9 punitẽr ſi pſon9 ab ipſo ſine venia i ius vocat9 nõ veiat

‡ Cuꝫ q̃ ſm Jo. fa. tranſeũt cõtra docto. ſꝫ Ja. dic̃ ꝙ imo approbãt aliã opi. vt tũc non cõmittatur pẽa q̃ rõe citatiõis venit cõmittẽda

† Nota ꝙ in criminalib9 ꝛ penalibus pcedit de ſimilibus ad ſilia ſm An. hic.

‡ Idem dicas vbicũqꝫ fili9 in ptãte pt agere ꝯ pſeꝫ. vt no. p gl. in di. l. lis nulla

Pone caſum.

ſit mentio in hoc.§..Reſpon.de primo: quia inde oritur actio ex vtraqȝ parte penalis.vt dictũ eſt: ſed ex alio penalis ex parte rei tm̃:cum ad intereſſe actoris de tur.vt.ff.de eo per quem factum erit.l.fina.§.reſpõ. ✝ Item primus de quo ſit mentio hic conſulit actori tã tum:vt pȝ in.l.i.ꝛ.iij.§.eximere. At ſecũdus conſulit vocato nõ ſolum vocanti.vt.ff.de eo per quẽ factũ erit.l.j.§.ſi reus.in fiñ.et.l.fi.j.rñ. Item prim⁹ ha bet locum quando aliquis exemptus eſt ante ſatiſdationem et poſt in ius vocationẽ ſed ſecũdus poſt ſatiſdationẽ.ſcȝ factam iudicio ſiſti: et alias que firmant iudiciũ.vt.ff.de preto.ſtipu.l.i.in prin.Et patet hec differẽtia ex ordine illorum titulorum. Itẽ primus qñ vi exẽptus ſit quis.At ſcđus etiã ſine vi:vt patet in.l.j.§.ſi dolo.de eo ꝑ quem factum eſt.ꝛ titu.ne quis eum qui.l.j.ꝛ.ij.in fine.Uel ſatis dici poteſt ꝙ de vtroqȝ hic loquitur.quia licet duo ſint illi tituli tamen de vno edicto ſunt.Itẽ et ꝙ dicatur penalis acto etiã illa que ex vna parte tantum eſt penalis. Super hoc.§.ſecundo queritur.Nõne per conuẽtionem ſola etiam iure veteri perpetuabitur actio.vt.ff. de ac.ꝛ obli.l.conſtitutionibus.non ſolũ per noua iura.vt.C.de preſcript.xxx.an.cum notiſſimi.et.l.ſicut. Reſpon.hic nõ per executorẽ:ſed per ſuam denũciationem eum conuenerat.✝ Uel verbum quaſi poſitũ in di.l.cõſtitutionibus aſſertiue ponitur non ſimilitudinarie:ꝛ ſm hoc hodie eſſet correctũ quod hic dicitur. Uel dic ꝙ talis fuit conuentio in illa.l.cõſtitutionis q̃ pro lite conteſtata habebatur:vt quis actio erat temporalis et libellus fuit principi datus.vt.C.quando li.prin.dat.lit.cõ.fac.l.j.ꝛ.ij.Uel dic ſm Io.ꝙ.ll.veteres circa perſonales actiones loquuntur:vbi nõ perpetuantur per executorem:ſed lex illa cum notiſſimi. et.l.ſicut in rem.loquuntur in reali.vnde adhuc etiã hodie non corrigitur quod hic dicitur. Additio. Hanc etiã impugnãt docto.qꝛ di.l.ſicut.et.di.l.cũ notiſſimi. loquũtur tã in ꝑſonalibus q̃ȝ in realibus.ſm Ia.

✝ Et in hoc ꝙ actio i factum deſcendẽs ex edicto de q̃ in iſto.§. ſit mere penalis ex pte actoris et rei lȝ doctores antiqui tenuerint q̃ glo.tñ Io.fa.ꝛ alij doc. moderni tenẽt cũ gl.vt ꝑ Iaſo. hic.

✝ Iſta gl.reprobatur qꝛ hi materia lo quitur qñ qs iudiciali auctoritate imo iuſſu maioris iudicis fuit citatus.l.iij.§.j.ff. ne quis eũ qui.

a ❡ Innumerabiles.Immo numerari poſſũt: ſed dicuntur innumerabiles:quia de facili non poſſũt numerari⁹ vnde dicitur nõ poſſe fieri qđ cum difficultate fieri põt.vt.ff.de verb.ſigni.nepos ꝓculo. Enumera ergo aliquas:vt eſt actio in factũ de calũniatorib⁹ de qua dicemus.j.§.quadrupli.Item actio ꝙ metus cauſa.Item furti manifeſti.Item ſerui corrupti i duplum de quibus dicem⁹.j.eo.§.omnes autẽ actiões. Sunt et alie in factum.vt effuſis.et eiectis.et de appenſis.vt.ff.de his qui deie.vel effu.l.ſi vero.§.p̃tor. Et alie multe ſunt quas enumerare nõ expedit. Ac.

Actões penales p̃torie ſũt multe.

☞

❡ Preiudiciales aũt ꝛc. Caſus. ❡ Supra dictũ eſt ꝙ ſub materia pretoriarũ multe ſunt diuiſiones. Quedam em̃ ſunt actiones pretorie in rem ꝛ q̃dam in perſonam. Pretorie autem in rem ſubdiuidũtur:qꝛ quedam ſunt penales:ꝛ quedam nõ penales ſicut iam.j. dictum eſt.Modo redeũdũ eſt ad alterũ mẽbrũ diuiſionis prime p̃toriarũ.ſ.ad p̃torias in rẽ,ꝛ de illis ſcire debetis ꝙ realium actionũ p̃toriarũ q̃dam ſũt preiudiciales de quibus hic tractat ꝛ q̃dam nõ p̃iudiciales de quibus dictũ eſt ſupra.Et ponit iuſti.tria exẽpla in iſto.§.In honore ſancte trinitatis.de actionib⁹ pretorijs preiudicialibus.Primũ exẽplũ ẽ de actione in rem per quam queritur an aliquis ſit liber vel ſeruus ſimpliciter.Scđm exẽplũ eq̃ in actiõe ꝑ quã vẽdico te in libertũ meũ.hec em̃ actio eſt pretoria ꝛ realis ꝛ p̃iudicialis.Tertiũ exemplũ eſt in actiõe qua te dico filiũ meũ eſſe ꝛ heredẽ vendico te in filiũ: tu aũt econtra viriliter te defendis.hec em̃ actio ſilr eſt realis ꝛ pretoria ꝛ preiudicialis.Scire tamen debetis ꝙ vna iſtarũ triũ actionũ fere legitimã habet cauſam.

...rabiles[a].

❡ Actiones p̃iudiciales q̃ hic enumerantur ſunt in rẽ: quarum alique ſunt ciuiles: et alique pretorie. Aretin⁹.

❡ Preiudiciales[b] actiões in rem eſſe videntur:quales ſunt per quas queritur an aliquis liber an libertus ſit: vel de partu agnoſcendo.

id eſt fere eſt ciuilis.illa ſcȝ q̃ q̃rit an aliq̃s ſit liber vel ſeruus.Ceterę aũt due bñ ſũt pretorie.h.d.Et nota hic ꝙ quattuor reperiũtur actiones principales quarũ due ſunt pretorie mere: tertia ẽ mere ciuilis:quarta eſt fere ciuilis. Prie due ſunt actiones in rẽ qua vendico aliquẽ in filiũ meũ.ꝛ actio qua vendico aliquẽ in libertũ meũ. Tertia aũt p̃iudicialis q̃ eſt mere ciuilis eſt petitio hereditatis. Quarta autẽ q̃ eſt fere ciuilis:eſt actio qua vendico aliquẽ in ſeruũ meũ.Sed dñe ꝓ deo q̃ eſt ratio ꝙ due prime ſũt p̃torie:tertia eſt mere ciuilis: Frater hec ꝓprie actio in rẽ ſm ius ciuile cõpetit ei q̃ ẽ dñs rei petite.de iu.gen.vel ciui.Hoc autẽ nõ eſt repire in duabus primis actiõibus.Patronus em̃ nõ eſt dñs liberti ſed ſolũ ius habet patronatus in eũ.Silr pat nõ ẽ ꝓprie dñs filij.ſed magis hȝ ptãtẽ q̃ȝ dñiũ in filio.Hereditas aũt eſt res que de iur.gen.vel ciuili põt dñio nr̃o ſubijcti ꝓpter hoc dr ꝙ tertia eſt ciuilis.Silr et ſeruus dñio nr̃o ſubijcitur.vñ quarta actio ſilr dr ciuiles niſi aliud cõſtaret.Sed quid eſt illud.Frat.qꝛ in ea nõ cõtingeret diſcernere inter rẽ petitã ꝛ ꝑſonam a qua res petitur.ꝛ ꝓpterea dr fere ciuilis.Hec em̃ ẽ vna de illis q̃ttuor q̃ ciuilib⁹ q̃õib⁹ ꝯſiderant vt habes notatũ ſuꝑ illo ṽbo fere q̃ notula deficiebat dño Guido.Et ꝓpterea in his que hic recitant fecit magnã ſolẽnitatẽ ꝛ mirabilr reprehẽdebat notatorem.

b ❡ Preiudiciales.Pro cõſtanti ponit ꝙ he p̃torie ſũt cũ in tractatu p̃toriarũ ponunt.ꝛ ſũt in rẽ:quia res petit ꝛ vẽdicat.Uñ querit quare non poſuit has ſupra inter reales p̃torias:Rñ.qꝛ quedã de eis ẽ ciuilis;vñ ei⁹ occaſiõe ꝛ de ceteris hic dicere reſeruauit. ꝛ ſũt tres.Pria eſt ꝑ quã q̃rit:ad aliq̃s ſit liber.ſubaudi vel ſeruus.Scđa an aliq̃s ſit libert⁹:ſubaudi vl in genu⁹.Tertia ẽ de partu agnoſcẽdo:ꝑ quã querit an q̃s ſit filius:vel nõ,vt oĩa ꝯſequat que fili⁹ apr̃e ꝯſeq debet.Als aũt agitur de partu agnoſcẽdo ꝓpter alimenta tm̃.ꝛ tũc filiatiõi nõ p̃iudicat qꝛ ſummatim q̃ritur.vt.ff.de li.ag.l.j.§.iulianus.ꝛ.l.ſi quis a liberis. §.ſi vel parens.ꝛ.de his q̃ ſũt ſui vel alie.iu.l.ſi iudex licet videat cõtra.C.de or.cog.l.ij.§.fina. Sed dic vt ibi.Sed dicũt quidã ꝛ male ꝙ tm̃ due ſũt:ꝛ de duab⁹ primis faciunt vnam hoc modo:an aliquis ſit liber.i. ingenuus vel libert⁹:ꝛ hec vna.Aliã ṽo de partu agnoſcẽdo nõ mutãt.ſed pria opinio verior eſt cũ ſit cõmodius ſingulas cauſas ſingulis appellatiõib⁹ diſtigui vt.ſ.qui mo.teſta.infir.§.alio aũt modo.Itẽ qꝛ poſtea dicit cetere ṽo ꝛc.ꝛ ita loquit de pluribus excepta vna.✝ In pria ergo vbi q̃rit ſit liber vel ſeru⁹. Dico ꝙ ſiue ſeruus agat cõtra dñm dicens ſe eſſe liberum:ſiue ecõtra dñs cõtra ſeruum;et ſeruus ſit in poſſeſſione libertatis:ꝙ hec actio in rem que intẽdit ẽ p̃iudicialis vt.ff.de lib.cauſa.liberis.§.fina. Idẽ dico ſiue patronus vendicet libertũ in libertinitatẽ:ſiue liber tus ſe vendicet in ingenuitatẽ:vtraqȝ eſt p̃iudicialis. vbi nũc vt ff.ſi liber.ingenuus eſſe di.l.fi.in pn.ꝛ.§.fina. Intẽditur etiam hoc caſu officiũ iudicis.vt.ff.de iureiurã.teſti.

Actões p̃iudiciales ſunt tres.

✝ Hanc approbãt oẽs qꝛ plralis locutio nõ p̃t cẽ ꝯtẽtami nor inũero q̃ȝ duob⁹.l rus.ff.ð

ſi dno patroni.in prin.⁊.ff.ſi liber.inge. eſſe di.l.j.⁊.ij.⁊.ff.de rei ven.l.i.§.j. Idē dicas in tertio:vt ſiue agat pater petēdo filiū in filiationē:vel filius dicat ſe nō filiū/erit preiudicialis ⁊ directa hincinde. Sed quidaꝫ dixerūt ꝙ directa datur patrono:parenti:⁊ domino: ſed illa que datur liberto:filio: ⁊ ſeruo eſt ꝯria:qđ nulla lege cautum inuenitur:licet alie quedam inueniātur directe ⁊ contrarie:vt mādati depoſiti ⁊ ſiles. Sed qualiꝫ formantur libelli in his? Rñ.ſic. Peto iohānē in filiū meum iudicari vt michi patri debitā preſtet reuerentiā ⁊ alia que pr̄ib⁹ a filijs debenꝫ:⁊ idē in pr̄ono:⁊ ex tūc lata ſententia alimenta patri ⁊ patrono preſtabanꝫ. vt.ff.de li.agno.l.ſi quis a liberis.in pn̄.⁊.§. ſolent.qꝛ ſententia pro veritate accipitur.vt.ff.de ſtatu hominum.l.ingenuum. Et probatur hec libelli formatio.C de fideicō.l.i. In ſeruo et domino ſic. Peto in ſeruuꝫ meum talem pronunciari quia eum meum dico. Ecōtra ſeruus vel libertus vel filius dicet. Peto me non inquietari a ticio qui me in ſeruum:vel libertum: vel filium tenet.quia me in tali vinculo non ſubeſſe dico. vt.C.de ingenuis ma.l.diffamari. Uel ſic. Peto vt ingenuus vel liber:vel non filius pronuncier/ contra titium:quia ſic ſe rei veritas habet. Et differt hec ab ea qua petit pater filium in poteſtate ex iure romano: cum ibi tantum de poteſtate queratur.hic autem de filiatione.vt.ff.de rei vendi.l.j.§.j.et hic dicitur. Iteꝫ hec pretoria vt hic:illa ciuilis. Quibus autem modis filius poſſit peti:diximus.ſ.de patria po.§. ius autē poteſtatis. Item quare dicuntur preiudiciales? Reſpon.ſm quodam:quia in modum exceptionis ꝓponuntur: ⁊ ita preiudicant:vt ſi agas contra me hereditatis petitione:et ego obijciam tibi ꝙ ſeruus ſis defuncti. Uel quia ipſe defunctus ſeruus fuit.vt.ff. de peti.here.l.ſi quis libertatem:tunc nō poteſt eſſe lis inter nos:vt.ff.de iudi.l.l.nulla.⁊.ſ.de obliga.que ex de.§.hi qui.⁊ facit pro hac ſententia.C.de or.co.l.i. ⁊ de here.pe.l.liber.et.ff.ſi liber.ingenu.eſſe dica.l.fi. Alij dixerunt ideo dici preiudiciales: quia ſententia lata ſuper his fit preiudicium omnibus alijs queſtionibus.vt.ff.de ſta.homi.ingenuum.⁊.ff.de lib.ag.l.j.§.fina.et.l.ij. Sed certe ſm hoc etiam querela inofficioſi teſtamenti dicitur preiudicialis:quia preiudicat alijs queſtionibus.vt.ff.de inoffi.teſta. papinian⁹.§. fina. Sed contra hanc ſententiam eſt.ff.de lib.cauſa ſi ſeruus. Sed ibi non fuit pronunciatus ingenuus. Uel colluſio ibi fuit. Uel dic ſm Iohā.ꝙ.ꝓiudiciales ideo dicuntur:quia omnes alie queſtiones que interim inter eas perſonas mouētur debent ſilere.vt.C. de ordi.cogni.l.j.⁊.iij.et.ff.de lib.cau.l.ordinata. et ad hoc facit optime.ff.de noxa.l.pe.j.reſpō. Niſi eſſet talis cauſa que ageretur etiam ſi conſtarei eū fore ſeruum:quod eſt quandoqꝫ.vt.ff.de indi.vix. Sꝫ ſꝫ hoc cum queritur inter patronum ⁊ libertum de libertinitate:non eſt hec queſtio preiudicialis:cum alie queſtiones interim inter eos poſſunt exerceri: venia tamen petitā.vt.ſ.eo.§.et in eum. Sed dic ꝙ ille q̄ſtiones quieſcūt que nō cōpeterent ſi cōſtaret eum libertum.vt.ff.de in ius vo.l.ſed ſi hac vi.§.pe.⁊ fina. Iteꝫ quid ſi nulla alia queſtio mouetur:nōne tunc iſte dicūtur preiudiciales cum non habeant cui ꝓiudicent? Azo.dicit ꝙ nō. Sed Io.cōtra. Inſpicitur enim aptitudo:quia habilis eſt eſſe preiudicialis ſicut auguſt⁹

✝ hec glo.cōiꝫ approbaꝫ licꝫ poſtea ſit ſibi ꝯria ibi. ītē q̄ iuꝛ aſcripticij ⁊c.

✝ hec opi.ſm Jaſ.nō ē vera q̄cūqꝫ mō ꝓponātur ſemper ſūt preiudiciales.

Ex qb⁹ a fere b vna illaꝝ legitimā c cāꝫ habet: ꝑ quā q̄riꝫ an aliquis liber d ſit:cetere vero ex ipſius pretoris iuridictione ſubſtantiam capiunt.

¶ Dn̄s rei nō pōt agere ad dandum rem ſuaꝫ:niſi ꝯtra furē odio furis. Aretinus.

dicitur:licet non ſemper augeat.vt.ſ.in rubrica prohemij. Item nunquid ſunt plures preiudiciales niſi he tres? Reſpon.ſic vt hereditatis petitio nam ⁊ tūc ceſſant omnes alie queſtiones donec iſta intenditur. vt.ff.de pe.here.l.ſi quis libertatem.et.l.diuus.in fi. licet hodie contrarium ſit.vt.C.de he.pe.l.fina.§.j.et ij. Item quo iure aſcripticij/coloni cenſiti/⁊ ſimiles petſitur? Reſpō. vtili preiudiciali: nō directa. et ipſi coloni ſe petūt in libertatē contraria preiudiciali vtili:nō directa. ideo vtili quia liberi ſunt nō ſerui:vt in auf.de ſan.epiſ.§. aſcripticios ⁊.§.ſi ſeruus.coll.ix. Item ideo preiudiciali:quia parum a ſeruis diſtant quo ad ſeruitia que facere debent.vt.C.de agri.et cen.l.ne diutius.libro.xj. Sed alij dicunt ꝙ officio iudicis petuntur ⁊ petūt vt.C.in qui.cau.cen.domi.accuſa.poſ.l.j.libr.xj. Sed certe officium iudicis non poteſt locum habere ad futuras preſtationes. ✝ vt.ff.de vſur.l.j. Alij dixerunt habere locum negatoriam ⁊ confeſſoriam vtilem vt que datur directa ſeruitutib⁹ alijs:hec vtilis hic datur quod nichil eſt. Item ſi aliquis ad aliqua annua ſeruitia teneatur:quo iure petiꝫ vt cōdēnetur: vt p̄ſtet in poſterū:⁊ ipſe quo iure petit abſolui? Reſpō. ſatis puto ꝙ iudicis officio hoc fiat:ſiue ꝓmiſſa fuerint hec ſeruitia:ſiue ex conſuetudine debeātur hec ſeruitia:ſiue ipſa preſtita lōgo tempore ex promiſſione petuntur.vt.ff.de vſur.l.cum de cū rem verſo.que ꝓmiſſio ꝓbabitur ex longo vſu:vt ibi. Additio. Et nota ꝙ verba ſententie condemno te ad ſoluendum par caponum tali domino omni anno.ſm ꝙ tui anteceſſores fecere:nullam penitus conditionem faciunt ſed condēnatus ſimpliciter tenetur.vt per Bar.in.l. eum qui.§.iulianus.ij.ff.de conſti.pe.et in extraua. ad reprimendam.in ver.prout.

Petitio hereditatis eſt actio ꝓiudicialis.

Coloni aſcriptitij ⁊ ſimiles q̄ iure petuntur.

✝ Niſi rone pn̄tis iuris et dū gl. dicit ꝙ nō ꝯpetit offi.iudi.in hoc reprobaꝫ qꝛ imo ꝓ iſtis aſcripticijs ⁊ cenſitis cōpetit officiū iudicis.

a ¶ Ex quib⁹. Scꝫ trib⁹ ꝓiudicialib⁹ queſtionibus.

b ¶ Fere. Ideo dicit fere.quia in ciuilibus queſtionibus quattuor conſiderantur.ſcꝫ actor/re⁹/iudex/ ⁊ ipſa res. Hic autē eſt idem qui conuenit ⁊ conueniꝫ ⁊ res. Uel ideo quia pretor introduxit de partu agnoſcendo ⁊ a ſenatuſconſulto confirmatur.

c ¶ Legitimam. Scꝫ de iure ciuili.

d ¶ Liber ſit. Subaudi vel ſeruus.

¶ Sic itaqꝫ diſcretis. Caſus. ¶ Inter oēs principales diuiſiones actionum hec principalior eſt.ſ.ꝙ ac. aut ſunt in rem aut in perſonam. Hec eñ diuiſio locū habet in iure ciuili ⁊ in iure pretorio. Cum igiꝫ ſupi⁹ dictum ſit ꝙ actiones quedā ſūt in rem ⁊ quedam in perſonam ⁊ etiā que ſunt reales ⁊ q̄ perſonales ⁊ hoc ſiue ſint ciuiles ſiue pretorie ſit itaqꝫ diſcretis.⁊ diuiſis actionibus ſcꝫ ꝙ quedā ſunt in rem ⁊ quedā in ꝑſonā neceſſariū eſt vtriuſqꝫ videre. Natura aūt actionis realis eſt vt per eam petat aliquis rē ſuā ſibi reſtitui. Iſta autem natura realis non tangitur hic niſi in fine.§.quaſi incidenter vbi dicitur ꝯuis ſit aduerſus eos hec in rem actio per quam aliquis rem ſuaꝫ petat. Natura autē actionis ꝑſonalis eſt vt per eam petat quis rem alienam ſibi dari. Certū eſt ergo aliquē nō poſſe petere rē ſuā ꝑ actionē ꝑſonalē ꝑ quā ꝑſonalē dicat aduerſariū dare oportere.qꝛ qđ meū eſt. meū amplius fieri nō poteſt.ſed dare eſt accipientis facere:quare non pōt aliq̄s agere ad rē ſuā petēdaꝫ actiōe ꝑſōali.qꝛ intēdit aduerſariū ſuū dari oportere: hoc aūt ē cōtra loq̄ndo. In q̄buſdā tñ caſib⁹ poſſū petē

¶ Sic itaqꝫ[a] diſcretis actionib⁹ certū eſt nō poſſe actorem ſuā rē ita ab aliquo petere: ſi apparet eū dare opoꝛtere. ¶ Nec eni qđ actoꝛis eſt: id ei dari opoꝛtet[b]: qꝛ ſcꝫ dari cuiqꝫ id itelligiť qđ ita dať vt ei⁹ fiat: nec res que iā actoꝛis eſt: magis[c] ei⁹ fieri pōt. ¶ Plane[c] odio furū

rem meā per actionē perſonalem. vt patet in cōditione furtiua. ꝙ̄ꝙ̄ em̄ hoc regulariter ſit veꝝ ⁊ actione ꝑſonali nō poſſit quis rem ſuam petere in odiū tn̄ furū eſt ſtatutuꝫ ꝯriū in hoc caſu vt. ſ. ꝯ fures ſi actio fuerit ad petitionē dupli. ſi ſit furtū nō manifeſtū vel ad quadruplum: ſi manifeſtū ꝯperat dño ad rem ſuā recuperandam conditio furti. q̄ eſt ꝑſonalis actio. Non obſtante ꝙ dñs rei ē et eā pōt vendicare. h. di. Sed vř in pꝛincipio ꝙ dicat falſum dicēs ꝙ ab alio ꝙ̄ a fure non poſſet aliquis rem ſuā petere actiōe perſonali. In actione em̄ cōmodati depoſiti ⁊ ſimilib⁹ bene petit aliquis rem ſuaꝫ actione ꝑſonali. Frater in his actionibus cōpetit actio ꝑſonalis ad hoc vt ſibi tradatur ⁊ nō vt ſibi detur vt pꝫ in glo. videť etiam ꝙ nō ſit in odium furū ꝙ̄uis plurib⁹ actionibus teneanť. ſ. reali ⁊ perſonali. Bene enim video ꝙ ꝯ alios ꝙ̄ fures dantur plures actiones. veluti realis et ꝑſonalis vt ꝯ commodatariū. Poteſt em̄ qui rem ſuā ꝯmodauit actione cōmodati rem ſuam petere q̄ eſt perſonalis vel rei vendi. ſic etiā video in pignoꝛa. actione ꝙ ſoluto pꝛecio poſſit dñs rem ſuam petere acť. pigno. q̄ eſt perſonalis vel rei vendicationis ꝙ̄ꝙ̄ nō ſit ei ſanū conſiliū illam rem vendicare dū alia ſibi cōpetit actio. eo ꝙ ſi alius pꝛobauerit ſe dñm rem ſuā amittet. dicunt tn̄ quidam ꝙ licet ei a quo res petiť queſtionē dñij referre abſqꝫ ſuſticis. imo certe introductū eſt in odiū furū ꝙ teneātur actione reali ⁊ perſonali q̄ infamat. Sed dñe nōne dicit. l. ꝙ ceſſat infamia in cōditionibus. vt. ff. de ac. ob. eſſent. Frater ignominia iur. ceſſat ſed nō facti. De facto infamat cōditio furtiua. ⁊ nō de iure. vn̄ dicitur alibi ꝙ cōditio furti non cōpetit liberto ꝯ patreꝫ. ⁊ hoc qꝛ infamat de facto. ⁊ ſic intelligo illā. l. ff. de obſe. pa. pꝛeſtandis. dñs Jaco: dixit ꝙ legū conditoꝛes nō fuerunt contenti ꝙ fures eſſent infames de iure tm̄. ſed etiam voluerunt ꝙ eſſent infames de facto. ⁊ ꝓpterea inuēte ſunt ꝯ eos due actiones. ſ. actio furti q̄ infamat de iure vt. ff. de fur. l. ſicut pōt. ⁊ cōdi fur. que infamat de facto. Adhuc ꝯ ſolutionē. ſ. in princi. dictā ſic oppono. Actio directa depoſiti infamat. qꝛ cuꝫ illa actione agiť quaſi de perfidia. ⁊ ſimiľr penalis eſt in quattuoꝛ caſibus. veluti qn̄ aliquis deponit cauſa incendij ruine naufragij vel tumultus. ⁊ ſimiľr actio mandati directa infamat. et iſte dantur ei: vt dictū eſt ſupꝛa in ꝑma oppoſitione cui dať reivendi. ⁊ ſic reſpōſio nulla. Frater dicit dñs Jac. vt ceſſent oēs iſte anguſtie dic ꝙ nunꝙ̄ cōperies ꝙ reus qui nō hꝫ cām ab actoꝛe teneať actione perſonali ad rem reſtituendā ꝓterꝙ̄ in fure. ⁊ ſic ceſſant oppoſitiones de depoſito ⁊ cōmodato. et in alijs ex ꝯctu vbi inter reū ⁊ actoꝛē naſciť actoꝛi actio perſonalis. In quantum tamē vere dñs rei eſt datur ſibi vendicatio.
¶ Appellamus aūt ⁊c. Jam dicta eſt natura realium actionum perſonaliū qꝛ realis datur ad rem ſuā perſequendam: ꝑſonalis aūt ad debitū. Modo qꝛ de realibus et ꝑſonalibus dixerat actionibus dñs Juſtin. Ad vberioꝛem eoꝝ doctrinā plus de illis in lr̄a pꝛeſenti determinat ⁊ dicit ꝙ appellamus actiones in rē vendicationes. et ideo vbi in. C. et. ff. tractať de realibus actionibus ab illis qui erāt legum ꝯpoſitoꝛes intitulanť ti. de rei ven. Actiones aūt in ꝑſonam quib⁹ dare vel facere, opoꝛtere aliquid intēdimus vocamus ꝯditiones. et ita oēs actiones ꝑſonales de mundo ꝯditiones pn̄t dici. et hoc erat olim ꝯſonū effectui actionis in ꝑſonā ſed hodie non eſt ita. In actionibus em̄ perſonalibus olim fiebāt denūciationes q̄ fiebāt ꝑ verba ſolēnia in actione perſonali tm̄. ⁊ quicūqꝫ cadebat a ſyllaba cadebat a cauſa. alijs modis exponitur iſta denunciatio in notula ſed hodie ceſſant iſte denūciationes. ⁊ ꝓpterea vocantur abuſiue actiones in perſonam.

¶ Sic itaqꝫ. Additiō.
¶ Aduerte diligenter ꝙ hic. §. difficilis ſic clare pōt ſummari. Actoꝛ ꝓ re ſua nō pōt intētare actionē perſonalem ad danduꝫ contra aliquos: niſi contra fures: contra quos om̄is cōdictio degenerat. Sic declaro. qꝛ condictio non cōpetit niſi qn̄ dominium eſt tranſlatū: ſed in furem dominiuꝫ rei ſubtracte non transferť: ⁊ tn̄ ꝯdictione furtiua ipſe tenetur: igitur cōdictio degenerat. Ex hoc habes ꝙ nemo poteſt condicere rem ſuā pꝛeterꝙ̄ a fure. Uel ſic ⁊ clariſſime ſummatur. Qui debet intētare actionē realem/non poteſt intētare perſonalem: cuꝫ ſint diſtincte. hoc dicit. Et diuidiť iſte. §. principaliter in tres ꝑtes. diuiſio.
Pꝛimo ponit regulā generalem illatiuam ex pꝛecedētibus ſm̄ glo. ſed ſm̄ docto. repilogatiuam. Secundo ponit vnam fallentiam: ibi plane. Tertio naturā actionum realium ⁊ perſonaliū ⁊ earum differentias ibi. appellamus. Item pꝛima ſubdiuiditur quia pꝛimo poniť quedam illatio ſeu repilogatio ex ſupꝛadictis. Secundo ponit rationes. ſecunda ibi: nec enim.
a ¶ Sic itaqꝫ. Formatur hoc itaqꝫ ex illa diuiſione que fit. ſ. eo. §. j. q. d. dictum eſt que ſūt in rem actiones et que in perſonam. itaqꝫ ſic eis diſcretis. i. ſeparatis et diuiſis patet ꝙ hec regula eſt vera: quia perſonalis actio que competit ad dandū non competit pꝛo re ſua alicui: vt hic. ideo dixi ad dandum: quia ad tradenduꝫ bene poteſt dari actio perſonalis: vt cōmodati: depoſiti: ⁊ ſimiles: ⁊ ita eſt vis inť dare et tradē vt hic ſubijcit et. ff. de ac. emp. l. exempto. in pꝛin. et. ff. de verbo. obli. vbi aūt. in fine. et. l. ſi reꝫ tradi. et. l. nemo. ⁊ qđ ſubijcit ſi apparet. i. quia apparet eum dare opoꝛtere. ⁊ ita agitur in perſonam vt aliquid detur. Sed quidam dicunt vt. P. ꝙ hec verba ſi apparet eum dare opoꝛtere: ſunt nomina cuiuſdam actionis. Accurſius. Additio. Dic ꝙ iſtud quod hic dicit glo. ſm̄ Pla. nichil eſt dicere: ſed tex. vult dicere ſi apparet. i. ſi agat dare opoꝛtere: quia medium ꝯcludendi non debet eſſe iſtud ſed ad tradendum vel conſtituendum. vt dicit glo. Angelus.
b ¶ Opoꝛtet. i. opoꝛtet ꝙ non detur: eſt em̄ impoſſibile ꝙ detur: vt ſubijcit. qꝛ dare eſt accipientis facere. vt ſubijcit nec res que ⁊c. Dare ē accipiētis facē.
c ¶ Magis. Sed opponitur pluries deberi poteſt. vt. ff. de exce. rei iu. l. ⁊ an eadem. §. actiones. in fine. §. ergo pluries dominium poteſt fieri meum. Sed non ſequitur. nam licet pluries debeatur: tamen ſemel facta ſua non debet plus fieri ſua. vt ibideꝫ diciť. et. ff. de acqui. poſſ. l. iij. §. ex plurimis. et. ſ. de le. §. ſed et ſi rem legatarij. niſi iterum deſineret eſſe ſua. vt. ff. de verbo. obligato. ſi rem meam. Meum amplius meū fieri nō pt.
d ¶ Plane odio. Sed in quo vertitur iſtud odium? Reſpon. quia in condictione furtiua quis de facto infamatur apud bonos et graues viros: vt. ff. de obſe. l. honoꝛi. licet non infamia iuris. vt. ff. de actio. et obli. l. ceſſat. ſed in reivendicatione neqꝫ de facto neqꝫ de iure infamatur. Item multa veniunt in condictione furtiua que non veniunt in rei vendicatione: vt quia interitu rei non liberať. ſed in rei vendicatione ſic. vt. ff. de ꝯdi. Condictio furtiua qđ opatur.

Actiōeſ actiue pl'es p= ſunt ſed paſſiue obſunt.

fur.l.in rē.⁊ ideo malū ē furi ꝙ etiā hac actiōe teneaẗ. Itē ſicut pdeſt alicui pl'es hr̄e reos debitores.vt.ff.de lib.leg.l.ſi quis decedēs.§.fi.⁊ habere plures actiōes vt.ff.de leg.ij.cū fili⁹.§.varijs.ita ecōtra debet ei nocere ſi pluribus teneaẗ actionib⁹:lʒ etiā nulla alia ſit vtilitas. Item nūquid vna tolliẗ per aliā: Dic ꝙ ſic.vt.ff. de condiẗ.fur.ſi p fure.§.furti.

a ¶Si apparet id ē q2 apparet e= os ⁊c̄.id eſt dicere actione i pſonaʒ. Sed vr̄ hoc ſtare nō poſſe.nā certū eſt eū qui agit dñʒ fuiſſe:ergo ⁊ nunc eſt: q2 ſine facto ſuo dñium ab eo diſcedere non potuit.vt.ff.de reg. iur.l.id qđ nr̄m.et C.de pbaẗ.l.ſiue poſſidetʒ.ḡ nō p̄t agere vt ſibi deẗ qđ eſt ſuū ⁊ tn̄ hic dicit ꝙſic. Sʒ dic relationē eſſe faciendam ad genus nō ad ſpeciē.q.d.ea actiōe p quam al's agiẗ ad dandū.ſcʒ perſonali.ſed hic nō ad dandum intendiẗ.Et ita eſt mirabile ꝙ rem meā per pſonalem actionē peto reſtitui:al's cōtra.vt.ff.vſufru.quēadmo. ca.l.fi.⁊.ff.de condi.inde.l.ſi vrbana.Sed eſt ſpeciale. vt hic dicitur.Uel dic agi etiā ad dandum ſcʒ poſſeſſionem dandam quā amiſeram p furtum.vt.ff.de acqui. poſſ.l.rem que nobis.⁊.ff.de condi.tritica.l.ij.

quo magis plurib⁹ actiōib⁹ teneātur effectū eſt vt extra penā dupli aut q̄drupli:rei recipiēde noīe fures etiam hac actione teneanẗ:ſi apparet[a] eos dare oportere ecꝫuis ſit aduerſus eos etiā hec in rem[b] actio per quam rem ſuam quis eſſe petit.

¶ Actioēs reales copetūt ad vendicandū.pſonales vero ad dandū vel faciendum Et dicūtur abuſiue ɔdictiones a condicendo id ē denūciando.h.d. Aretinus.

¶Appellam⁹ autem ī rem quidem actiones vēdicationes[c]. In pſonā vero actiones q̄b⁹[d] dare aut facē oportere itēdiẗ:cōdictiōes[e]. Cōdicere eñ ē denūtiare[f] preſca lingua Nūc vo abuſiue[g] dicim⁹ ɔdictionē actionem in pſonā eē:q̄ actor intendit dari ſibi oportere.nulla eñ hoc tp̄e eo noīe denūcitō fit

¶ Tertia diuiſio actionuʒ eſt ꝙ ſunt vel rei perſecutorie vel penales.vel mixte. Angelus.

tum.vt.ȝ.de inuti.ſtipul.§.j.

e ¶Condictiones ſcilicet appellamus.

f ¶Denunciare.Dicūt quidā ꝙ qui volebāt alium conuenire:primo ſibi denūciare debebant.vt ar.ff.de ſerui.vrba.l.quidā.Sed hoc non placet. q2 ex voluntate/aut bonitate/vel vrbanitate hoc fit:nō neceſſitate. Sed dic ꝙ hec denūciatio fiebat p magiſtratus: cuʒ actiones ɔſtitue= bant vel dabāẗ.vt ff.d origi.iu.l.ij.§. oīm.qđ eſt hodie ſublatū.vt i fi.huius.§.df.et.C.de formu.l.j.⁊.ij.

g ¶Abuſiue. Ve abuſiue d condictio.i.actio in pſonā.q2 non bene conſonat nomen rei quā ſignat:qđ fieri debʒ.vt.ȝ.de dona.§.ē ⁊ aliud.

¶Sequēs illa diuiſio. Caſ⁹. ¶Dicit gloſator:⁊ male ꝙ hic poniẗ q̄rta diuiſio.Si eī loquamur de p̄ncipalibus diuiſionibus q̄ tradunẗ a p̄deceſſorib⁹ nr̄is non eſt niſi tertia p̄ncipalis. Pr̄ia eñ fuit hec.Actionū q̄dā ſunt in rē ⁊ quedā in pſonā.Scđa fuit hec.Actionum quedā ſūt ciuiles ⁊ q̄dā p̄torie.Tertia aūt p̄ncipalis ē diuiſio iſta ɔnumerādo:aūt ſubdiuiſiōes p̄habitas cū p̄ncipalibus diuiſiōibus hec ē quarta diuiſio. Prima eñ fuit hec ꝙ oīs actio aut ē in rē aut in pſonaʒ.Scđa hec eſt.oīs actio aut eſt ciuilis aut eſt pretoria.Tertia hec eſt.Pretoriarū alia in rē alia in pſonā.Quarta hec eſt oīs actio pſonalis p̄toria aut ē penalis aut nō penalis.Quinta hec ē p̄toria in rē aut ē p̄iudicialis aut non p̄iudicialis.Et hec de qua agim⁹ in p̄nti eſt ſexta.Supponēdo ergo ꝙ ſit tertia diuiſio p̄ncipalis venio ad caſum in hūc modū. Poſt duas diuiſiōes p̄ncipales de quibus.ȝ.dictū eſt ponit hic iu.tertiā diuiſionē p̄ncipalem.⁊ ē talis diuiſio.Inter oēs actiones de mūdo quedam ſunt inuēte cā rei pſequēde ⁊ q̄dā cā pſequēde pene.⁊ quedā mixte tā gr̄a rei pſequēde q̄ȝ pene.Rei pſequende cā inuēte ſūt oēs reales actiones ⁊ fere oñs pſonales q̄ ex ɔctibus naſcunẗ:veluti cū aliq̄s pecuniā mutuā vel in ſtipulatū deductā petit.Et de hoc ēt poteſ hr̄e exēplū in cōmodato ⁊ mādato etiā p ſocio:⁊ in actione exempto ⁊ vēdito ⁊ locato et ɔducto.pſonales que ex ɔctibus naſcūẗ.ideo dixi ad differentiā illaꝝ q̄ ex delictis naſcunẗ. Fere aūt iō dixi ꝑpter quandam actionē perſonalē que ex ɔctu pcedit:⁊ tn̄ in quattuor caſibus eſt perſecutoria rei ⁊ pene.Hec autē eſt actio depoſiti.Si enim rē meam penes te depoſuerim cauſa incendij vel ruine vel tumult⁹ vel naufragij:⁊ poſtea non vis michi eā reſtituere vel dolū in ea feceris conueniri debes in duplū.h.d.Uideẗ ꝙ iſta diuiſio ſit eadem cū diuiſione ſupius habita q̄ eſt ꝙ actionū p̄torium perſonalium quedā eſt nō penalis ⁊ quedā penalis.Frater nō eſt eadem.hec enim diuiſio eſt in contractu ciuiliū.vnde hic dicitur ꝙ ciuiliū quedam ſunt penales ⁊ quedam nō. Pretor aūt fuit in contractu pretoriarum.et ſic non eſt vna eadem cum altera. Item ſcire debes ꝙ actiones mixte dicuntur duobus modis vno modo dicitur actio mixta que continet rem ⁊ pe=

appro= bant do cto. q2 h̄ ſēp loq̄r ſolū d actiōibus q̄ cōpe= tunt ad dādum: ſʒ iſte d q̄bus in glo. ɔpe tunt ad rddēdū ſeu reſti tuēdū.l iij.§.ii re..ita et.l.ſi et certo.§. rem tibi dedi.ff. cōmo.

Dic fʒ Jo.fa. ꝙ gl. p= cedit in malefi= dei poſ= ſeſſore ɔctante rē mobi lē ɋſciēt ɔctādo ɔmittit furtū. C qcū eo. l.ſi libe= rū et de fur.l.ſi alienuʒ: ſʒ ego i= telligo gnāl'r in oī male fidei poſ ſeſſore q̄ rem ali= quaʒ de tinet ſci enter ɔ volūta= teʒ dñi= q2 ɔ euʒ p̄t ɔdici ⁊ agi ad dandū. d.l.ſi q̄s nec cām §.j.an. hanc

b ¶In rem actio.i.rei vendicatio.q̄ pro dñio de iure ciuili vel gentiū queſito intendiẗ.vt.ff.de rei vē.l.in rē. Item nota ꝙ hic.§.locū habet in q̄libet male fidei poſſeſſore aliene rei:nō ſolum in fure.vt.ȝ.de re.diui.§.ſi tamen:⁊.ff.de condi.triti.l.j.in fi.et.l.ij.in p̄n. Interdum etiam ɔ bone fidei poſſeſſoreʒ daẗ condictio rōne poſſeſſionis.vt.ff.de condi.inde.l.indebiti.§.ſed ſi nūmi.Sed nunquid etiā rem ſuā poteſt quis etiam a nō fure p cōdictionē ſine cauſa ɔdicere.vt.ff.de condi.ſine cauſa per totū: Rñ.ſm quoſdam ibi dicitur condictio actio perſonalis:non tamen talis per quam intendaẗ vt aliquid detur.Alij dicūt ꝙ ſi alicubi inueniatur cōditio ſine cauſa pro ſua re competere de vtili intelligēdum eſt. Additio Dic ſecūdū Jo.fa.ꝙ prima ē verior nā per eam non agit dñs ad dandū niſi contra furem ſupple ⁊ male fidei poſſeſſorē.vt hic in glo.ſed ad reſtituendum vel forte ad poſſeſſionē agi debet.ſm Angelum.

c ¶ Appellam⁹. Uēdicatiōes. Siue rerū corpalium de q̄b⁹ ē.C.de rei vē.per totū.⁊.ff.de rei vē.p totū ſiue rerū corpalium.de quib⁹ eſt.ff.ſi vſufru.pe.per totum et.e.ff.ſerui ven.per totum.ſiue ſint directe ſiue vtiles iſte vendicatiōes.vt.ff.de publi.p totum.⁊.ff.ſi ager vecti.per totum.

d ¶Quib⁹.Ideo dicit q̄b⁹:q2 ſunt ⁊ alie q̄b⁹ non intēdimus dare vel facere:ſed reſtitui vt commodati actio:et depoſiti:et ſil'es.iſte nō appellātur ɔditiōes in ſtricta ſignificatione accepto vocabl'o.vt hic dicitur. Uel dic ꝙ etiā in actione ɔmodati et depoſiti et ſimilibus intēditur dari vel fieri.ſ.ipa detentatio rei:q̄ſi ip̄m factū poſſit quis i ſtipulationeʒ deducere vt.ff.de ver. obli.l.vbi autē nō apparet.§.q̄ id.qđ nō fieret niſi aliquid daretur:cū ſue rei nulla eēt ſtipulatio:ſʒ alienetā

nam.et de tali mixtione loquitur hic. Alia enim mixtura eſt ꝙ quedam actiones dicūtur mixte: quia ſunt in rem ⁊ in perſonam. Et de illa mixtiõe habes. j. eodem §. quedam.

¶ Sequens. ¶ Iſte §. vſq ad §. quedam. diuidit in duas ptes. Primo ponit vnā ſummā pncipalē actionū. Secundo declarat eā p exempla. Scđa ibi: rei perſequende.

a ¶ Sequens. hec ē tertia diuiſio actionum in hoc titulo.

b ¶ Comparate. i. adinuente.

c ¶ Mixte. Sz nonne q̄dam ſunt q̄ nullum hoꝝ habent? vt ſi ago ne quid fiat i loco ſacro vel ſancto. vel ſi factum eſt tollatur. et alie ſimiles que neq ad rem: neq ad penā. neq mixtum ſe hn̄t: ſed vel ad rei reuerentiā: vel ad publicam vtilitatem dantur? Rn̄. ſatis ad rei perſecutionem. ſcilicet diuiſe rei vel publice ptinent cuius nomine agere videor. Uel etiam meo nomine: cū cuiuſlibet interſit deum venerari. vt. C. de here. l. iiij.

diuiſio. ¶ Rei perſequende. ¶ Iſte §. diuidit in quinq partes. Nam in primo ponit de actionibus rei pſecutorijs. Secundo de actionibus mixtis ex contractu deſcendentibus. Tertio ponit vnam regulā vel ſummulam in actionibus ex maleficio deſcendētibus. Quarto illud per exempla declarat. Primo ponendo de actionibus penalibꝰ. ſcđo de actionibus mixtis. Secūda pncipalis eſt in verſicu. plane. Tertia in §. ex maleficijs. Quarta in §. penam. Quinta in verſi. ſed ⁊ legis.

Iuramētū in litē pſtatur in actionibꝰ realibꝰ.

d ¶ In rem actiones. ſ. q̄ decem ſunt. vt diximus. ş. eo. §. item ſeruiana. Sed certe videtur ꝙ ſunt oēs penales. nam in eis iuratur in litē. vt. ff. de rei ven. l. qui reſtituere. ⁊. ff. de in litem iuran. l. in actionibus. Sed dic ꝙ illud ſcz iuramentum in litem non fit iure actionis: ſed officio iudicis: vt. j. eo. §. preterea. in fi. §. vnde non dicuntur penales. Alij tamē dicebant ꝙ ideo non dicebantur penales: quia non originaliter illud fit ꝙ creſcant per ſacramentum in litem. ſed ex contumacia vt. ff. de in litem iurā. l. j. ⁊ ideo magis attendebant qđ naturaliter erat q̄ qđ incidenter. Sed certe actio depoſiti in quattuor caſibus ab initio ē rei perſecutoria: et tamen dicitur penalis inſpecto ꝙ creſcit ex contumacia. vt. j. proxi. et. j. eođ. §. quadrupli. alias. §. at ille. vnde primam reſpõſionem approbo. Additio. Secundū docto. hec glo. videtur aduerſari glo. magne poſite in §. penales. in ver. item aduerſus. in princ. ş. eo. que videtur concludere ꝙ ibi illa actio dicatur penalis. q2 iuratur in litem: ⁊ tamen ſm eos conſtat ꝙ illud iuramentum venit offi. iudi. ſic in qualibet alia actione. et dicunt hanc glo. eſſe veriorem.

¶ Seq̄ns[a] illa diuiſio ē ꝙ q̄dam actiões rei pſequēde grā cōparate[b] ſūt: quedam pene perſequende: quedam mixte[c] ſūt.

¶ Rei perſecutorie ſt oms in rem actiones: ⁊ etiā i perſonam ex ꝯtractu deſcendētes excepta depoſiti actiõe que i quattuor caſibꝰ mixta eſt. Angelus.

¶ Rei pſeq̄nde cauſa comparate ſūt oēs i rē actiões[d] Eaꝝ vero actionū q̄ in pſonā ſunt: he quidē q̄ ex cōtractu naſcunt: fere[e] oēs rei pſequēde cauſa ꝯparate vidētur: veluti qbꝰ mutuā pecuniā vel in ſtipulatū deductā petit[f] actor. Itē ꝯmodati: depoſiti: mādati: pſocio: exempto: vēdito: locato: ꝯducto[g]. ¶ Plane ſi depoſiti agitur eo noie ꝙ tumultꝰ / incēdij / ruine naufragij cā depoſitū ſit: in duplū[h] actionē ꝑtor reddit: ſi modo cū ipo apud quē depoſitū ſit: aut cū herede eiꝰ de dolo ipiꝰ[i] agetur: q̄ caſu mixta eſt actio.

¶ Actionū dſcēdētiū ex maleficijs q̄dā ſūt perſecutorie pene tm̄ q̄dā mixte tā re q̄ pene primū p vnū: vltimū p tria exempla declarat.

¶ Ex meleficijs vero prodite actiões ſunt: alie tm̄ pene perſequende cauſa comparate ſunt: alie tā pene q̄ rei perſeq̄nde ⁊ ob id mixte ſūt. Penam tātū pſequit quis actione furti: ſiue eñ mani-

e ¶ Fere. Fere dicit ꝓpter actionē ex ſtipulatu: p quā pena petit: nec inſpicitur ꝙ interſit. vt. ş. de inutili. §. alteri. ſm quoſdā. qđ eſt falſum. immo propter actionē depoſiti in quattuor caſibus. vt. j. ſubijcit. Itē ꝓpter actionē redhibitoriā q̄ datur in duplum aduerſus venditorē qui neq preciū. neq acceſſiones ſoluit. vt. ff. đ edili. edi. l. redhibitoria

Actio redhibitoria datur i duplum.

f ¶ Petit actor ad vtrāq aūt. ſcz ad mutuam et ad eam pecuniā q̄ in ſtipulatum deducta eſt certi condictio datur: vt. ff. ſi cer. pe. l. ſi q̄s certū. et. ş. de vb. ob. in princ. Ita ꝙ ad mutuū detur condictio ſpecialis de mutuo. vt. ş. qui. mod. re con. ob. in prin. Ad pecuniā deductā in ſtipulatione detur condictio certi generalis: ſi certū ſit. vt. ş. de verbo. ob. in principio.

g ¶ Conducto. Sed nonne omes iſte dantur ad intereſſe: etiā quod eſt extra rē. vt. ff. de ac. empt. l. j. in prin. ergo peto aliq̄d qđ tibi non adeſt ergo ſūt penales? Sed dic tribus modis dici actionem penalem. Primo illa que hincinde eſt penalis: vt furti ⁊ ſimiles quādo peto qđ michi abeſt ⁊ qđ tibi non adeſt. et hoc modo accepto dicunt hic iſte non penales. Scđo quādo eſt penalis ex pte vna. ſcz ex parte rei tantū: qđ eſt vbicūq actoris intereſſe excedit id quod reo adeſt. ⁊ in hac ſignificatione actiones iſte dicuntur penales. ſcilz ex empto ⁊ ſimiles: ⁊ etiā rei vēdicatio qn̄ in litē iuratur. ⁊ ꝙ inſpecta perſona rei tm̄ penales dicuntur probatur. ff. de eo per quē fac. ē. l. j. §. ſi plures. et. l. fi. et. ş. eo. §. penales † Tertio dicitur penalis inſpecta pſona actoris tantum: vt ſi accepiſti ab aliquo aliquid vt me accuſares per calūniam. nā repeto licet nichil michi abſit a te. ſcz cui adeſt: vt probatur. ff. de calū. l. generaliter. §. illud erit notandum.

† Iſtā glo. impugnāt Io. fa. ⁊ Iaſō h. Eſt ei ridiculū ꝙ actiones hic enūerate ⁊ cete bonefi. ꝓptea ꝙ in eis iuret in litē ſint penales per ea q̄ habent ş. i. o. §. pēales i glo. magna i ṽ. item aduerſus. in pnci. Crimina facta palā ſūt occultis grauiora.

h ¶ In duplum. Scilicet ſi reus inficietur: vt. j. e. §. ſed furti. Accurſius.

i ¶ Ipſius. ſ. heredis. Ex dolo eñ defuncti in ſimplum tm̄: vt. ff. depoſi. l. j. §. j. Et eſt ratio quare in his quattuor caſibus datur in duplū ⁊ in alijs in ſimplum quia hic ex neceſſitate deponitur: nec potuit ꝓuidere apud quem deponeret. vt. ff. depoſiti. l. j. §. merito.

¶ Ex maleficijs. Caſus. ¶ Iam vidiſtis vnā diuiſionē in q̄ cauet ꝙ actiões aut ſūt itroducte rei pſequēde cā. aut pene tm̄. aut ſūt mixte. ⁊ de illis q̄ ſūt itroducte tm̄ rei pſequēde cā. iā habuiſtis q̄ ſūt oēs reales actiones. ⁊ fere oēs pſonales q̄ deſcēdūt ex ꝯtctibus. Modo vult trac. de actiõibus ꝓcedētibꝰ ex delictis. Quarum quedā ſūt pene pſecutorie tm̄. ⁊ quedā rei tm̄: ⁊ quedā mixte tam pene q̄ rei. ⁊ ſic ꝓſequit ptes illas prime diuiſionis hic poſite in §. ſequens illa diuiſio. Et primo

feſti agat̃ q̃drupli[a]: ſiue nõ mãifeſti dupli de ſola pena agit̃. nam ipſam rem ꝓpria actiõe perſequitur quis. i. ſuam eſſe petens[b]. ſiue fur ipſe eam rem poſſideat: ſiue aliꝰ q̃libet[c] eo ampliꝰ aduerſus furẽ etiã cõdictio[d] ẽ rei. Ui aũt bonoꝝ raptoꝝ actio mixta ẽ: q꞉ in quadruplo[e] rei ꝑſecutio cõtinet̃: pena autem tripli eſt. Sed ⁊ legis aq̃lie actio de damno iiuria dato mixta eſt: non ſolũ ſi aduerſus inficiantẽ in duplũ agatur: ſ꞉ interdũ ⁊ ſi in ſimplũ[f] q̃ſq꞉ agat: veluti ſi q̃s hominẽ claudũ aut luſcũ occiderit: qui in eo ãno itegerꝛ magni ꝓcij fuerit: tãti enim dãnatur quanti plurimi ⁊ magni precij is homo in eo anno fuerit ſecundum iam traditã[g] diuiſionem. Jtem mixta eſt actio contra eos[h] qui relicta ſacroſanctis eccleſis: vel alijs venerabilibus locis[i] legati vel fidecommiſſi nomine dare diſtulerint[k] vſq꞉ adeo vt etiam in

tractat de actionibus ex maleficijs ꝓcedẽtibus penaꝫ tm̃ ꝑſequẽtibꝰ. ⁊ de hoc ponit vnũ exem̃. ſ. i actiõe furti. Si ei agat̃ actiõe furti manifeſti ad q̃druplũ ſiue nõ mãifeſti ad duplũ totũ duplũ vł q̃druplũ eſt pena: q꞉ ꝓpter iſtã actionẽ ꝯpetit dño rei vẽdicatio ad rẽ ſuã vẽdicandã ſiue ille fur rẽ ſuã poſſideat ſiue aliq̃s alius. et ꝓpter hoc dat̃ ꝯdictio furtiua ꝯ furẽ. h. di. ❡ Jſtud ꝟo ⁊c. Cũ dr̃. Ex maleficijs ꝟo ⁊c. eſt aduerſatiuũ. q. d. nedũ actionibus realibus: ſed etiã ꝑſonalibus deſcẽdẽtibus ex ꝯctu de q̃bus ſupra dictũ eſt. ꝟo ꝓ ſed. ⁊ de actionibus deſcẽdentibꝰ ex maleficijs.

a ❡ Ex maleficijs Quadrupli. Sed quare plus manifeſtum furtum punit̃ q̃ꝫ non manifeſtũ: cũ clã facta magis puniẽda ſũt. vt. ff. de admini. tu. l. nõ exiſtimo. et. ff. de ritu nup. l. vlti. Rñ. immo magis delinquit qui palam q̃ꝫ qui clam amouet. vt. ȝ. vi bo. rapto. in ꝓn. vnde magꝰ punitur. vt ar. ff. de offi. preſidis. l. diuꝰ. Additio. Sed per hanc ſolutio. non reſpondet̃ ꝯrio in gl̃o. alle. vnde dicas ſꝫm Dy. quem ceteri ſequuntur ꝙ iſte tex. ꝓcedit in omnino illicitis: contrarium autem in his que poſſunt eſſe licita ⁊ illicita. ſꝫm Ange.

b ❡ Petens. ſcilicet reiuendicatione.

c ❡ Quilibet. vt. ȝ. de ob. que ex ⁊ elic. naſ. §. fina.

d ❡ Condictio. ſ. furtiua que ſoli dño datur ⁊ heredi eius aduerſus furem ⁊ eius heredem. vt. ff. de cõdi. fur. l. ſ. ⁊ l. v. et. ȝ. de obli. que ex delic. naſcuntur §. fiñ.

Condictio furtiua dat̃ ſoli dño ☞

❡ Ui bonoꝝ rapt̃. Caſus. ❡ Jn ſupioribus dictũ eſt. de actionibus deſcendẽtibus ex delicto q̃ ꝓſequuntur penã tm̃modo: vidẽdũ eſt de illis actiõibus q̃ ꝓficiſcũt̃ ex delictꝫ. ⁊ ſũt mixte tã rei q̃ꝫ pene. ⁊ de hoc ponit duo exẽpla. Primũ eſt in actione vi bo. rap. que dat̃ infra annũ in quadruplũ: ⁊ de illo in quadruplo triplum eſt pena ⁊ ſimplũ pro rei perſecutione. ⁊ ita eſt mixta ⁊ cõtinet rem ⁊ penã. Secundũ exẽplũ eſt in actione. l. aq̃l. que datur ꝯ inficiantẽ eſt in duplũ. ⁊ vnũ ſimplũ eſt pena. Et aliud pro rei ꝑſecutione. ⁊ ita ſiłr eſt mixta: q꞉ cõtinet rẽ ⁊ penam ꝯ inficiantẽ. Et etiam põt eſſe mixta actio. l. aq̃l. veluti ſi aliq̃s ſeruũ meũ occiderit qui tpe quo occidebat̃ luſcus fuit vel alr̃ fuitita deterioratus: q꞉ vilis ꝓcij erat. in anno tñ retro magne eſtimationis vel magni ꝓcij fuerat: tũc ꝯdẽnabit̃ occiſor quanti pluris fuit in ãno retro ex primo capite. hoc dicit. ❡ Jtem mixta eſt actio ⁊c. Uidiſtis ſupra de realibus actionibus que ſunt rei ꝑſecutorie tm̃. ⁊ etiã de ꝑſonalibus q̃ deſcendunt ex cõtractu que ſunt reales fere oẽs. et de act̃. perſonalibus que deſcendunt ex delictis que ſunt pene ꝑſecutorie tm̃. ⁊ etiam de actionibus deſcendentibus ex delictis que ſunt mixte: modo intendo dicere de quadã actione perſonali q̃ non deſcendit ex ꝯtractu nec delicto. ſed eſt ꝑſonalis mixta q̃ deſcendit ex quaſi contractu et eſt mixta tam rei q̃ꝫ culpe. ⁊ de hac venio ad tale exemplum. Quidã teſtator fecit teſtamentum: ⁊ ibi aliquid reliquit alicui eccleſie. vel alicui venerabili loco: heres teſtatoris id diſtulit ſoluere legatuꝫ: donec in iudiciũ vocaret̃: ille heres conuẽtus actione ex teſtõ que deſcẽdit ex quaſi ꝯtractu ꝯdẽnandus eſt in duplũ h. d. Frater: actio iſta ex teſtõ de qua fit mẽtio i iſto §. deſcendit ex quaſi ꝯctu. vt. ȝ. de obli. que ex quaſi ꝯctu naſcuntur. Alij voluerũt dicere ꝙ ꝓſequit̃ hoc modo materiam ſuã inchoatam: et ꝙ hic tractat̃ de delictꝫ. et ꝓpter delictuꝫ eſt hoc ꝙ ꝯdẽnat̃ ad duplũ: vcꝫ q꞉ diſtulit ſoluere donec in iudiciũ vocaret̃. ſed dico ꝙ ex ꝓcraſtinatione et ꝑ mora ſua condẽnatur in duplũ vnde dico ꝙ deſcẽdit actio iſta ex quaſi contractu.

e ❡ Quadruplo. Uſq꞉. ſ. ad annũ: poſt annuꝫ in ſimplum. vt. ȝ. vi bo. rap. in ꝓnc. niſi in caſu: vt ſi iudeꝰ contra chriſtianuꝫ agat: tunc in duplum tantum agit. vt. C. de pag. l. xpianis. Sed nunquid etiam raptor tenetur actione furti manifeſti? Dic ꝙ non. ſꝫm. P. q꞉ in duplum tm̃ tenet̃ ſi furti conueniat̃. vt. ff. vi bo. rapt̃. l. j. niſi in caſu vbi nec in duplum tenetur ſꝫm eum. vt. ff. de fur. l. ſi quis ex domo: ſed certe ibi erat actum actione vi bo. rapt̃. vnde ſublata erat actio furti non manifeſti niſi in id quod excedit. vt. ff. vi bo. rapt̃. l. j. ⁊. ff. de ac. et obli. l. qui ſeruum. ſed ſatis videtur ꝙ etiam manifeſti furti nomine conueniat̃ ⁊ in quadruplum. vt arg. ff. de fur. l. ſi vendidero. §. cum raptor. et. l. ſi quis ex domo. licet Pla. contradixerit: vt dictum eſt.

Raptor q̃ actiõe ꝯuenit̃.

f ❡ Jn ſimplũ. Ubi ꝯ cõfitentẽ datur. nã tunc in ſimplũ: ⁊ ꝯ negantẽ in duplũ: vt hic. et. j. eo. §. at ille. et. C. ad. l. aquil. l. ꝯ negantem. ⁊. ff. de iniur. l. eum qui.

g ❡ Jam traditã. vt. ȝ. ad. l. aquil. in ꝓnc. Nam ibi diuidit primum caput legis aquilie a tertio capite: ex q̃ tertio fit cõdẽnatio q̃ꝫtum res retro valuit. in. xxx. dies vt. ȝ. eo. titu. §. ex hoc capite. Jtem adiunge actionem quod metus cauſa. nã et ipſa mixta eſt. vt. ff. ꝙ me. cau. l. ſi cum exceptione. §. j.

h ❡ Contra eos. Scilicet heredes vel alios qui legatis vel fideicõmiſſis grauari poſſunt: quoniam honorati ſunt pecuniariter. vt. ȝ. de ſin. re. per fideicom. relic. § prim. et. ff. de lega. j. plane in fi.

i ❡ Uenerabilibus locis. q̃ multa ſunt ⁊ enumerantur. in aut̃. de non alie. §. nos igitur. col. ij.

k ❡ Diſtulerint. ſcꝫ fraudulenter vel ſine iuſta cã. alr̃s non puniũtur. vt. ff. ſi cer. pe. ꝙ te. ⁊. ff. de vſu. l. ſciendum. et. ff. de pe. her. l. illud. Et nota quẽ puniri ex ꝓcraſtinatione vel dilatione illicita. ſic. ff. de eden. l. ꝓtor §. ſꝫ ⁊ ſi ſeruꝰ. i. fi. Et eſt ſpãle i his legatis i alijs legatis vł fideicõmiſſis nõ preſtat̃ duplũ: ſꝫ vſure currũt ex mora vel ſaltẽ poſt ꝯteſtationẽ litis: ⁊ fructus reꝝ reſtituuntur. vt. C. de vſu. et fruc. leg. ſeu fideicom. l. j. Jteꝫ hec legata hñt in alio priuilegium vt ſi indebitum ſoluatur non repetat̃. vt. ȝ. de obli. que ex quaſi ꝯctu. i fi. Quid ſi primo negauit poſtea confiteat̃? Rñ. põt penitere: cum exoneret actorem a ꝓbando. vt. ff. de iureiu. eũ qui. Ar. ꝯ. ff. de edil edi. l. quis ſit fugitiuꝰ. in ꝓn.

Procraſtinatio nocet.

Legata eccliaꝝ ſũt puilegiata.

Item quid ſi confeſſus eſt ⁊ poſtea negat? Rñ. punit cum vltima mora noceat.vt.ff.de peri.⁊ cõmo.rei ven. l.illud. Item quid ſi nõ inficiet:ſed dicat nõ valere: vel aliam ꝑponat rõnabilē cām? Rñ.quidam ꝙ puni tur ne inueniat via ꝑ quā negantes ſuā exerceat aua riciā.vt.ſ.vi bo.rap.§.q: tñ. Alij contra.qđ verꝰ puto

muni diuidũdo qđ redditur inter eos inter quos ali quid eſt cõe ſine ſocietate vt diuidat. Tertiũ exēplũ eſt in act.fi.regundo.que h3 locũ inter eos qui confi nes agros habent. Et in his tribus iudicijs licebit iu dici ex bono ⁊ equo vni rem adiudicare.⁊ illũ cui res eſt adiudicata in certa ſũma pecunie alij condemna re hoc dicit.

vt.j.eo.§.atille. Itē nũquid hoc in legato gñali ⁊ ſpeciali locũ h3? Rñ.ſic ſm Jo.cũ vtrũq3 ſit legatũ vt.ſ.de fideicon. here.§.fi.⁊.C.de fideicõ.l.fi.in pñ. Item quid ſi du plum non poteſt ſoluere? Reſpon. Luit in corpore. vt.ff.de pe.l.i.§. gñaliter.et.C.de ſer.fu.l.quicũq3. ⁊.ff.de in ius vo. l.pe.⁊ fi. Additio (I). hanc cõcluſionem ⁊ precedentē limita niſi interueniſſet iuſtꝰ error quia forte excuſaretur vt per Jo.fa.hic.

Corpe punit vi tioſus q̄ caret ere.

iudicium[a] vocarentur:tunc enim et ipſam rem vel pecu niam que relicta eſt dare cõ pelluntur:⁊ aliud tantum ꝑ pena[b] ⁊ ideo in duplum eiꝰ fit condemnatio.

Actio familie herciſcũde pro diuidēda hereditate:et actio cõmuni diuidũdo pro re ꝑticulari:⁊ actio finiũ re gũdorꝫ ꝑ diuidēdis fũdis:di cũt actiões mixte.ſ.reales ⁊ ꝑſonales vl' ꝓpriꝰ mixtā cau ſam habēt:in quibꝰ iudici li citũ eſt vni ꝑtiũ adiudicare rē ſi equũ ſibi videbit. Are.

Quedā[c] actiões mixtam cauſam obtinere videntur: tā in rem q̃3 in ꝑſonā. Qua lis eſt familie[d] hereciſcunde actio q̄ cõpetit coheredibus de diuidēda hereditate. Itē cõi diuidũdo[e] que inter eos redditur: inter quos aliq̄d commune[f] eſt vt id diuida tur. Itē[g] finium regũdorũ actio qua inter eos agitur q̄ confines[h] agros habent.

Quedā actio nes. Diuidit in tres partes. Primo ponit di ctũ gñale. Scđo illud per exēpla declarat. Tertio ponit que poſſũt eſſe partes iudi cialis in iſtis acti onibus. Secun da ibi.qualis eſt. Tertia ibi in qui bus ⁊c. Aretinꝰ.

diuiſio.

c Quedā a ctiões. hic adijci tur ſm quoſdam tertiũ mēbrũ illi diuiſioni quam habes.ſ.e.§.j.vt ibi diximus.

a In iudicium. Quid ſi in iudiciũ nõ vocant: ſed al's ſunt in mora? Rñ.quidam adhuc idē vt duplet:ſ3 hec lex cõtradicit. Itē in dubijs pene ſunt moliende. vt.ff.de penis.l.interpretatiõe. Sed dicā currere vſu ras:⁊ fructus deberi ex mora.⁊ ipā re.i.ſine interpel latiõe dicā morā cõmitti:ad inſtar minorꝫ quibꝰ lega ta debent.vt.C.in quibꝰ cauſis in inte.reſti.nõ eſt ne. l.in minorꝫ. Itē q̄d ſi reipublice vl' fiſco relinquatur? Videt ꝙ idē ſit qđ hic dr̄ cũ ius diuinũ ⁊ publicum ſi mile ſit.vt.C.de ſacroſan.ec.l.fi.⁊ in aut.de non alie. §.ſi minus.col.ij. Sed dico cõ quia pene ſunt molien de.vt diximus.vt.ff.de penis.l.pe. Itē quid in redem ꝑtiõe captiuorꝫ? Videtur idē quaſi ſic rei venerabili ſit relictũ. Sed certe nõ extēdā.ſ.id qđ dicit in hoc.§. ad hũc caſũ cũ ſit pena. Itē q̄d ſi deo/vel alicui ſctõ/ vel adminiſtratori.q̄ idē valēt.vt in aut.de ec.tit.§.ſi q̄s in noīe.col.ix.⁊.ff.ad.l.fal.l.j.§.ſi q̄s.⁊.§.ad muni cipiũ? Rñ.locũ habet hic.§.q: venerabili loco eſt reli ctum.vt.ff.de an.le.l.annua.§.a ticio. Additio. Nota ex hac glo.ꝙ in penalibꝰ non fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia.qñ pene imponuntur habito reſpectu ad ꝑuilegiũ alicuius ꝑſone:etiā ſi ipſi caſus eſſent a iu re equiparati.vt pulchre per Jaſo.hic qui allegat du as glo.iuris cano.contrarias.vide per eum.

Reſpu blica et fiſcꝰ nõ hñt ꝑui legiũ ec cl'ie in le gat̃ ſibi factis.

b Pro pena. Si hec eſt rõ vt ſit mixta p3 ꝙ cõdi ctio ex.l.illa.ſi q̄s in tantā.ſit mixta.vt.C.vñ vi.ſi q̄s i tantā. Itē ⁊ illa cõdictio que dat ex.l.Cõſtātini.vt.C. finiũ regũ.l.ſi cõſtiterit.⁊ oēs ille actiões vbi ⁊ res ⁊ aliquid pro pena petitur.quod verum eſt.

Condi ctio ex lege ē ſe pe mi xta.

Quedam actiões. Caſus. Dictũ ē.ſ.de q̄buſdā act.que mixte ſũt tā rei q̃3 pene ponit modo de q̄buſ dam mixtis que ſũt tam tā in rē q̃3 in perſonā. Et ſci tote ꝙ poſſet dici ꝙ hic adijcit tertiũ mēbrũ illius di uiſiõis quā habuiſtis.ſ.eo.in pñ.vbi dr̄ ꝙ actionũ q̄ dam ſũt in rem.⁊ quedā in perſonā. Et ibi poſſet addi tertiũ membrũ qđ hic ponit ſc3 ꝙ quedā ſũt mixte.et ibi dictũ eſt.de actio.hac que eſt mixta in rē ⁊ in per ſonam. Ponit hic do. Juſti.michi tria exēpla. Primũ exēplũ eſt in actiõe in factũ que cõpetit coheredibꝰ de diuidēda hereditate. Scđm exemplũ eſt in iudicio cõ

d Familie herciſcũde. actio iſta ideo ſic dicit:q̄a familia pro hereditate ponitur. Et herciſcunde:id eſt diuidende.nam herciſco.cis id eſt diuido diuidis.q. di.actio diuidēde hereditatis. Itē ideo dr̄ mixta: q̄a in qualibet re michi adiudicata partem habeo iure meo.⁊ quo ad hoc eſt in rem. Item partem vice cõſor tis ⁊ vt ab eo quia portio mea erat ſua: ⁊ quo ad hoc eſt perſonalis. Vel ideo dicitur mixta. quia in ea pe tuntur dñia rerũ corꝑaliũ non dari/ſed tradi vel aſſi gnari pro parte ſua:⁊ in hoc dicitur realis. Item pe tuntur fructus ſi alter eos tantũ percepit:vel ipē ſo lus impēſas fecit.⁊ hec petunt dari.i.vt fiant ſui cui dant.⁊ ꝓpter hoc dicit perſonalis.vt.ff.fami.herci.l. item labeo.§.familie.⁊.ſ.de ob.ex quaſi cõtractu.§. item ſi inter.⁊.ſ.eo.§.ſic itaq3. Sed quanto tempore durat? Reſpon.xxx.an.inſpecto potius ꝙ ſit perſona lis.vt.C.de an.exceptio.l.i. Item quero ex quo naſci tur? Reſpon.ſm Mar.ex voluntate agentiũ.vt.ff.fa mi.herciſcun.l.j. Sed certe immo ex quaſi contractu vt.ſ.de obligatio.que ex quaſi contractu.§.item ſi in ter in fine. Accurſius.

Actio fa.herci ſcũde q̄ re eſt mixta.

Actio famil. herciſc. durat an.xxx.

e Cõmuni diuidũdo. Que ſunt hic loco perſona lium preſtationũ:⁊ que loco realium:dic eodem mo do vt proxime diximus in actione familie herciſcun de.⁊ idem in proximo caſu.⁊ facit ad hunc.§.ff.com muni di.per hoc iudicium.§.ſicut.

f Aliquid cõmune. Sc3 ſine ſocietate vel cum ſo cietate.vt.ff.pro ſocio.l.quibus.⁊.l.ſi actũ.et.ſ.de ob li.ex quaſi contractu.§.item ſi inter.

g Item finium regundorꝫ.ſc3 eſt mixta.vt hic.et ff.fi.regun.l.ſed et loci.§.in iudicio.

h Confines. Quid ſi domos habent cõuicinas? Reſpon.non habet locũ ſi hincinde ſint domus.vt.ff. fi.regũ.l.iiij.in fi. Si aũt ex altera parte tātũ ſit do mus/ex altera fundus.tunc locũ habet vtile iudiciũ finiũ regundorũ.vt.ff.fi.regun.l.ij.in prin. Et adiun ge his tribus actiõibus mixtis quandā aliam.ſcilicet hereditatis petitionē.vt.C.de pe.here.l.hereditatis et.ff.de pe.heredi.l.ſi bonefidei.§.fi. Itē quid de om nibus noxalibus actionibus? videtur enim ꝙ ſint in rem:quia contra quēlibet poſſidentē ſeruum dantur

Dic ⁊ l.ij.i pñ. e.tit.⁊ ē rõ: q: in agris fa cilit tur bant cõ finia:nõ ſic in vr banis: iõ id ru ſticis in ſpē fuit ꝓuiſum

vt.j.de noxali.actio.§.omnis autem. Itē quid de actione de tigno iniuncto.nam ⁊ hec datur contra quemlibet poſſidentem.vt.ff.de tig.iniūc.l.j.in fi. Item quid de actione quod me.cauſa.nam et hec quelibet poſſidentem perquirit.vt.ff.ꝙ me.cauſa.l.ſi cum exceptione.§.pedius. Item quid de actione in factuꝫ que datur contra eū qui aliquid hꝫ in loco publico poſitū.vt.ff. ne quid i loco publico.l.ij.§.ātepe. Itē quid de actione in factū ſiue interdicto qđ vi aut clam:nam ⁊ hec ꝯ͂ poſſidentem datur.vt.ff.ꝙ vi aut clā.l.cōpetit.in fi. Iteꝫ quid de actiōe ad exhibendū.nā ⁊ illa poſſidētem perſequitur ſicut ⁊ cetere ſupiores.vñ videntur oēs in reꝫ vt.ff.de ac.⁊ ob.l.obligationū gña. Quidā dicūt eas anormalas.i.nec i rem nec in pſonā.

¶ In quib⁹ tribus[a] iudicis permittitur[b] iudici rē alicui ex litigatorib⁹ ex bono et equo adiudicare[c]:⁊ ſi vn⁹ pars pregrauari videbitur. eum inuicem certa pecunia alteri condennare.

¶ Quarta diuiſio actionū. Nulla actio extēditur extra quadruplū:⁊ in ſimplū agitur regularit ex omni ꝯtractu. In duplū vero ex furto nō manifeſto.⁊ ex lege aq̄lia ⁊ ex ſeruo corrupto.ex depoſito in quatuor caſibus. et ex legato facto venerabili loco. In triplū vero quotiens agitur in plus debito vt aduerſari⁹ maiorib⁹ ſportulis ab executore pgrauetur. In q̄druplū ꝓ furti manifeſti et ꝙ met⁹ cā.hoc dicit.

Sed dic omnes eſſe perſonales:vt patet in actione ad exhibendum:vt.ff.ad exhi.l.iij.§.eſt autem perſonalis hec actio. Additio. Dicunt docto.ꝙ omnes actiones de quibus in glo.ſunt perſonales in reꝫ ſcripte:vt in.d.l.iij.§.eſt aūt pſonalis.vbi glo.i.que eſt magiſtralis.

a ¶ Tribus.l.fa.her.cōi diui.fini.regun.

b ¶ Permittitur.a lege. Accurſius.

c ¶ Adiudicare. Et qđ adiudicatur ſtatim fit eius cui adiudicatur.vt.j.de offi.iudi.§.fi.

¶ Omnes autē actiones. Calus. ¶ Poſt alias diuiſiones ſuperius poſitas ponit vnam aliam diuiſioneꝫ dñs Iuſti.que talis eſt.quia omnes actiones ſiue ſint in rem ſiue in perſonam ſunt in ſimplū aut in dupluꝫ: aut in triplum:aut in quadruplum.vltra autem quadruplum nulla actio penalis debet extendi. Et ſciendum eſt ꝙ ſi diuiſio poſita.ſ.in illo.§.ſequens diuiſio. eſſet quarta ſm quod male inuenitur ſcriptum in omnibus libris communiter:tunc eſſet hec quinta diuiſio prout fere in omnibus libris reperies:ſed ſicut.ſ.dixi in illo.§.ſequens.illa diuiſio ponitur tertia diuiſio et hec eſt quarta:vt in fi.glo.ſignate ſuper illo verbo actionis. Addere etiam potes ꝙ quidam dicunt quod multum refert an aliquis ſtipuletur penam per verba reſpectiua ſignificantia vel deſignantia qualitatem.⁊ hmōi verba ſunt duplum vel triplū vel per verba ſimplicia:puta ꝓmittis michi.c.nomine pene vel ducēta vel mille. In pmo enim caſu non poteſt eſſe etiam vltra quadruplum. In ſecūdo caſu bene poteſt eſſe etiā vltra q̄druplū. ¶ In ſimplū ⁊c. Dictū ē.ſ.ꝙ oēs actōnes aut ſunt aut in ſimplū aut in duplū aut in triplū aut in quadruplū:mō videamus q̄ ſūt iſte actiōes quibus agitur in ſimplū tm̄:⁊ enumerat eas in lra.⁊.h.d.

diuiſio. ¶ Omnes autē. ¶ Hic ponitur quarta diuiſio actionum vt dicitur in glo. Quia quedam dantur ad ſimplum:quedam ad duplum/⁊ triplum/⁊ quadruplum. Et diuiditur in tres partes. Pmo ponit dictum generale. Secundo illud per multa exempla in quolibet membro declarat. Tertio ponit aliquas differentias inter iſta exempla. Secunda ibi. in ſimplum agitur. Tertia ibi.ſed furti quidem. Aretinus.

d ¶ Omnes autem. Hec eſt quarta diuiſio que fit in hoc titulo.

e ¶ Ulterius.ſcilicet vltra quadruplum. Sed cōtra in lege aquilia vbi occaſione vilis ſerui interfecti agitur ad vnam hereditateꝫ perditā que valet cētum marcas.vt.ſ.ad.l.aq̄liam.§.illud. Iteꝫ cōtra de eo qui vileꝫ clauū de naue abſtulit quare tota nauis pijt.nam ad totum dānum tenetur: quod etiaꝫ in quadruplum ⁊ vltra excedit.vt.ff de incen.rui.nau.l.iij.§.ſenat⁹. Itē aliud contra.in actione ex empto vbi occaſione pecoris morboſi totus mex grex contaminatus ē. Uel occaſione tigni vicioſi tota domus corruit.vt.ff.de ac.empt.l.iulianus in principio. Sed certe his tribus contrarijs non agitur ad aliquid qđ ſit pena inſpecta perſona agentis:ſed totum eſt ſuum intereſſe.nam hunc.§.intelligo quando penalis eſt actio ex vtraq; parte. Item contra in eo qui manumiſit ſeruum alienum in preſentia principis.nā duo mancipia domino ⁊ tria ſimilia dat fiſco:⁊ ita in quintuplū damnatur.vt.C.de his qui a non domiñ.ma.l.finali. Item contra in eo quod dicit lex.ſi dedi tibi pecuniaꝫ ne michi calumniam faceres ⁊ ab alio accepiſti vt calumniam faceres michi:in octuplum michi teneris.vt ff.de calum.l.et generaliter.§.finali. Sed certe pmo caſu preſtatur pena diuerſis non vni.nec eſt ibi aliqua preſtatio vltra quadruplum. In ſecundo caſu nō vna actione habeo octuplum ſed duabus. Item contra in eo quod dicitur ſi dediſti pecuniam ne michi fieret calumnia.nam tu repetis quod dediſti ⁊ ego in quadruplum proſequor.vt.ff.de calum.ſi quis ab alio.in pnci. Sed certe duobus fit preſtatio.⁊ neutri vltra quadruplum. Item contra in eo quod dicit lex ſeruum in ſeruitutem reuocari occaſione leuis offenſe: et ita pena in immenſum excedit.vt.C.de libe.et eorum li.ſi manumiſſus. Sed dic ꝙ illa eſt accuſatio non actio. Uel dic ꝙ non preſtatur pena habito reſpectu ad rem. Item contra in eo qui ſurripuit ſeruū fiſcalem.nam damnatur.in.xij.li.argenti:et ſeruo reſtituendo.C.de ſer.fugi.l.ſi quis ſeruum. Sed ibi non fit relatio ad ipſam rē vel ad ſimplum. Eſt enim hic.§.intelligend⁹ quando actio eſt penalis:⁊ in pena ad ipſam rem habet reſpectus. Item ꝯtra.ſ.de muti.ſti.§.alteri. Nam ibi nō inſpicitur quanta ſit pena:ſed tota exigitur.ſed ibi non habetur reſpectus ad ipſam rem. Uel dic aliud in pena ꝯuētionali:vt ibi:q; in legali.vt hic. Iteꝫ ꝯ͂ in eo qđ dr eum q̄ emit adminiſtrationē. Nā qui accepit pecuniā ab electo quadruplū reddet:⁊ ſua bona ꝯfiſcantur.⁊ cingulo priuatur.vt in aut.vt iudi.ſine quoquo ſuf.§.ſic igitur.in fi.col.ij. Sed illud fit p accuſationem nō per actionem. Et bene dicit glo.diuerſis.nam ſecus eſſet Libertas tollitur p leuē offenſam.

ſi vni.ff.de ac.⁊ obli.cum ex vno. Poſſunt enim plures actiones ex eodē crimine acquiri diuerſis.ſ.de in.ſiu §.patitur.nec vna remiſſa altera tollitur. vt.ff. de iniur.l.j.§.fi.facit pro predictis.ff.de act.⁊ obli.l.quotiēs.

¶ In duplū Caſus. ¶ Dictum eſt iam que ſūt actiones que dant ad duplum, Et de hoc ponit Iuſti.quinq; exempla. Primū eſt actio furti non manifeſti. Scōm actio.l.aquil.Tertium actio depoſiti in quattuor caſibus.ſcʒ incendio. ruina. naufragio. ⁊ tumultu. Quartum eſt actio ſerui corrupti q̄ competit contra eum: cuius hortatu ſeruus alien⁹ quolibet modo deterior fact⁹ ſit. Quintū eſt actio ex teſtamēto que dat alicui venerabili loco ꝓ legato relicto:quod quidem legatū heres diſtulit ſoluere donec in iudiciū vocaret. et hoc dicit. Et nota ꝙ magna eſt dña inter iſta quinq; exempla:q̄ꝗ̄ hic ꝯiungunt tanq̄ eſſent actiones ſimiles. Due eñ actiones furti non manifeſti ⁊ ſerui corrupti a principio ſūt penales. Alie due.ſ.actio.l.aql.⁊ depoſiti in quattuor caſibus non niſi per inficiationē. Tertium aūt hʒ ſingularem fultum:q: penalis eſt per inficiationem:⁊ per nimiā ꝓcraſtinationē.⁊ ad iſtam differentiā manifeſtandā:habetis.ſ.eo.Sed furti.

quam competit.vt ar.ff.de cuſt.reoꝝ.l.ſi quis reum. Additio (f) Scilicet tūc illatum ⁊ eſtimatum:ſecus in eo quod poſtea ſequitur:quod facit vt ille qui deflorauit virginem.vt perſuaſit alicui vt ſemel vnum malum faceret vt non teneatur de fornicationibus cum aliis viris:vel ceteris malis poſtea commiſſis vt p Iohan. fab.et Ange.hic.

¶ In duplū agimus veluti furti nec [a] manifeſti:damni iniurie ex lege aquilia [b] depoſiti ex quibuſdā [c] cauſis. Item ſerui corrupti: que cōpetit in eum cuius hortatu conſilio ve ſeruus alien⁹ fugerit:aut contumax aduerſus dñm factus eſt:aut luxurioſe viuē ceperit:aut denique q̄libʒ mō deterior fact⁹ ſit [d]. In qua actione earum etiā rerū quas fugiendo ſeruus abſtulerit eſtimatio deducitur [e]. Itē ex legato qđ venerabilibus locis relictū eſt ſecundū ea que ſupra diximus [f].

¶ Actor petēs ꝑ dolum in libello maiorē q̄titatem q̄ debeat vt reū maiorib⁹ grauet expēſis/tenet in triplo eius dāni qđ reus paſſus ē in quo triplo cōtinetur ſimplum pro dāno. Aretin us.

¶ Tripli [g] vo agim⁹ cū q̄dā maiorem vere eſtimationis q̄titatem in libello [h] cōuētioni inſerunt:vt ex hac cauſa viatores.i.executores litium ampliorem ſummam:

f ¶ Dixim⁹.ſ.eo.§.item mixta.

¶ Tripli vero. Caſ⁹. ¶ Dixi vobis exēpla illarū actionū q̄bus agitur in ſimplū:⁊ illarū q̄bus agit in duplū. Modo ponam vobis exemplum de quadam actione q̄ vocatur ꝯditio ex.l.noua. et iſta datur in triplum. Scire autē debetis ꝙ olim erat conſuetudo ꝙ viatores ⁊ nuncij iudicū qui citationes faciebant exigebant nomine ſportulaꝝ magis aut minus a reis in iudicium conueniendis:ſm ꝙ maior vel minor quantitas erat petita. Quidā ergo adhuc vt me reū grauaret in ſportulis preſtandis executori maiorē quantitatē in libello ſuo inſeruit dr in.l.ꝙ quicq̇d dāni reus paſſus eſt per maliciā actoris in iſto caſu triplū conſequetur ab actore. Sed dñe qua actione? Frater:conditione ex quadam.l.noua que in nr̄o.C.refulget. Et ſciatis q:.l. illam nouā inueni hic:et forte fuit in.C.veteri quē non habemus:⁊ ꝯſtitutio iſta ſiue.l.noua a.l.ꝯdictitia emanauit. Erat eñ.l.ꝯdicticia olim ſub qua erāt multe cōſtitutiones. Sportule aūt dicunt ſalaria q̄ dant nūcijs iudicis.⁊ ſic vocat illud qđ datur ꝓ eo in quo dat ſporta. Sporta eñ vel ſporte vel ſportula eſt quoddam genus vaſis. De iſtis ſportulis habetis ſpecialem rubricam in principio tertij.C.de ſportulis.

a ¶ Furti nec manifeſti.vt.ſ.de obligat.que ex delicto naſcuntur.§.pena.

b ¶ Ex lege aq̄lia.puta ꝑ iſiciationē.vt.j.e.§.at ille.

c ¶ Ex quibuſdam cauſis.veluti qđ tumultus:incendij:ruine:naufragij cauſa depoſitum eſt.vt.ſ.e.§.rei perſequende.

d ¶ Deterior factus ſit.ſ.in mēte.nā ſi in corpore locū hʒ lex aquilia.vt.ſ.ad.l.aqui.in pn.et hoc ſiue fiat de bono malus:ſiue de malo deterior.vt.ff.de ſer.cor.l.j.§.perſuadere.vſq; in fi.et.l.ſeq. Additio Nota differentiam inter iſtam actionem ſerui corrupti ⁊ actionē legis aquilie ꝓ ſeruo:q: hoc cōpetit quotiens in moribus ſeruus eſt deteriorat⁹.ſed lex aquilia hʒ locum q̄n mores nō mutantur:ſed corpus leditur. vt ibi. Ange.

e ¶ Eſtimatio deducit.vt omne cū ipſa re dānū (f) dupletur:ſiue peruenerit res quā ſecum ſeruus portauerat ad ipſum ſollicitatorem:ſiue ad alium.vt.ff.de ſeruo cor.l.in hoc iudicio. Sed nunquid iure actionis fit hec eſtimatio:vel iudicis officio? Reſpon.fit iudicis officio.ſm hir.ita fit in actione ꝙ metus cauſa.ff.ꝙ me.cauſa.ſi cum exceptione.§.j.et.§.quadruplatur. Sed pro filio corrupto vel pro filia qualiter agitur? Reſpō.habet vtilem hanc actionem.vt.ff.de ſer.cor.l.in tantū.§.j.vnde dicunt ꝙ veniet intereſſe patris conſiſtēs in operis filij:q: non vult operari.et cum ſit corruptus aliud q̄ opa nō poteſt eſtimari:q: liberū corpus nō recipit eſtimationē.vt.ff.de his q̄ deie.vel effu.l.fi.habet enim iſtā vtilem acſi eſſet in bonis:⁊ erit in eā.ſcʒ ſummam quā ipſe eſtimauerit ſuo iureiurādo:vt de actiōe iniuriaꝝ dr.vt.ſ.de iniur.§.pena.et.ff.de iniur.l.conſtitutionibus. Uel dic ꝙ p̄mo eſtimat iudex ſummā ad

g ¶ Tripli. Cum quidam.ſcilicet actores.

h ¶ In libello. hic no.duo. Primo ꝙ libellus eſt faciendus in cauſa:quod eſt verū iure nouo vt hic.et.C.de epiſ.et cleri.aut.generaliter.⁊.C.de lit.conteſt.aut.offeratur.niſi in quattuor caſibus.quos no.in autent.de manda.princ.§.ſi tibi.colla.iij. Aliud eſt iure veteri.nam tunc non fiebat niſi ex volūtate.vt.ff.de eden.l.j.niſi in caſu.vt.C.de dig.quotiens. Item ſecundo no.ꝙ quantitas certa eſt in libello comprehendēda vel res:⁊ ita etiam in perſonali actione debet actor certificare reum:vt hic.⁊ in aut.de litig.§.ad excludendas.colla.viij.et.ff.de rei vendi.ſi in rem.§.⁊ ſi veſtimenta. Tertio nota ꝙ ſportule vel ſalaria que dabantur executoribus.i.nuncijs qui faciunt homines repreſentari:⁊ alis qui faciunt huiuſmodi citatiōes ꝓ ſuis officijs dabantur ſm quantitatem petitam.vt hic dicit. Sed hodie magis ſm conſuetudinē vel longitudinem itineris.vt C.de epiſ.⁊ cleri.autē.ſed hodie. Uel dicas quod hic dicitur ex hac cauſa eſſe cauſatiue non conſecutiue dictū ſed iſte ſportule que iudicibus dabātur certe ſunt nec creſcunt:licet quantitas petita ſit magna:nec decreſcunt licet ſit parua.vt in aut.de iudi.§.ne autem.coll.vj. Item no.ꝙ reus ſoluebat huiuſmodi ſportulas:vt hic.et.C.de epiſco.⁊ cleri.aut.generaliter.ſed actor ei

Libell⁹ eſt in cā faciēd⁹ et certū ꝯtinere debet.

Sportule ſiue ſalaria q̄b⁹ dātur ⁊ a quib⁹

reſtituebat:niſi iuſta cauſa eum vocaſſet.vt.ff.de iudi.

Sportule q̄ buſdã remit= tuntur

eū quem temere. Jtē no.adhuc ꝙ hmõi ſportule quibuſdã prorſus remittuntur vt pauperib⁹. vt in auẽ.de man.prin.§.oportet.colla.iij.a quibuſdã pauciores exigebant:vt a clericis.vt.C.de epiſ.et cleri.cum clericis et auẽ.ibi poſita:ſed hodie. Aliꝫ autẽ per priuilegium principis vinctis: remittuntur i totum vel pro parte vt.C.de fruc.et li. expen.l.fi. Sed q̄ro ſi he perſone q̄ hñt priuilegiū.ſcꝫ de non ſoluendo ſportulas:ſportulas ſoluant an habeant actionē in triplum: Dicunt quidam ꝙ ſic:ne fauor noceat eis. vt.C.de le.z cõſti. quod fauore. Alij dicunt ꝙ nõ quaſi ſuo iuri et priuilegio ſtulte renunciauerint/cum volentes ſoluerunt.quod poſſunt.vt.C. de pac.l.ſi quis in conſcribendo.quod verius eſt. Si autem inuiti exacti ſunt/in quadruplū contra exactorem vel executorem agitur.vt.j.eo.§.quadrupli. Sed cum hodie caueat de duplo reſtituẽdo.vt in auẽ.de execu.§.j.col.vij.videẽ corrigi qḋ hic dr̄. Vñ hodie nulla eſt actio in triplū:qḋ ver̄ puto. Sed alij dicũt:ſi cautio eſt omiſſa/hꝫ locum qḋ hic dr̄:alś hꝫ locū auẽ.predicta. Rodulio. hec cõiter reprehenditur:q: ille.§.j.in auẽ.de executo.et auẽ.libellū.C.de plus peti.loquuntur in diuerſis titu.a tex.noſtro.vide hic per dñm Ja.

Actio: nulla hodie daẽ in triplū.

ſportularꝫ noĩe exigerẽtũc eū id qḋ ꝑpter eoꝝ cãz dãnū paſſ⁹ fuerit:re⁹ b ĩ triplū ab actore cõſequeẽ c :vt i hoc triplo etiã ſimplū in quo dãnū paſſ⁹ ē cõnumereẽ. Qḋ noſtra cõſtitutio introduxit que ĩ nr̄o codice d fulget quã ꝓculdubio certū eſt ex lege condicticia e emanare.

¶ Jſte.§.ſummat⁹ eſt cū.§. oē aũt. Et tñ in ſpecie.d.h. Quattuor actiões hic poſi

Sportula.

a ¶ Sportularum. Jdeo ſic dicunẽ:quia in ſportulis quibuſdam oblationes huiuſmodi ponebant. Eſt autem genus vaſis ſportula vel ſporta.

b ¶ Reus.alie ſportule q̄ iudicibus preſtabanẽ ab vtroq; preſtabanẽ.vt in auẽ.vt iudi.ſine quoq; ſuffra.§. volum⁹.coll.ij. Jtē iſte ſportule q̄ dabanẽ executorib⁹ dabanẽ ante lit.ꝯteſt.i.porrecto libello.iſte alie in conteſtatione cauſe dabanẽ iudicib⁹.vt in auẽ.de iudi.§.ne autem labor.col.vj. ſancimus.colla.v.z de iudi.§.ne autem labor.col.vj.

c ¶ Cõſequetur. Condictione ex hac lege greca:vt ſubſicit q̄ erat in alio codice:nõ autē eſt in eo quem habemus. Et patiẽ actor hãc penã tripli ſiue ſine dolo ſiue cū dolo inſeruit:z ſic cauſatiue vel ꝯſecutiue dicīẽ. Sed nõne etiã cãz amittit.vt.C.de plus peti.l.j: Sed certe ibi plus deliq̄t:q: in certamie negoc ij cautionē de petit̄ exegit:vñ grauı⁹ puniẽ:vt ar.ff.de offi.pſi.diu⁹.

hec gloſa dicit ꝫriū ei⁹ qḋ. ſ.dixeratz iõ reprobatur.

d ¶ Codice.quem non habemus.

e ¶ Ex lege condicticia. Lex q̄dam erat ꝯdicticia vocabatur:et ſub ſe quaſdam conſtitutiones habebat vt hic.et.j.eo.§.item ex lege condicticia. Accurſius.

¶ Quadrupli. Caſus. ¶ Dixi vobis duo exempla illarum actionū quibus agiẽ ad ſimplū z illaꝝ quibus agitur ad duplum.et earum quibus agiẽ ad triplum. Modo videndum eſt de actionibus que danẽ ad quadruplum:z certe ad quadruplum agit per actionem furti manifeſti.z ꝑ actionem qḋ metus cã z per actionem in factū que deſcendit ex edicto de calũniatorib⁹. que locum hꝫ qñ aliquid datur alicui.vt aliū calũnioſe vexet.daẽ eī tunc actio in factum que eſt in quadruplum ei:ad cuius malum id datum fuerit. Quartum exemplum eſt in condicticia act.ex.l.vnde dicit Juſti. que ex noſtra ꝯſtõne oriẽ q̄ imponit penã quadrupli illis executoribus litiū qui plus exigũt q̄ fuerit ſtatutū contra conſtitutionis noſtre normã. ¶ Sed furti quidem manifeſti zc. Jſti duo ꝑmi.§.ſunt hic poſiti ad vberiorem doctrinam quam ſuperius in iſto ti.in.§.in duplum.poſuit quinq; actiones inſimul z ꝑ ſimilibus cum tñ in multis ſint diſſimiles. et ꝑptera ne ꝑpẽ hoc crederet aliquis actiões illas ſimiles eſſe omnimodo:ad errorem illum remouẽdū ponit hic iſtos duos.§. Jn pmo ergo.§.dat differentiam iter illas q̄n q; actiones ꝑ duplo quas ponit.ſ.eo.§.in duplum. videlicet inter actionem furti non manifeſti z actionem.l.aquil. et actionem depoſiti in quattuor caſibus.et actionē ſerui corrupti.z actionem ex teſtõ que datur ꝑ legato relicto alicui loco venerabili. Et dicit ꝙ iſtaꝝ quinq; actionum due ſunt que omnimodo ſunt penales a ꝑncipio. ſed demū inficiatione ſecuta videlicꝫ actio depoſiti in quattuor caſibus.z act.l.aq̄l. Quinta autem actio ſingularē hꝫ fultum. Eſt eī penalis per inficiationem et per nimiã procraſtinationē.h.d.primus.§. Et quod dicit in littera oĩodo ſunt penales:non intelligas ꝙ ꝑ ſe ſint in pena.ſed ſimiliter omnimodo.id eſt a principio ambe ſunt penales:licet nõ ſecuta fuerit inficiatio. ¶ Jtem actio. Tu iam vidiſti qualiter ſe purgauit a primo vitio.modo in iſto.§.purgat ſe a ſecundo vitio ponēs differentiã inter quattuor actiones in quadruplum quas poſuit quaſi ſimiles.ſ.eo.§.quadrupli.d.ꝙ actio qḋ metus cã eſt in quadruplum verū eſt non a principio:ſed ita demum:ſi iſte fuerit contumax et noluerit rem reſtituere obediendo prime ſententie tunc enim debet ſequi ſententia ſecũda que eſt in quadruplum. Alie autem omnes ab initio ſunt in quadruplum.et hoc dicit.

te dantur ad quadruplum. Angelus.

¶ Quadrupli autē agitur: veluti furti f manifeſti. Jtem de eo quod metus g cauſa factum ſit. Deq; ea h pecunia q̄ in hoc data ſit vt is cui daẽ calũnie cã negotium i alicui faceret vel nõ faceret. Jtem ex lege cõdicticia k nr̄a ꝯſtitutio l oritur ĩ quadruplū m cõdẽnationē imponēs his executorib⁹ litiū qui contra

f ¶ Quadrupli. Furti.facit.ſ.de obli.que ex delic. naſcun.§.pena. Accurſius de florentia.

g ¶ Qḋ metus. Scꝫ actio.q̄ ex cõtumacia fit in quadruplū.vt.j.eo.§.item actio.z vſq; ad annum tm̄:poſt annū in ſimplū.vt.ff.qḋ me.cau.l.i.cum exceptione.§.ſ.

h ¶ Deq; ea pecunia.ſ.actio in factū de calũniatoribus:annalis in quadruplū:et ꝑpetua in ſimplū.vt ff.de calū.l.j.in pñ.et.§.ſ.locum habet ſi do alicui aliquid vt calũnioſe aliquē vexet.datur eī actio in factū ei ob cui⁹ malū data fuit:non autē danti. Jtem danti q̄n dedit vt ſibi negociū per calũniam nõ fieret.vt hic et.ff.de calum.l.j.et.l.et gñaliter.§.fi.

Actio ĩ factū de calũniatoribus.

i ¶ Negocium.ſcilicet malum.

k ¶ Lege condicticia.de qua dic vt.ſ.eodem.§.tripli.in fine.§.diximus.

Differt a ſupiori.§.tripli.q: illai actorē: hec ĩ executorem.

l ¶ Conſtitutio quam non habemus.

m ¶ Jn quadruplū.cuius quadrupli iure nouo triplum fiſco:ſimplū dãnum paſſo datur.vt in auẽ.vt liti.iur.in exor.lit.§.hic quoq;.colla.ix.et petiẽ ꝑ condictionem ex hac lege:quã nõ habemus.cū nõ ſit cautū quo genere actionis agamus.vt.ff.de condi.ex le.l.j.

a ¶ Conſtitutionis.p̄dicte:quã non habemus.
b ¶ Normam.i.formam.Certa enim erat forma in conſtitutione:quam non habemus.
c ¶ A reis.id eſt conuentis.
d ¶ Sed furti. Omnimodo (i) De actiõe furti ↄſtat ꝙ ſemper eſt in duplũ:vt hic.ꝛ.ꝫ.de obli.q̄ ex deli.naſcū.§.pena autē.

noſtre ↄſtitutionis[a] normã[b] a reis[c] quicꝙ exegerint.

¶ Differũt iter ſe actiões q̄ dant ad duplum. Angelus.

¶ Sed furti q̄dē nec manifeſti actio:ꝛ ſerui corrupti a ceterꝭ de q̄b⁹ ſimul locuti ſum⁹ eo differũt ꝙ he actiões oĩmodo[d] dupli ſũt. At ille.i. dãni iĩurie ex lege aq̄lia: et interdũ depoſiti[e] inficiatiõe duplicant[f]:in cõfitentē aũt in ſimplũ dant. Sꝫ illa[g] q̄ de his ↄpetit q̄ relicta venerabilib⁹ locis ſũt nõ ſolũ ĩficiatiõe[h] duplicat:ſed etiã ſi diſtulerit relicti ſolutionem vſ

Itē de actiõe ſerui corrupti: niſi i caſu vt qñ marito vxorem datur et econtra:vt hic.et ff.de ſer.cor.l.doli verbum.§.hec actio.ꝛ.l.fiñ. Uel dic omnimodo.i. ſiue neget ſiue non. non autē in omni perſona.

Additio (i) Quid importat iſta dictio omnimodo habetur in.l.ſi cũ exceptis.§.quatenus.ꝛ ibi.Bar. ff.quod met⁹ cauſa.ꝛ in.l.grece.§. illud. Ac etiã importat perpetuitatem actus vt nota.glo.i.ꝛ ibi. Pe.de ancha.in cle.i. de vi.et ho.cle. Ange.

e ¶ Depoſiti.alias eſt in littera de dolo depoſiti:ꝛ tunc dic actionem depoſiti ꝓpter dolum nam vtraꝙ non poteſt habere locum ſimul.ſ.de dolo actio et depoſiti.vt.ff.de dolo.l.j.§.i.alias non eſt de dolo: ꝛ tũc plana eſt littera.
f ¶ Duplicantur.ſcꝫ.ſi legitimis probationibus nõ iureiurãdo cõuincant.vt.C.ad.l.aq̄.l.contra.et.ff. de iureiur.l.cum qui. Additio Et ſic probatio per iuramentũ nõ cenſetur legitima. Adde aliã glo.in.l.cũ de indebito.in pñ.in ꝟbo.legitimis.ff.de ꝓba.Iaſon.
g ¶ Sed illa.ſcꝫ actio ex teſtamēto.Et cõſtrue.ſed illa actio ſcꝫ ex teſtamento:que.ſ.actio cõpetit de his que ſunt relic.vene.lo.duplicatur:non ſolum ꝛc.
h ¶ Inficiatione. Bene dicit inficiatiõe:quia ſi ↄfitentur non tenentur:vel ſi iuſiurandũ detulerit actori:q꞉ exonerat eum a probatione.ff.de iureiu.eũ qui.
i ¶ Item actio. Simul. Caute ponit illõ ſimul.id ē vna cum eis de q̄bus al's dixit.vt.ſ̄.eo.§.quadrupli.
k ¶ Reſtituat.vſꝙ ad diffinitiuã ſententiam quod intellige de ſcða ſententia. Nam in actione quod metus cauſa due ferũtur ſententie. Prima de reſtituēda re. Alia de dando quadruplo re cõputanda in eo. vt ff.quod metus cau.ſi cum exceptiõe.§.hec aũt. ✝ Sꝫ nunquid vtraꝙ eſt diffinitiua? Dic ꝙ ſic:quia vtraꝙ diffinit controuerſiam.vt.ff.de re iudi.l.j. Aliȷ eſſe dicunt admonitionem quandam primam ſententiam vt in auten.de here.ꝛ fal.§.ſi quis autem non.col.i.ꝛ ex eo ꝙ per primam ſententiam admonetur ꝛ tandiu expectatur qui metum intulit. et ideo dicitur hec actio arbitraria.vt.j.e.§.preterea.
l ¶ Abſoluatur.ſ.a preſtatione quadrupli.
m ¶ In ceteris caſibus. qui numerantur.ſ̄.eo.§. quadrupli. Accurſius.

Snla dupler fert in actiõe qð met⁹ cã. ✝ Sed Bar.ibi quē cõit doct.ſequunt tꝫ ꝙ nõ ē neceſſe. ꝙ ferat niſi vna.

¶ Actionum autē quedã ſunt bo.fi. Caſus. ¶ Multas diuiſiones actionum habuiſtis.ſ̄.et poſt illas de quibus dictum eſt.ſ̄.ponitur hic quedam alia diuiſio

Et hoc eſt qð dicit dñs Ia.diuiſio eſt h̄ per ſe nõ pendens ex p̄cedentibus ꝛ tractat iſte.§. vt dicit Ioh.de iuſticia poſitiua vbi nõ reddit alia ratio niſi q꞉ ita placuit iuris cõditoribus. Eſt quippe diuiſio quã hic ponit talis. Actionũ quedã ſunt bo.fi.quedã ſtricti iurꝭ. ꝛ enumerat hic.xvij.actiões bo.fi. Prima eſt actio ex

queq̈ iuſſu magiſtratuũ nr̄orũ ↄueniat. In cõfitentē ꝟo añꝙ iuſſu mgr̄atuũ ↄueniatur ſoluētez ſimpli reddit.

¶ Differũt int ſe actiões q̄ dant ad quadruplũ. Auge.

¶ Item actio de eo qð metus cauſa factũ ſit:a ceteris de quibus ſimul[i] locuti ſumus eo differt ꝙ eius natura tacite cõtinet:vt quis iudicijs iuſſu ipſam rem actori reſtituat[k] abſoluat[l] qð in ceteri[m]s caſib⁹ nõ eſt ita:ſed oĩmodo quiſꝙ ĩ quadruplũ condēnatur. quod eſt et in furti manifeſti actione.

empto.ſcða ex vēdito.ꝛ ſic ð aliȷs. Eſt ꝛ hereditatꝭ petit. de qua ſemper ante tempora iuſti.magna fuit dubitatio. vtrũ eēt bone fidei vł ſtricti iuris. Nã tñ conſtitutio dicit quã habes.C. de peti.here.l. vlti.diſpoſuit eam eſſe bone fide.de xvij. actionibus tractat in ſeq̄nti. §. Notare debes in p̄ncipio ꝙ duplex eſt bona fides. vna que eſt cõtraria dolo et fraudi.hoc modo oēs ↄtractus bone fidei ſunt.in omnibus enim debet abeſſe dolus et fraus. Eſt ꝛ alia bona fides que anthonomaſice vocatur bona fides ꝓpter exuberantē fidē que ē in ea. Ab iſta bona fide dicunt ↄctus in iſto.§.enũerati bo.fi. Sed q̄ñe ē exuberãtia fidei que eſt in iſta ſiue i iſtꝭ actionib⁹? Rñ. Frater ex hoc ꝙ in eis multa eueniũt ex bono.ꝛ equo de quibus nõ fuit actũ inter partes. In contractibus aũt ſtricti iuris ſolum veniũt ea de quibus actũ eſt inter partes.vt venirent.de ac.depo. qm̃ ipſa ſit bo.fi. Nemini venit in dubiũ quãtũ ad aliquid. De ip̄a tñ dixerũt quidã antiqui ꝙ ſimpl'r ē bo.fi. In quattuor tñ caſibus:puta tumultus. incendȷ: ruine.naufragȷ. Dñs aũt Ia.dicit ꝙ act.depo.bo.fi. eſt. Et indiſtincte circa.§.iſtũ ſolebãt querere antiqui de illis actionibus in iſto.§.noiatis que ſũt tã directe ꝙ̄ contrarie. Utrũ cõtrarie ſint bo.fi.ſicut et directe. Dicunt doctores ꝙ ſic.q꞉ fauor eſt ampliandus. Ia. ſoluit iſtam queſtionē.cõtrarie ſũt bone fidei ſicut et directe.ꝛ dicebat ꝙ hic eſt caſus.l.quam habes.ff.de vſur.l.in contraria. De ac.fi.reg.q̄ritur vtrum ſit bo.fi. Quidã dixerunt ꝙ ſic ſicut act.fami.her.ꝛ cõi diui. ꝓpter cõuenientiã quã habent cũ eis. iſta enim tria iudicia ſunt pariter duplicia.ff.de iudi.l.in tribus. et per obligationē omiſit iuſt. hic eã noiare. vñ p̄ſumo ꝙ hic dormitaſſet bonus homerus. ꝛ propterea non audeo dicere ꝙ ſit bo.fi.ſed iudico eã ſtricti iuris.cũ eam non reperiã numeratã inter alias in iſto.§. et in hoc reſident doctores ꝛ reddũt rõnem que poti⁹ nititur cõtra ꝙ̄ pro. Et eſt ratio:q꞉ in ac.fi.regun. adiudicatur vni qð erat ꝓprium alterius. Sed in aliȷs duobus caſibus adiudicatur vni qð cõe erat alioꝝ? Rñdeatis ad rõnem dñi Iacobi ſm ꝙ hic loquitur de iuſticia priuatiua. Et hec rõ diuerſitatis potuit mouere eos quare nõ ponebãt eas eas inter alias. Queritur poſtea de act.preſcrip.ver.vtrum ſit bo. Et rñdet ꝛ dicitur ꝙ ſic in duobus caſibus poſitis in littera.ſ. illa que proponitur de eſtimato.et illa que ex permutatione cõpetit in aliȷs autē non. Sed que eſt rõ quare

re magis ſit bo.fi.in illis duobꝰ ꝙ̄ in alijs. Frater dicit dñs Jaco.qꝛ maiorem habet cōuenientiā cū actione ex empto ⁊ vendito que ſunt prime inter actiones bo.fi. Non enim eſt conuenientia inter eas:qꝛ olim dubitabatur vtrum iſti duo contractus eſſent emptiōis ⁊ venditionis.vt.ſ.de actione quoqꝫ in factū queritur vtrū ſit bo.fi.? Et rñ.vt habes i gl. ꝙ ſunt tria genera actionū in factū.de actiōe preſcriptis verbis q̄ datur proprietario: ſilr queritur vtrum ſit bo.fi.⁊ videtur ꝙ ſic.per.l.

Quinta diuiſio actionū Oēs actiones exceptis his q̄ hic in textu ⁊ gloſa numerantur ſunt ſtricti iuris. Are.

Actionū [a] autem quedā bonefidei ſūt: quedā ſtricti

ff.de precarijs.l.ij.§.hoc interdictū:dñs Jac.fecit magnam vim in.l.iſta.Quidā dixerunt ꝙ olim erat bone fidei.ſed hodie non ⁊ ita.l.illa per litterā iſtam corrigitur.Sed tu dic ꝙ nunq̄ fuit bona fi.nec obſtat.l.p̄dicta.Dicit enī ꝙ ex bo.fi.eſt quod ſic intelligo. id'eſt ea equitate pretoria ⁊ ꝙ non ſit bo.fi. Ultimo quero quare magis olim dubitabatur de petitione hereditatis vtrū eſſet bo.fi.ꝙ̄ de aliqua alia? Frater dicit dñs Jaco. Adhuc ego dubitarē:qꝛ inuenio eā hic poſitā. ⁊ hoc eſt quia magis videtur habere naturā actiōis ſtricti iuris ꝙ̄ bo.fi.qꝛ natura actiōis bo.fi. eſt ꝙ i ea veniūt fructꝰ a tpe more. Jn peti.aūt here.nō eſt ita.

diuiſio. Actionum. Diuiditur in tres partes. Nam primo ponit regulam generalem. Scdo in ſpecie ponit q̄ ſunt actiones bone fidei. Tertio ꝙ licet olim eſſet dubitatio: tamen hodie clarum eſt ꝙ petitio hereditatis eſt bonefidei. Secunda ibi.bone fidei. Tertia ibi. q̄uis. Aretinus.

a Actionum. hec eſt quinta diuiſio actionū. Sꝫ quare actionū dicit ⁊ nō cōtractuum? Rñ.quia generalius ⁊ plenīꝰ loqtur dicēdo actionū ꝙ̄ cōtractuū.

Actiões bone fidei ſunt xvij.

b Bone fidei ſunt he.ſcilicet.xvij.actiões que numerantur in hoc.§.⁊ ſeq.bone fidei ſunt alie autem omnes ſunt ſtricti iuris. Nam quācūqꝫ hic nō inueniam:ſtricti iuris eā iudicabo.quia poſito vno de contrarijs:et omnia alia intelligenda ſunt.vt.ſ. de his q̄ ſui vel alie.iur.ſunt.§.videamus. Sed quare magis he dicuntur bone fidei ꝙ̄ alie.nunquid ideo quia poſſit eſſe mala fides in alijs? Reſpon.non:quia in omni contractu debet bona fides interuenire.vt.C.de act. et obliga.l.bonam fidem.immo ſi interueniat dolus in contractu bone fidei qui det cauſam contractui/nō valet ipſo iure.vt.ff.de do.⁊ eleganter.in princi. Sed in contractu ſtricti iuris purgatur per actionem vel per exceptionem doli.vt.C.de inuti.ſtipu.dolo. Siuero incidit in contractū bone fidei:purgatur per actionem ex eo contractu.vt.ff.de actio.empt.⁊ vend.l.iulianus.§.ſi venditor. Sed in ſtricti iuris de dolo agitur vel excipitur:vt dictū eſt.vt.ff.dolo. et eleganter §.nō ſolum.⁊.ff.de verbo.oblig.ſi quis cum aliter ✝

Contractꝰ dolo initꝰ an teneat.

Cum ergo dolꝰ vbiqꝫ puniatur vel mala fides ad q̄d bone fidei iſte dicūtur? Rñ.alie ſtricti iuris dicuntur: qꝛ non venit in eis niſi qđ ſtricte exigit natura actionis. Unde non veniunt vſure ex mora in cōtractibꝰ ſtricti iuris.vt.ff.de neg.geſt.l.qꝛ tātūdē.⁊.C.de vſu.l.iij.⁊ de condi.inde.l.j.ſed in contractibꝰ bone fidei ſic.vt.ff.de act.emp.iulianus.§.ex vendito.⁊.ff.de vſur. mora.§. in bone fidei. Jtem in actionibus ſtricti iuris fructus non veniunt ex mora ſi petam quod non fuit meum: niſi a tempore litis conteſtate:tunc enim incipiūt venire fructus ex mora. Sed ſi petam quod aliquando

✝ Sꝫ ſi ꝯctꝰ ſit duplex puta q̄a in ꝯctu bone fidei interceſſit ſtipulatio: tūc dolꝰ dāns cāꝫ

fuit meum:veniunt fructus ex mora: ſecus in bone fidei iudicijs.vt.ff.de vſur.videamus.§.ſi actionē. Jtē non venit intereſſe ſi rem dari eſt in obligatione ſecꝰ ſi rem tradi:vel factū vt.ff.de verbo.obli.vbi autē.§.fi.⁊.l.ſi fundū.⁊.ff.de re iudi.l.ſi quis ab ab alio.§.fi. que veniunt in bone fidei iudicijs.vt.ff.de act.empt. l.i.in princi. Jſta ergo oīa que vicem obtinent acceſſionū non veniūt in contractibus ſtricti iuris: niſi vt dictū eſt. Nec ob.ꝙ.veniunt iſta i arbitrarijs q̄ ſūt ſtricti

ꝯctū iam nullat ipō iure vt ꝑ bal. in dicta l.dolo.

iurꝭ. Bonefidei [b] ſunt he ex empto/vēdito/locato/ꝯducto/ negociorꝫ geſtorū/ mandati/depoſiti [c]/ꝑ ſocio [d]/tutele [e] commodati/pignoratiſcia [f] familie [g] herciſcūde:cōi

Actōnū arbitrariarum noticia.

iuris:quia iudicis offō veniūt/nō iure actiōis.vt.j.eo §.ꝓterea.⁊.§.ſꝫ iſte.in fi. Sꝫ in bone fidei/ iure actionis. ✝ veniūt p̄ter vſurā que venit ex mora offō iudicis.vt.C.depoſiti.l.iiij.⁊.ff.de neg.geſt.l.qꝛ tantūdem Jtem in bone fidei veniunt ea de quibꝰ nec actū nec cogitatū eſt:vt ruta/ceſa/⁊ ſimilia.vt.ff.de act. empt. fundi.§.ſi ruta.⁊.C.de ac.emp.⁊ ven.ꝑ to. Jtē ex hoc §.nota quādā differētiam circa cōpēſatione quam dicit vt .j.e.§.in bone fidei. Patet ergo ꝙ exuberantiꝰ ⁊ pinguius iudex officium ſuū ad ea q̄ bone fidei ſunt extendit ꝙ̄ in ꝯctibus ſtricti iuris.et facit.ſ.de obli.q̄ ex ꝯſenſu.in.fi.⁊ ideo dicūtur bone fidei:et alie ſtricti iuris. Unde.de talibus dantur tales verſus. Empti cōducti/mandati/depoſitiqꝫ. Pignora/ciſcunde/cōi/pro ſocioqꝫ. Dotis/⁊ heredis/tutele/ꝯmoda/geſtor. Preſcriptis verbis ſi permaneat atqꝫ licetur. Jſta bone fidei ſunt:ſtricti cetera iuris. Uide glo.fere ſimilem in ca. cum venerabilis.extra de excep.

✝ Et eſt effectus qꝛ tūc ſi iudex omittat i ſnia cōdēnare nichilominus poſſent peti iure actionis. ſecꝰ ſi veiret offō iu. vt ē glo. in.l.non ſolū.i verbo caue re.ff. de rei vēd.

c Depoſiti. hanc actionem dicunt quidam eſſe ſtricti iuris in.iiij.caſibus qui numerātur.ff.depo.l.j.§.j. Sed Joh.contra. Et datur in duplum contra eū qui depoſitū ſuſcepit de eo quod dolo fecit:ſed in heredem defuncti datur in ſimplum.vt in dicto.§.alias ſemper tenetur in duplum qui depoſitū ſuſcepit. Et eſt ratio quare plus puniatur in p̄dictis q̄tuor caſibꝰ qui numerantur.ff.depo.quia grauius eſt fide ꝫ fallere ei qui ex neceſſitate deponit/ꝙ̄ qui ex voluntate vt dicta.l.i.§.merito. Sed nunquid in his caſibꝰ ē bone fidei? Dicūt quidā ꝙ non.arg.ff.de preca.l.j. Nos contra:⁊ dicimus ꝙ ſit bone fi.cum lex nō diſtinguit/ nec nos diſtinguere debemus.

d Pro ſocio.que eſt vtriqꝫ directa ab vtraqꝫ parte.v.j.de pe.te.liti.§.ex quibuſdam.

e Tutele. Sed cū iſte tam cōtrarie ꝙ̄ directe inueniantur:nunq̄d oēs ſūt bone fidei? Rñ.ſic in dubio/ cū fauor ſit extēdēdus.vt.ff.de lib.⁊ poſthu.l.cū quidam. Additio Nota ꝙ actio tutele eſt bone fidei. et idē dicas in actione pro tutela directa et contraria:vt puta in eo qui geſſit vt tutor:cū non eſſet.vt no.Bar. Dy.⁊ Bal.in.l.j.§.pro tutore.ff.eo. Ange.

f Pignoraticia.tam directa q̄ debitori datur ſoluto debito.vt.ſ.qui mo.re.cōtrahi.obli.§.fi.ꝙ̄ ꝯtraria que datur creditori.vt.ff.de pigno.ac.tutor.§.ꝯtrarium. Additio. Que pignoraticia datur debitori ꝯtrā creditorem ad repetendū pignus traditū: ⁊ naſcitur tempore ſolutionis vel ſatiſfactionis crediti qnōcūqꝫ de volūtate ipſiꝰ creditoris facte.vt.l.ſi rem.§.oīs ⁊ ibi glo.Bar.⁊ doc.ff.de pig.ac.lꝫ naſcatur ex ꝯtractu dudū facto ⁊ inito.vt.ſ.q.mo.re.cōtra.ob.§.fi.ſm Ange.

Actio pignoraticia ē duplex.

g Familie herciſcūde.que inter coheredes datur. vt.ff.fami.herci.l.ij.⁊.ſ.de ob.q̄ ex q̄ſi ꝯctu.§.idē iurꝭ

Actio cōi diuidundo. Actio finium regūdorū ē ſtricti iuris.

a Cōi diuidundo.ꝗ datur inter eos ꝗ habent rē cōem cū ſocietate vel ſine vt diuidatur.vt.ꝫ.de obli.ꝗ ex quaſi ꝯtra.§.itē ſi inter aliquos.ꝛ no.ꝫ.eo. quedā Sed ꝗd de actiōe finiū regundoꝝ? Rn̄.quidā idē ꝓ ꝓpter ſimilitudinē quam hꝫ cū his duabus.vt.ꝫ.eo.§. quedam actiones.Sed ꝯdico cū hic de ea nō inueniam .ꝛ poteſt eſſe ratio quare ſecꝰ ſit in iſta ꝗꝫ in aliis duabus: qꝛ in iſta id quod pure eſt meū poteſt alteri adiudicari. vt.ff.fi.regū.l.ij.ī fi.ſed ī aliis duabus cōis res nō ꝓpria adiudicatur.vt.j.de offic. iudi.§.fi.

Extimate rei cuius eſt ꝑiculū.

b De extimato.Ut ſi tibi rem meam do:ꝛ eſtimo tibi eā .x. vt.aut reꝫ aut.x. reddas.ſi vero plus vendas tuum ſit.ꝛ eſt tunc periculū accipiētis indiſtincte.vt hic.ꝛ.ff.de eſti.ac.l.i.in fiñ.Si ꝟo ſic dixi:rem aut eſtimationē reddas : tunc diſtinguatur quis rogauerit.vtrum ego te devendendo aut tu me de tradendo.vt ſit periculum rogantis . vt.ff. de preſcrip.ver.ſi gratuitam.§.j.

c Et ea.ſ.actio preſcriptis verbis.

Actio q̄n naſcitur ex ꝑmutatione.

d Ex ꝑmutatiōe.ꝗ naſcit̄ re demū ab altera parte ſecuta:ꝛ tūc nō ex traditione rei:ſed ex pacto dudū appoſito.ſ.naſcit̄.vt.C.de re.per.l.ex placito.Sed cū iſtis duobus caſibꝰ ſit bone fidei quero vbi ſtricti iuris erit? Rn̄.vbi datur ex pacto incontinenti appoſito:qꝺ euenit.vt.ff.de pac.l.iuriſgentiū.§.ſed cū nulla. et.§.q̄nimmo.Et eſt ratio:qꝛ nō inuenio ꝙ ſit bone fidei:niſi in duobꝰ caſibus.Itē in ꝯtribꝰ tribus innolatis:do vt facias:facio vt facias:ꝛ in tertio de quo diximus do vt des:qꝺ eſt ꝑmutatio.In primis enim duobus preſcriptis verbis actio eſt ſtricti iuris:ſed in tertio eſt bone fidei.vt hic ꝺꝛ.In quarto cōtractu innominato.ſ.facio vt des.de dolo agit̄ nō preſcriptis verbis.✠vt.ff.de ꝑſcrip.ver.naturalis.§. at cum facio vt des.alſꝙ ſi faciā vt des.Itē in omī ꝯtractu vbi eſt incertū de noīe actiōis habet locum hec actio: ꝛ eſt ſtricti iuris.vt.ff.de ꝑſcrip.ꝟb.l.ij.iij.ꝛ.iiij. Sed ꝗd de actione in factū:nunꝗd eſt bōe fidei? Rn̄.quattuor ſūt gn̄a actionis huiꝰ in factū.Unū vt det̄ ex oī edicto vel interdicto pretoris vbi nō dedit ꝑtor certum actionis nomē.vt.j.de interd.§.fi.ꝛ.ff.nau.cau.ſta.l.idē. in ꝑn. Scꝺo vbi dat̄ in ſubſidiū legis aqlie.vt.ꝫ.ad.l.aql.§. fi. Tertio vt det̄ vbicūꝗ preſcriptis ꝟbis actio dat̄: et tunc eadē eſt ꝙ actio ꝑſcriptis ꝟbis.vt.ff.de ꝑſcrip. ver.l.i.in fi.Itē quarto ꝺꝛ in factū ꝗ eſt ex variis figuris cauſaꝝ.vt.C.de ſacroſan.ec.l.ſancimus.qꝺ ꝗrtum genꝰ nō pōt ſub regula ꝯprehēdi;ſicut nec mora.vt.ff. de vſur.mora.in ꝑnc. Nunꝗd ergo ē ſtricti iuris ſemp? Rn̄.ſic;cū nō inueniā ꝙ bone fidei ſit.Sed ꝗdā dicūt ꝙ in tertio caſu/vbi loco ꝑſcriptis ꝟbis dat̄: ꝗ cōpeteret ex ꝑmutatione vel eſtimatione ſit bone fidei:qꝺ ē falſum.qꝛ in omī ꝯtu vbi certū debetur/habet locū certi condictio.ff.ſi cer.pe.certi cōditio:ꝛ tamē nemo dicit aliquā cōdictionem eſſe bone fidei. Item ꝗd de actione preſcriptis verbis ꝗ ꝓ precario dat̄? Dicunt quidā ꝙ bone fidei eſt.vt.ff.de preca.l.ij.§.hoc interdictū.Sed ꝯtradico.qꝛ nō inuenit̄ ꝙ ſit bone fidei.vt ff.de ꝑca.l.ij.§.hoc interdictū.Accu. Additio. Niſi tale pactum ſit eſtimatio vel ꝑmutatio:vt quis ab vtraꝗꝫ parte ſit ſpecies certa preſtanda.qui ātūc talis actio preſcriptis verbis ē bone fidei.Jaſo.

✠ Qꝺ verū vbi ex fōcto innominato nichil tibi adeſt.alias lecꝰ vt ꝑ Jaſ. hic ponēte ē qualit ex ꝑmutatione plures ꝛ diuerſe et ad diuerſa tēdentes ꝯpetant actiōes

Actio ꝑſcriptis ꝟbis ꝗ ꝓ pcario datur ē ſtricti iuris.

diuidundo[a]/preſcriptis verbis:ꝗ de[b] extimato ꝓponit̄ et[c] ea que ex[d] ꝑmutatiōe cōpetit/ꝛ hereditatis petitio[e] Quis vſꝗ adhuc[f] in certū erat ſiue int̄ bonefidei iudicia ꝯnumeranda hereditatꝭ petitio ſit:ſiue nō:noſtra tamē cōſtitutio[g] apte eam eē bonefidei depoſuit.

Actio rei vxorie ꝗ oli ꝓ dote ꝯpetebat eſt hodie trāſfuſa in actionē ex ſtipulatu cum omni ſuo iure:que actiō eſt priuilegiata reſpectu hypothece ꝛ prioritatis ſeu prelationis.h.d.Aretinus.

Fuerat antea et rei vxorie[h] actio[i] vna ex bonefidei iudiciis.Sed cum plenioremē eſſe ex ſtipulatu[i] actionē inuenietes oīne ius quod res vxoria ante habebat:cūmultis diuiſionibus in actionē ex ſtipulatu ꝗ de dotibꝰ exigēdis ꝓponit̄: trāſtulimꝰ[k] merito rei vxorie actiōe ſublata:ex ſtipulatu ꝗ ꝑ ea introducta eſt naturā bonefidei iudicii tm̄ ī exactiōe dotis meruit[l] vt bone fidei ſit: ſꝫ ꝛ tacitā[m] ei[n] dedimꝰ hypotio.vt.C.de peti.heredi.l.fi.in fi.

e Hereditatis petitio.ꝗ dat̄ contra poſſidentem ꝓ herede vel pro poſſeſſore.vt ff.de peti.here.l. regulariter.et.l. ſequen.et.l.quis interrogatus.

f Uſꝗadhuc i.vſꝗ ad tpa huius legis vel noſtre conſtitutiōis de qua ſtatim memoriam facit.

g Conſtitutio.vt.C.de peti.here.l.fi.in fi.

Fuerat. Caſus. Dn̄e intellexi ꝙ.xvij.ſunt actiones bo.fi.ꝗ enumerātur in ꝓximo ſuperiori.§.ꝛ ē.xviij. que vocatur actio ex ſtipulatu ꝓ dote de qua in pn̄ti tractare intendimus.ꝓ deo dicatis michi ꝗ ē eiꝰ natura? Frater di.ipſe ſcire debes ꝙ oliꝫ erat quedā actio ꝗ erat bo.fi.que vocabat̄ rei vxorie actio ꝗ cōpetebat mulieribus ad dotes ſuas repetendas:ꝛ olim numerabatur.xvij.ſed quicꝗd olim erat in actiōe illa hodie transfuſum eſt in actionē ex ſtipulatu ꝓ dote.ꝛ illa penitus eſt ſublata.duo autē bona erant in illa actiōe: videlicet antiqua:qꝛ erat bo.fi.ꝛ etiam tacitā habuit hypothecā.vn̄ dicimꝰ ꝙ act . ex ſtipulatu ꝗꝫ ꝗꝫ ſtricti iuris ſit ex ſui primitiua natura: tn̄ qꝛ in oibꝰ ſupplet naturā rei vxorie actionis:q̄n datur ꝓ dote dicimꝰ ꝙ hꝫ iſta duo.ſ.ꝙ ē bo.fi.ꝛ ēt ꝙ tacitā hꝫ hypotecā.h. d.

h Fuerat. Rei vxorie actio nomen erat actionis. Uel dic ꝙ factum denotat.i.rem ipſam.vel quia ꝓ re vxoris cōpetebat ſoluto matrimonio.

i Ex ſtipulatu.que ſimiliter pro dote datur.

k Tranſtulimꝰ.vt.C.de rei vxo.act.l.i.in ꝑn.ꝛ cōpetit hec actio ex ſtipulatu:ſiue marito vt ei dos detur:ſiue vxori vel ꝑn̄ei.vt reſtituat̄:ꝛ ſiue vtilit̄ fuerit interpoſita ſtipulatio ſiue nō (n) tm̄ ſemp creditur tacite ꝛ vtiliter interuenire.vt.C.de rei vxo.act.§.j.nā ꝛ alias intelligit̄ ſtipulatio tacita vbi non eſt.vt.ff. de adop.his ꝟbis.ꝛ.ff.ſi cui pluſꝗꝫ.p.le.fal.l.niſi.§. item ſciendum. Additio. (i) No.ꝙ non tm̄ vxori ad repetendam dotē ꝑſumit̄ ſtipulatio vt hic:ſed etiam ex parte viri ad conſequendam dotem.ꝛ ex vtraꝗꝫ parte ineſt tacite hypotheca vt ē tex.in.l.j.§.i.C.de rei vxo.ac.ibi ſtipulationem;ꝛ hypothecam ꝛc. Ange.

Actō ex ſtipulatu ꝓ dote ꝯpetit marito ꝛ vxori.

l Meruit.ſcꝫ actio ex ſtipulatu.vt hic.ꝛ.C.de rei vxo.act.§.ſed ꝛ ſi nō ignoramus.alias ei ſtricti iuris eſt:cū non inueniat̄ ꝙ ſit bone fi.vt.ꝫ.e.§. actionum.

m Tacitam.ſ.actionem hypothecariam.

n Ei.id eſt actiōi ex ſtipulatu:vel mulieri. Additio. Quod verū intellige quantū ad priuilegiū tacite hypothece,ſecus quo ad priuilegiū prelationis qꝛ cō

petit mulieri: et eſt effectus: quia tūc eſt perſonale: et non tranſit ad alium niſi ad filium. vt hic in glo.fi. ſecus ſi in primo caſu: vt hic per doctores.

a ¶ hypothecā.ſ.ex vtraqȝ parte. ſiue ex parte mulieris ad repetendā dotē: ſiue ex parte viri ad petendam eā. Semp. enim ſūt ibi tacite hypothece. vt.C.de rei vxo.act.§.j.

Dotem petens mulier an prefe rat oibꝰ credito ribus.

b ¶ Creditoribus. Sed nūquid oibus indiſtincte? Rñ.ſm.M. ſic ſiue primi habeāt pignus expreſſū ſiue non. Sȝ hec opinio nō valet. quia.l.diſtinguit vt.C.de iur.do.l. vbi.

thecā[a]. Proferri autē aliis creditoribus[b] i. hypothecis tunc cēſuimꝰ: cū ipſa[c] mulier de dote ſua experiatᵘʳ: cuiꝰ ſoliꝰ[d] ꝓuidētia hec[e] induximꝰ.

¶ Hodie cōpēſatio oppoſita ab hoīe ꝑimit oēs actiones vſqȝ ad cōcurrētes quātitates ipſo iure: ſiue ſit actio bone fidei: ſiue ſit ſtricti iuris excepta actione deſpoſiti, que per compenſationem non tollitur. Aretinus.

¶ In bone fidei iudiciis li

Item fiſcus et mulier pari paſſu ambulant. vt.C. de pri.fiſ.l.quis. et fiſcus non prefertur habentibus expreſſam. vt.ff.qui po.in pign.ha.l.ſi pignus: ergo nec mulier. Secunda eſt opi. vt diſtinguatur inter pignꝰ ſcilicet traditum et hypothecam.ſcȝ non traditam. vt primo caſu non preferatur mulier. ſecundo ſic vt arg.ff.qui.ca.ta.pig.contra.l.penul. Sed et hanc reprobo per id quod eſt.ſ.e.§.inter pignus. Tertia eſt opi. ſȝ B. et Joh. et Azo. vt habentibus tacitam hypothecam preferatur: non autem habentibus expreſſam: lex enim ſuum priuilegium quod dederat primis eis adimere preſumitur propter mulierem: nō autem id priuilegium quod quis ſibi adinueniſſet: et hoc caute probatur per verba.l.C.qui po.in pig.ha.l.fi. ibi licet anterioris temporis priuilegio ſint vallati. etc.

c ¶ Cum ipſa. vis facienda eſt in eo quod dicit ipſa. Nam alius non admittitur ad tale priuilegium agens pro dote etiam heres mulieris. vt.C. de priuil. do.l.i. niſi ſit de ſuis heredibus. id eſt de filiis et aliis deſcendentibus mulieris. vt.C.qui po.in pigno.ha.l.fi.in fi. Sed nunquid procuratori mulieris datur hoc priuilegium? Reſpon. ſic. vt.ff.ſolu.ma.alia. et.ff.de ꝓcu.l.ſi minor.§.quoniam. ✠ Item quod hic dicit de dote ſua ideo dicit: quia aliud eſt in donatione propter nuptias. nam in ea non habet hoc priuilegium. vt.C. qui po.in pig ha.l.fi.in fin. Sed quando mulier poteſt experiri de dote? Reſpon. ſoluto matrimonio. nō prius niſi maritus ad inopiam vergat. vt.C.de iu.do.l.vbi. et.ff.ſo.ma.l.ſi conſtante.in prin. et hoc ſiue ipſa dederit dotem ſiue alius extraneus: qui tamen non fuit pactus de ea ſibi reddenda: ✠ quo caſu ſibi non mulieri daretur. vt.C.de rei vxo.ac.§.accedit. Si autem pater mulieris dederit dotem: patri actio et filie ſimul dabitur: immo aliquantulum habet plus pater qui agit: et filia ſemper creditur conſentire niſi habeat iuſtam cauſam contradicendi: et contradicat. vt ff.ſo.m.l.ij.§.fi. et l.non ſolum. et hanc dotem integrā debet ſeruare pater pro filia: niſi clade. id eſt tempeſtate vel vi ſuum fuerit patrimonium diminutum. vt in auth.de equali.do.§.quia vero omnia. colla.vij. Sȝ nunquid patri hoc priuilegium dabitur? Uidetur quod non: quia ſua actione agit. vt.ff.ſo.matri.l.ij.§.voluntate. Econtra quod ſic videtur: quia per hoc filie prouidetur: cum pater hanc reſeruare cogitur filie vt dictū eſt. et hoc verū puto vt hic dicit cuius prouidentia etc.

Mulieris hēs in petitiōe dotis nō potiꝰ priuilegio mulieris.

✠ hoc ē vex i. ꝓcuratore ſimplici: ſi ꝓ ſit ꝓcurator i rē ſuā diſtigue vt per Jaſo. h.

✠ Scȝ ꝓ ſtatiōis hȝ tū priuilegiū tacite hypothece vt p Jaſo. hic in ſecundo no.

c ¶ Solius.ſ.mulieris.

d ¶ hec induximus.ſcȝ vt aliis preferatur.

¶ In bone ¶ Diuiditur in tres partes. Primo qualiter compenſatio fit in bo.fi.iudi. Secundo qualiter olim et hodie fit in ſtricti iuris. Tertio facit quandam

diuiſio.

exceptionem. Secunda ibi: ſed et in ſtricti iuris. Tertia ibi: excepta.

¶ In bone autem fidei iudicio etc. Caſus. ¶ In ſuperioribus dictum eſt que actiones ſunt bo.fi. et etiam per oppoſitum patet que ſunt ſtricti iuris. quia omnes preter eas que in aliis precedentibus.§. enumerantur. Modo intēdit dominus iu. proſequi quandam largā materiam. quam habet iudex in iudicis bo.fin. Uberius enim et pinguiꝰ exercet iudex officium ſuum in ac.bo.fi. quam in ac.ſtricti iuris. adeo quod ex iſta exuberantia permittitur iudici ex bono et equo act.bo.fi. eſtimare quātum per actiones iſtas actori ſit preſtandum in quo iudicis officio cōtinetur. vt ſi actor qui petit puta.xv. reo tenetur in aliquo: puta in.x. compenſato eo quod actor reo debet iudex reum in ſolidos quinqȝ condemnabit et fiebat iſta compenſatio in iudicio bo.fi. ipſo iure: ſed in act.ſtricti iuris non poteſt habere locum compenſatione: niſi oppoſita doli exceptione et mali: et hoc erat iudicium ex cōſtitutione diui pii: ſed noſtra conſtitutio dicit imperator: induxit ipſo iure tam in ſtricti iuris iudicio quam in bo.fi. vſqȝ ad contētam in petitione quantitatem in omni actione in qua petitur quantum: dum tamen quantitas ex alia parte ſit debita. et hoc ſiue ſit actio in rem ſiue in perſonam excepta actione depoſiti in qua videtur abſurdum aliquid compenſationis nomine opponi ne pretextu compenſationis aliquid depoſitarum rerum et actione fraudaretur. et hoc dicit. Scire debetis quod officium de quo hic tractatur multiplex eſt. Eſt enim quoddam officium iudi. quod vocatur nobile iudicis officium: et eſt aliud quod vocatur mercennarium: et tertium quod vocatur merum. Primum ſcȝ nobile iudicis officium eſt illud quod per actionem ſupponit et vicem obtinet actionis: et in eo fit litis conteſta. et eodem modo proſequitur ſicut in act. et per illud officiū petuntur ſalaria aduocatorum: et reſtitutiones maiorum et minorum: vt.ff.de mino.l.quod ſi minorum. Petuntur enim reſtitutiones implorato nobili iudicis officio et illud officium alicui non deſeruit: ſed largo modo dicitur actio.ff.de act. et ob.l.actionis verbo. ſed ſecundū mercēnarium iudicis officium eſt quod actioni deſeruit et actioni inheret et vna cum actione perit vt.ff. de eo quod cer.lo.l.in bo.fi. et.C.depo.iiij. Tertiū officium eſt merum: et eſt illud quod deſeruit ſiue inheret actionibus ſtricti iuris: et quibuſdam arbitrariis. Sed domine in quo differt ab officio mercennario. Frater reſpondeo. Mercennarium de neceſſitate fit: quia hoc occidit natura actionis cui deſeruit. Merum autem non ex neceſſitate fit. ſed ex ſolo iudicis motu vt quaſi liberum ſit ei. ſcȝ facere vel non: vt dicunt quidam. et pro eis facit.§.j.eo. preterea. ſed hoc videtur falſum. Si enim agam quod metus cauſa et reus noluerit parere prime ſententie non habet neceſſe iudex venire ad ſecundam ſententiam et ipſum condēnare in quadruplum. et ſimiliter oppono de arbitraria loci et crede quod ſi iudex hoc non fecerit poterit ab eo appellari. vnde dominus Ja. talem dedit differentiam inter ea. Dicit enim quod officium iudi. mercēnarium quod eſt in bone fi. iudi. illud officium exercet ex

natura act. Officiū vero merū qđ deseruit ſiue inheret
actionibus ſtricti iuris ⁊ quibuſdam arbitrarijs illud
offīm nō exerceret ex natura act. ſꝫ ex mero iudi. offi. et
hoc ſic intelligo ſm eū. illud offīm eſt merū a primitiua
natura actiōis q꞉ nō īponit aliqua neceſſitas iudici ex
natura actiōis regularit̄ p̄ter ꝙ cū arbitraria loci in q̄
ſola eſt ſpāle .ſcꝫ.
de natura actiōis
habeat iudex rōēꝫ
loci. Neceſſarium
tn̄ eſt ⁊ nō ſolū vo
lūtariū lꝫ de natu
ra p̄mitiue actōis
nō ꝯpellat̄ iudex
illđ offīm exercē p
alias tamē leges
compellitur.

bera ptās permittit videtur
iudici ex bono ⁊ equo eſtimā
di ꝙtū actori reſtitui[a] debe
at. In quo[b] ⁊ illud ꝯtinet̄: vt
ſi quid iuicē p̄ſtare[c] actorē
oportеat: eo ꝯpēſato[d] in reli
quū is cū quo actū eſt debe
at ꝯdēnari. ¶ Sed ⁊ in ſtri
cti iur̄ iudicijs ex reſcripto
diui marci opoſita doli ma
li[e] exceptione cōpenſatio in
ducebatur. Sed noſtra con

a ¶ Reſtitui.
Large accipe: ſi=
ne p dādo ſiue p
reſtituēdo. vt. ş. ð
v̄b. ſig. l. v̄bū red
dendi. ⁊ hoc itelli=
gas ſiue in vſurꝭ ex mor. vt. ff. de vſur. mora. §. in bone
fidei: ſiue intereſſe agentis. vt. ş. de obli. ex cōſen. in fi.
b ¶ In quo. ſcilicet officio iudicis.
c ¶ Preſtare. Scilicet reo.
d ¶ Eo compenſato. Scilicet oppoſita exceptione
compenſationis tantum.
e ¶ Doli mali exceptione. q̄ exceptio ideo dabatur:
quia dolo facit qui petit quod reſtituturꝰ eſt. ff. de ex=
cep. do. l. dolo. Et ita nota quantum ad effectū nulla ē
differentia: ſed quantum ad verba vel rigorem iuris.
f ¶ Conſtitutio. vt. C. de compen. l. fina.
Cōpen g ¶ Iure aperto. i. vbi ꝙtitas hincinde debet̄. Nā
ſatio in ſpeciei ad ſpeciē: vel ſpeciei ad ꝙtitatem vel ꝙtitatis
q̄bus re ad ꝙtitatē: ſi eſt ꝙtitas vt ſpecies non fit cōpenſatio:
bus fit. q꞉ nō patet iure aperto. vt. ff. de pig. ac. ſi conuenerit. §.
reſpon. ⁊. ff. de condi. inde. ſi non ſorteꝫ. §. ſi centū. et de
impen. in re. do. fac. l. qđ dicitur. et. l. fi. et. ff. de pecu. l. ſi
creditor. §. j. Sed nonne ſtatim hic ſubijcit ꝙ actioni in
rem pōt obijci cōpenſatio ergo videt̄ fieri de ſpecie ad
quātitatē? Sed dic ꝙ fit rei vēdicationi quādo re non
reſtituta iuratur in litē vel in verā eſtimationem. vt. ff.
de rei ven. qui reſtituere. Itē quid ſi hincinde debituꝫ
eſt in genere. vt debeo tibi hoīem et tu michi hoīem?
Rn̄. fit cōpenſatio. vt. ff. ſi pars he. pe. l. j. §. itē ſi cū me.
et. ff. de here. inſti. qui nō militabat. j. rn̄. ⁊. ff. ð le. ij. vnū
ex familia. §. ſed ſi vno. Itē quid ſi ab vna pte debituꝫ
eſt cōfeſſatū/ab altera negatuꝫ? Rn̄. non patet aperto
iure: vn̄ nō fit ꝯpenſatio. vt. C. de compen. l. fi. §. penul.
Additio. Niſi tale debitū nō ꝯfeſſatū poſſet de p̄ximo
liquidari. d. l. fina. C. de cōpen. qn̄ aūt oppoſitio cōpen=
ſationis requirat altiorem indaginem: ⁊ quantum tem
pus detur ad p̄bandum. vide hic per docto.
h ¶ Ut actiones. Accuſatiui caſus. Eſt enim ſenſus
vt compenſationes minuant actiones.
i ¶ Ipſo iure. Adeo vt dixerūt quidā: non eſt neceſ
ſe voce hoīs opponi cōpenſationem. vt hic. Sed certe
immo eſt neceſſariū vt opponatur. quod probo tribus
Cōpēſa rationibus. Nā fideiuſſor conuentus eligit: vt vel qđ
tio nō fit ſibi vel quod reo debetur cōpenſet que electio ſibi nō
ip̄o iure daretur ſi ius cōpenſaret. vt. ff. de compen. ſi quid (ſ)
ſꝫ debet Item ⁊ reus conuentus eligit in quam cauſam cōpen
opponi. ſat ſi debeat ex pluribus cauſis. vt. ff. de compen. l. ꝙ
labeo. Item lex diciteum male agere cui obijci poteſt
compenſatio. vt. ff. de compenſa. l. verum. ſed qui male

agit habet actionem: ſed eliditur exceptione. vt. ff. quā
do di. vſufru. l. ce. l. j. in fi. Sed ſm hanc opi. quid adijci
tur in actione ſtricti iuris ad id qđ erat olim? Reſpon.
quia doli mali tantum obijciebatur exceptio: per quā
non extinguebant̄ actiones ipſo iure: ſed nunc etiam
cōpenſationis exceptio opponit̄ p quā ipſo iure hinc=
inde actio extingui
tur vt hic. et. j. eo.
§. penul. ⁊ nichilo
minus doli cū ge=
neralis ſit. vt. ff. ð
excep. do. l. ij. §. ge
neraliter. Addit.
(ſ) Nota illum ca
ſum: et glo. ibi no.
adducit plures a
lios caſus in q̄bꝰ
quis compenſat:
nō tamē debitū ſi
bi ſꝫ debitū alteri.
dic vt ibi. Ange.
k ¶ Minuāt. ſ.
cōpenſationes.

ſtitutio[f] eaſdē compenſatio
neſque iure aperto[g] nitunt̄
latius introduxit: vt actio=
nesꝰ[h] ipſo iure[i] minuāt[k]: ſiue
in rem: ſiue in pſonā: ſiue ali
as[l] quaſcūq̄. ¶ Excepta ſo
la depoſiti[m] actiōe: cui aliq̄d
compēſationis noīe opponi
ſatis impiū eſſe credimꝰ. ne
ſub p̄textu compēſationis
depoſitarū rerū q̄s exactio
ne defraudetur[n].

l ¶ Alias. actiones: vt ſcilicet mixtas que ſunt. iiij.
vt. ş. eo. §. quedā actiones. Itē perſecutio fideicōmiſ=
ſorum. Item officium iudicis et ſimilia. que actiones
ſunt largiſſime accepto vocabulo. vt. ff. de act. et obli=
gat. l. actionis verbo. Unde et petitiones cautionum
occaſione damni infecti compenſantur. vt. ff. de dam.
infect. l. j. et. l. qui bona. §. ſi quis quia. Accur Additio.
Hoc verū intellige de debito officio iudicis in quo nul=
lum obſtaculum eſt in medio. al's ſecus. vt p Bar. in. l.
fina. ff. de condi. indebi.
m ¶ Depoſiti. Qđ tu intelligas quando pecunia nō
ſignata eſt depoſita: quo caſu etiam aliam ſimilē red= Cōpēſa
dere poteſt. vt. ff. depoſiti. l. lucius. et. l. diem ſponſalio tio i mł
rum. §. j. Si autem eſſet depoſitio facta in ſpecie vel tꝭ caſibꝰ
in pecunia vt in ſpecie quod eſſe poteſt. vt. ff. de leg. j. ceſſat.
plane. §. ſed hoc ita. tunc etiam alia ratione nō obijcie
tur compenſatio: quia in ſpecie non fit compenſatio.
Item quod hic dicit in actione depoſiti/idē dicunt qui
dam in actione commodati. vt. C. cōmo. l. ſub pretextu.
Sed certe immo eſt ibi ratio: quia in ſpecie fieret. Nā
ſole ſpecies commodantur: non quantitates. niſi ꝙti= Spēs
tas vt ſpecies commodetur. vt. ff. commo. l. iiij. §. finali. ſole cō=
Item ceſſat al's compenſatio vt quando per violen= modāt̄.
tiam michi rem abſtuliſti. vt. C. de compenſa. l. fina. in
fine. (ſ) Item ⁊ fiſco nō opponitur in quibuſdam caſi=
bus. quos dic. vt. ff. de iure fiſ. aufertur. §. qui compen
ſationem. ⁊. C. eo. l. compenſationes. ⁊. l. in ea. Item in
curatore qui fraudauit publicam annonam. vt. ff. de
compen. ob. negocium Additio. (ſ) Iſtud de violentia
intelligas. vt ibi not. glo. ⁊ doc. Ange.
n ¶ Defraudetur. Sed nōne hec ratio vbiq̄ poteſt Depoſi
hr̄e locū? Rn̄. non ita: q꞉ ſi reſtitutio denegat̄ eſt dolus tariꝰ de
vt. ff. man. ſi p̄curatorē. §. dolo. Itē depoſitarius de do dolo tm̄
lo tantū al's tenetur: vn̄ ſi hic magis grauetur non eſt tenetur
mirum. vt ar. ff. de iureiur. eum qui. in princi.
¶ Preterea quaſdam. Calue ¶ Preter actiones de
quibus facta eſt mentio. ş. Adhuc ſcire debetis ꝙ ſunt
quedam actiones arbitrarie. hoc eſt ex arbitrio iudi=
cis dependentes. In quibuſdā ei actionibus: niſi reus
actori iudicis officio ſatiſfaciat veluti rē reſtituat cū rei
ven. agit̄ vel rē exhibeat cū ad exhibenduꝫ agitur vel
ſoluat cum aliquid certo loco eſt ſoluendū vel ex noxa
li cauſa ſeruū dedat cū noxaliter agitur ꝯ ip̄m ille qui
ſic condēnatur a iudice reus: ſcꝫ ſi non vult ſatiſfacere

¶ Actiões arbitrarie ideo dicte ſunt: qꝛ mere i arbitrio iudicis ſunt: ꝛ ſunt tā reales ꝙ̄ perſonales. Aretinus.

¶ Preterea quaſdā actiones [a] arbitrarias. i. ex arbitrio [b] iudicis pēdētes appellamꝰ in qbꝰ niſi arbitrio iudicis is cū quo agit actori ſatiſfaciat: veluti rē reſtituat [c] vł exhibeat [d]: vł ſoluat: [e] vł ex noxali [f] cā ſuū dedat [g]: cōdēnari [h] debeat. ¶ Sed iſte [i] actiones tam in rem [k] ꝙ̄ in pſonā inueniunt. In rē: veluti publiciana [l] Fuiana [m] de te bus colonis: q̄ſi ſeruiana q̄ etiā ypothecaria vocatur. In pſonam veluti qbꝰ de eo agit qđ vi aut metꝰ [n] cā: aut dolo [o] malo factum eſt. Item cum id [p] quod certo loco ꝓmiſſum [q] eſt petitur. Ad exhibēdum quoq; actio ex arbitrio iudicis pēdet. ¶ In his enim actionibꝰ [r] et ceteris similibꝰ [s] permittit iudici ex bono ꝛ equo ſecūdū cuiuſq;

ad arbitriū iudicis poteſt cōdemnari vel ad intereſſe vel vt in litē contra eū iuretur. ꝛ. h. d. lr̄a iſta. Preterea. q. d. Iſte actiones de quibus ad preſens tractare ꝓpono: nec ſunt bo. fi. nec ſtricti iuris ſicut ille de quibus ꝓmo tractatū eſt. Sed habent aliā quādā naturam per ſe. ꝛ in hac opinione fuerūt quidā antiqui. Alij dicūt ꝙ ſunt bo. fi. et hoc qꝛ in iſtis habet iudex largas habenas ſicut in cōtractibus bo. fi. Sꝫ tu dic ꝙ cenſentur ſtricti iuris cū inter eas que ſunt bo. fi. non numerantur. Itē videtur ꝙ iſta littera vel ex noxali cauſa ſeruum dedat non innuat ꝙ dominus qui cōuenitur noxaliter p̄ciſe condēnari debeat ad hoc ꝙ ſeruum dedat pro noxa. cū. l. dicat eſtimationē dāni eſſe in obligatione noxe aut deditionē in liberatione. ff. de re iudi. l. miles. §. aut noxe. Frater intellige ꝙ facta fuit cōdēnatio in eſtimatione dāni: ſed poterat euitare illā dānationē dando ſeruū pro noxa. vnde expone lr̄am dꝫ condēnari. vel ſic potes dicere ꝙ oīa iudicia ſunt abſolutoria: adeo ꝙ ſi aliquis alicui in ꝗtate debet. x. qui a creditore in iudiciū vocetur. ꝛ in tali ſtatu ſit ꝙ contra eū debeat ferri ſnīa: ſi tamen ante ſnīam ſoluerit illud iudiciū qđ debebat eſſe cōdēnatoriū nō erit abſolutoriū. ꝛ ſic intelligo illud verbū iudicia ſint abſolutoria. Pone ergo ꝙ ſeruus ignorante dn̄o dānum dederit in rem alicuius ille qui dānum paſſus ē agit contra dn̄m petens ꝙ damnū emendet. certe cōdēnabitur dn̄s ad eſtimatiōem niſi ante ꝯdemnationem dederit ſeruum pro noxa.

¶ Preterea. ¶ Diuiditur in tres partes. Primo quare dicantur arbitrarie. Secūdo que ſint iſte arbitrarie. Tertio quid iudex in his poſſit. Secunda ibi: ſed iſte. Tertia ibi: in his enim. Aretinus.

a ¶ Actiones arbitrarias. Sed nunquid ſunt bōe fidei vel ſtricti iuris? Reſpon. quidā ꝙ bone fidei ſūt qꝛ in iudicis arbitrio ſunt. vt. j. proxi. §. in fi. ꝛ. ſ. eo. §. in bone fidei iudicijs. Sed hec non valet: quia officiū iudicis qđ in bone fidei iudicijs venit / eſt iure actionis. Sed hoc quod eſt in arbitrio merum eſt ꝛ in iudice tantū eſt. vt. ff. de eo quod certo lo. l. in bone fidei. Alij dicunt ꝙ nec ſunt bone fidei nec ſtricti iuris. immo eſt tertia ſpecies ad illam diuiſiōem que eſt. ſ. eo. §. actionum. ꝛ facit ꝓ eis. ff. de in litem iurā. l. in actionibus. §. plane. et. ff. de vſur. l. in fideicōmiſſi. §. in his. hanc etiam reproba: quia dicta diuiſio eſt perfecta ꝛ immediata. Alij dicunt qđ verꝰ ē ꝙ ſint ſtricti iuris. cum bone fidei non inueniantur. vt. ſ. eo. §. actionū.

diuiſio. Actiones arbitrarie ſūt ſtricti iuris

Additio. hec vltima vera eſt: ꝛ eam ſequuntur communiter ſcribentes hic.

b ¶ Ex arbitrio. Bn̄ dicit ex arbitrio: nec eñ obligatus ē rē reſtituere: vel ſiƚe q̇d facere: qđ ꝓp̄te dices eſſe verū in actione in rē. In pſonalibus autē ꝛ arbitrarijs que hic enumerant / dices ꝙ licet exhibitio vł reſtitutio ſit in obligatiōe: pena tamen. i. intereſſe v quanti in litem iuratum eſt: nomiſi per officium iudicis preſtatur: ꝛ ideo arbitrarie dicuntur.

c ¶ Rē reſtituat. vt in rei vēdicatione q̄ eſt arbitraria. cū primo rē reſtituendo liberet: alˀs iudicis arbitrio in litē iuratur. vt. ff. de in litē iuran. in actionibus. et. ff. de rei ven. l. qui reſtituere. (l) vel ypothecaria. vt. j. proxi. §. vbi hec omnia exempla diligētius dicūtur.

Additio. (l) Aduertas ꝙ Bar. in l. in actionibꝰ. ff. đ in li. iur. in verſi. tertio habet locū in ꝛc. dat vnā regulā ꝙ oīs actio in qua res nō reſtituitur ſm̄ p̄ceptū iudicis dicit arbitraria vt iudex habeat poteſtatem deferēdi iuramentū in litem: ꝛ ſm̄ illđ cōdēnandi ſiue ſit actio bone fi. ſiue ſtricti iuris: perſonalis ſiue in rē ſiue quecūq; actio ſit. ꝛ allegat. d. l. qui reſtituere. qđ credo verum propter idētitatē rōnis qꝛ in omnibus caſibus contēnitur maieſtas pretoria. ſm̄ Ange.

d ¶ Uel exhibeat. Cū ad exhibendum agitur.

e ¶ Uel ſoluat. ſcꝫ cū certo loco ſoluēdū eſt. Accur.

f ¶ Uel ex noxali. Cum noxaliter agitur.

g ¶ Dedat. Id eſt det. Accurſius.

h ¶ Cōdēnari. Diuerſis modis fiet ꝯdēnatio: ſicut diuerſe ſunt iſte arbitrarie: vt dicemꝰ. j. pxi. §. in fine.

¶ Sed iſte actiões. Caſus. ¶ Dixi vobis ꝙ actionū ſtricti iuris quedā ſūt arbitrarie. Iſtarū eñ quedam ſūt in rē q̄dā in pſonā: arbitrarie in rē ſūt. vtputa publiciana ꝛ ſeruiana. In pſona ſūt actiões qđ metꝰ cā de dolo actio que eſt arbitraria actio ꝛ actio ꝑ quam petit pec. certo loco ꝓmiſſa ꝛ actio ad exhibendū. Et in oībꝰ iſtis caſibꝰ ꝛ ſiƚibꝰ ꝑmittit iudici ex bono et eq̄ eſtiare ſꝫ rei naturā inquātū actori ſatiſfieri oꝫ. ꝛ. h. d.

i ¶ Sed iſte actiones. Scilicet arbitrarie.

k ¶ In rem. Separatim intellige. Naꝫ vna ꝛ eadē actio non poteſt in rē ꝛ in pſonā eſſe: niſi in quattuor caſibus mixtis. vt. ſ. eo. §. quedam actiones.

l ¶. Publiciana. De qua habes. ſ. eo. §. alie.

m ¶ Seruiana. de his duabꝰ habes. ſ. eo. §. Fuiana

n ¶ Metus cauſa. Licet ſit in perſonā vt hic: tamen in rem eſt ſcripta. vt. ff. qđ me. cau. l. metum. §. cum autem. ꝛ de hac dic. vt. ſ. eo. §. item actio.

o ¶ Dolo malo. Actio de dolo ē arbitraria: vt hic quod eſt ideo quia liberatur doloſus: verū intereſſe preſtādo ſi reſtituere nō poſſit: alˀs iudicis officio iuratur in litem. vt. ff. de do. l. arbitrio. in princi.

p ¶ Item cum id. Scilicet pecunia.

q ¶ Promiſſum eſt. Idē etiā ſi legatū ſit relictum certo loco dādū: ꝛ idē ſi mutuū ſit datū certo loco reddendū. Nā in his tribꝰ caſibus locū hꝫ certi ꝯdictio arbitraria vel ex teſtamēto arbitraria. ſcꝫ in promiſſione / et legato / et mutuo / ꝛ alias non. vt. ff. de eo qđ cer. lo. l. ij. §. hic aūt. ꝛ. l. ſi heres. ꝛ. l. aut ſi. Et hic dicitur petitur. ſ. alibi ꝙ̄ vbi fuerat ꝓmiſſum dari. et venit in ea vtilitas tā agētis ꝙ̄ rei. vt. j. eo. §. loco.

r ¶ Actionibus. Scꝫ pſonalibus ꝛ arbitrarijs.

ſ ¶ Similibus. ſcilicet in rem. Et ſunt decē de qbꝰ dixerat. ſ. Uel dic ꝙ ꝛ alie ſunt arbitrarie que hic non

Actiones arbitrarie multe ſꝫ

numerantur:vt ecce actio in factum que datur cōtra nautā/cauponē/ſtabulariū.vt.ff.nau.cau.ſtabu.l.j.in prin.Sed quidā dicūt eam non eſſe arbitrariā.q2 ibi non ferūtur ſnie due.Itē eſt actio in factū que datur contra publicianā.vt.ff.de pub.l.i.in prin. Itē actio fini.regū.ff.fi.reg.l.ij.in fi.⁊.l.iij. Item actio redibitoria.vt.ff.de edil.edi redibitoria. Itē actō ex ſtipulatu que ꝓ dote repetenda datur vt.ff.ſolu.matri.l ſi filiuſfamilias §. maritū. Sed certe iſto caſu nō ideo iuratur in litem q2 arbitraria ſit:ſed q2 bone fidei vt.vt.ſ.eo.§. fuerat. Itē actio rerum amotarū eſt arbitraria. vt ff. rerū amota. ſi cū dos in fi. Acc.

rei de qua actū ſte naturā [a] eſtimare queādmodū actori ſatiſfieri [b] oporteat.

¶ Iudex debet ferre ſententiam certam etiam ſuper libello incerto ſi incertitudo eſt in poteſtate iudicis. Aretinus.

¶ Curare autē debet iudex vt omnino q̄tum poſſibile [c] ei ſit certe pecunie [d] vel [e] rei ſententiam [f] ferat:etiam ſi de incerta [g] quātitate apd

Condēnatio in arbitrariis pōt fieri tripliciter

a ¶ Naturā.i.bonitatē.vt dicūt quidā.Uel melius id eſt ſm naturā actionis arbitrarie q̄ intenditur.Nā triplex pōt modus ꝯdēnatiōis dep̄hendi in arbitrariis.Unus vt due ſnie ferant.Prima de reſtituēda re ⁊ niſi reſtituat fiat ꝯdēnatio in penā vel intereſſe per delationē iuriſiurandi in litem .vt patet in actiōe qd metus cā:⁊ in actione de dolo:⁊ rei vēdicatione:et in actione ad exhibendū:⁊ ſimilibus.Eſt et alius modꝰ vt vna ferat ſnia:⁊ in ea ſtati intereſſe ꝯſideratur:vt qn̄ certo loco aliq̄d dandū eſt.⁊ hoc eſt in iſta ſola. Tertius modꝰ eſt vt nō in q̄titate ꝯdēnatiōis fiat arbitriū:ſ3 in qualitate vt in actione noxali in qua arbitratur iudex an liberet dādo ſeruū ꝓ noxa:qd eſt qn̄ dn̄o ignorāte vel ꝓhibere nō valente deliquit.al's inſolidū tenet.vt.ff.de noxa.l.ij.in pn̄.⁊.l.in delictis.in prin.

b ¶ Satiſfieri.Sed nōne hoc idem in bone fidei iudiciis fit?Rn̄.dic q triplex eſt officiū.Primū qd obtinet actiōis vicē:ꝑ qd officiū petūtur ſalaria aduocatorum ⁊ reſtitutiōes maiorū ⁊ minorū.vt.ff.de mino.l.q ſi minor.§.fi.Aliud ē q bone fidei actiōibus inheret:qd iure actiōis venit.vt.ff.eo quod certo lo.l.in bone fidei.⁊ vna cū actione perit.vt.C.depo.l.iiij.Tertiū eſt qd inheret actionibus ſtricti iuris q̄buſdam.ſ. arbitrariis.⁊ hoc ex ſolo motu iudicis deſcēdit:vt quaſi liberū ſit ei hoc facere:ſ3 in actiōibꝰ bone fidei aſtringitur ad hoc. ✠ Itē in actiōibus bone fidei vna fertur ſententia:in his autē plerūq3 due vt mō diligent notauimus. Additio Tu dic ſm Iaſo.q in actiōe bone fidei officium iudicis eis deſeruiens ꝓuenit ex natura ipſarū ꝑ qd ſtatim q debitor eſt in mora pōt ꝯdēnari ad vſuras vel intereſſe:ſed in actiōe ſtricti iuris ꝓuenit ex q̄dā accidēti extrinſeco:puta q2 nō p̄ſtat res in qua fuit facta ꝯdēnatio:⁊ ſic iſte actiōes ſūt arbitrarie.

✠ Jo. fa. reprehendit hāc glo. q2 in arbitrariis iudex nō neceſſitat imparti ri offm̄: ſed non neceſſitat ad tale vel tale. vt ħ pcū.

¶ Curare debet ⁊c. Caius. ¶ Supradicte ſunt multe diuiſiones actionum adhuc ponet plures.ſed in p̄ſenti.§.dat quēdam effectum actionis et dicit q ſi q̄dam actio coram iudice proponatur curare debet iudex.vt quātum poſſibile eſt ⁊ inquantum natura ac. hoc patiatur vt certā ferat ſniam.h.d.

diuiſio.

¶ Curare. ¶ Diuiditur in tres partes. Primo mandat iudici de ferendo certam ſententiam ibi:certe pecunie.Secundo limitat mandatum ſi illud eſt poſſibile ibi:quantum. Tertio remouet vnum obiectum ibi etiam ſi de incerta.

c ¶ Poſſibile.hoc ideo dicit:quia interdū non poteſt certam ferre ſententiā.Quid enim ſi homo in genere promiſſus petitur vel ſub alternatione:puta ſtichum aut pamphilum:aut damnū emendari:vel ſeruum pro noxa dari?certe iudici non eſt poſſibile ferre certam ſententiam:quia natura actionis nō patitur.vt.j.de offi.iudi.in prin. Idē dico in hereditatis petitiōe.Nā ſicut ſufficit in libello proponere vniuerſaliter/ita ⁊ in ſententia.puta ſic pronuncio te heredem extitiſſe ex aſſe vel ex ſemiſſe:⁊ ideo tibi hereditatē reſtituendam.

Snia ſi pōt ſemper eſſe certa.

Sniadz ferri iuxta formam libelli.

eum actum eſt.

¶ Plꝰ petens i iudicio:loco:cauſa:re vel tēpore olim cadebat a cā:niſi reſtitueretur legitīa ſubſiſtēte cā.hodie vero pluspetens tēpore venit aliter puniendus:q2 i eo iducie duplicant:⁊ actor ad omne dānum litis tenetur.Plus vero petens aliis modis in triplum ſumptus quem ſuſtinuit reus litis nomine punietur. Aretinus.

d ¶ Pecunie.ſ. eum pecunia petitur.vt.ff.de peti.here.l.nō poſſunt.

e ¶ Uel rei.quando alia res petitur q̄ in quātitate conſiſtat vel non:et hoc ſi certum eſt petitum.alias non tenet ſententia:niſi aliqua parte actorum res certa ſcripta inueniatur.vt.C.de ſen.q̄ ſine certa quā.l. hec ſententia.ſi autem eſt incertum aut certificari poteſt vt ſi peto intereſſe quod debet coram iudice probari et deduci ad certitudinem,vt.C.de ſenten.que ꝓ eo quod intereſt.l.vna.§.ij.⁊ tunc locum habet hic.§. aut non poteſt deduci in certitudinem:vt in homine generaliter petito et ſimilibus que modo diximus ⁊ tunc non habet locum.§.iſte,Accurſius.

f ¶ Sententiam ferat.Et in ſcriptis.vt.C.de ſentē. experireci.l.fi.niſi in quattuor caſibus.vt in autē. de man.prin.§.ſi tibi.colla.iij.et in aut.vt iudi.ſine quo. ſuf.§.neceſſitate.colla.ij.et in aut.de cle.apud propr. epiſco.conueni.§.j.colla.vj.

Snia ē in ſcptis fereda.

g ¶ De incerta.vt de intereſſe.

¶ Si quis agens. Caius. ¶ In ſuperioribus dictū ē de natura omnium act.nunc autē nichil aliud intendit legiſlator oſtendere qualiter abuſores actionū puniātur.Dicit ergo q quotienſcūq3 actor plus petit in intentione ſua q̄3 ſibi debeatur quocūq3 genere plus petēdi cadit cauſa.hoc eſt rem quā petit amittit:nec ſuccurritur ei de facili a pretore per in integrum reſtitu.niſi fuerit minor.Si enim minor.xxv.annis aliqua facilitate lapſus plus petierit.tunc cauſa cognita ſuccurritur ei:ſed in maioribus plus petentibus nullo modo ſuccurrebatur quin a cauſa caderēt niſi haberent magnam ⁊ iuſtam cauſam erroris:tūc enim parcēdū erat eis.⁊ de hoc ponit duo exēpla. Primū eſt qn̄ aliq̄s maior petebat totū legatū puta petebat legatū relictū ſibi in teſtamento ⁊ per errorē cū aliq̄ pars legati vel forte ſolida legata in codicillis eſſent adempta:quia tamen ignorauit ſuccurrebatur ei.Secundum exemplum eſt.in maiore qui integra legata petebat ⁊ tamen tota erant legata ita q locus erat falcidie.hoc erat olim in quolibet genere petendi plus:ſcilicet q cadebat a cauſa niſi iuſtam cauſam haberet. vt ſupra dictum eſt:ſed hodie non eſt ita:vt habetis. ſ.eo.§.Sed hoc quidem antea.

☞

¶ Si quis agens. ¶ Diuiditur principaliter in duas partes.Primo ponit id quod erat de iure antiquo quā

diuiſio.

do plus petebatur. Secundo id quod eſt de iure no=uo. Secunda ibi: ſed hec quidẽ. Itẽ prima ſubdiuidit̃ in tres. Nã primo ponit regulã generalez iuris anti=qui qualit̃ puniat̃ plus petens. Secũdo quot modis dicatur plus petere. Tertio exempla vniuſcuiuſqꝫ. Secũda ibi: plus autẽ. Tertia ibi: veluti. Bretinus.

a ¶ In inten=tiõe ſua .i. in libello vbi erat inten=tio ſua.
b ¶ Plus etiã tempore. vt. ff. de libe. leg. non ſolũ. §. j. ⁊ §. fina. nã pꝰ quattuor modis dicitur. vt. j. proxi. §. ⁊ in om=nibus his locum habet. §. iſte.
c ¶ Amittebat Facit. j. de exce. §. tẽporales (j) ⁊ quod hic dicit in priuato / idẽ erat in fiſco. vt. C. de iure fiſc. l. iuſtas. li=bro. x. Additio (j) Aduertas ꝙ lit=tera ibi dicit ꝙ i=ducie duplicant̃ ⁊ ꝙ poſtea nõ co=gitur litẽ ſuſcipe=re: niſi refectis ſi=bi expenſis ⁊ idẽ dicit tex. in. c. i. ex=tra de plus peti. Angelus.
d ¶ Huic. mi=nori. xxv. annis.
e ¶ Cauſa co=gnita. Bene dicit cã cognita. Nam

¶ Si quis agens in inten=tione[a] ſua plus[b] complexus fuerit ꝙ̃ ad eum pertineat: a cauſa cadebat .i. rẽ amitte=bat[c] nec facile in integrum reſtituebatur a pretore: niſi minor erat. xxv. annis huic[d] enim ſicut in alijs cauſis cã cognita[e] ſuccurrebatur ſi la=pſus iuuẽtute[f] fuerat: ita ei et in hac cauſa ſuccurri ſoli=tum erat. Sane ſi tam ma=gna cauſa iuſti erroris inter=ueniebat vt etiam conſtãtiſ=ſimꝰ[g] quiſqꝫ labi poſſet: etiã maiori. xxv. annis ſuccurre=batur: veluti ſi quis totũ le=gatum petierit: poſt[h] deinde prolati fuerint codicilli: qui=bus[h] aut pars legati adẽpta ſit: aut quibuſdam[i] alijs le=gata data ſint: q̃ efficiebant vt plus petijſſe videret̃ peti=tor ꝙ̃ dodrantem: atqꝫ ideo lege falcidia legata[k] minue=bantur[l].

¶ Sũmatus ẽ iſte §. ſupra:

omnes in integrum reſtitutiones cauſa cognita per=mittuntur. vt. ff. de in integ. reſt. omnes.
f ¶ Iuuentute. Id eſt facilitate ſua. idẽ multo ma=gis ſi dolo aduerſarij. vt. ff. de mi. l. i.
g ¶ Conſtantiſſimus. quia errauit in facto in quo prudentiſſimi fallunt̃. vt. ff. de iu. ⁊ fac. igno. l. ij.
h ¶ Quibus. ſcilicet codicillis.
i ¶ Quibuſdam alijs. Scꝫ legatarijs.
k ¶ Legata. ſcꝫ ea que ſibi in teſtamẽto relicta ſũt.
l ¶ Minuebantur. Nam tot erant legata: vt lex fal=cidia locum haberet .i. oportebat vt legata defalcarẽ=tur ad hoc vt haberet heres falcidiam: quia dodran=tem excedebant. vnde heres debet detrahere falcidi=am. vt. j. ad. l. fal. §. primo.

¶ Plus autem quattuor modis. Caſus. ¶ Domine ſ. dixiſtis ꝙ quicunqꝫ petebat plus quocunqꝫ genere petendi plus cadebat a cauſa et rem amittebat niſi iuſtus error eum excuſaſſet. Sed domine cum plus pluribus modis peti poſſit dicatis michi quot mõis plus petitur? Ad hoc hoc reſpon. dñs iuſti. ſic. Quat=tuor eñ modis plus petitur re: tpe: loco: cauſa. Re vt ſi ille cui debentur. x. petat. xx. vel. xxx. vel ſi ille cuius fundus eſt pro parte totum petat petit plus re. Tem=pore de hoc habuiſtis exemplum de eo cui aliq̃d de=betur in diem vel ſub conditione ſi ante diem vel cõ=ditionem exiſtẽtem petat. ¶ Loco plus petitur. Su=pra vidiſtis duo exempla in quibus petitur. ſ. re ⁊ tẽ=pore. Modo videatis exemplũ de eo qui plus petit lo=co. ⁊ eſt exemplum in eo qui quod certo loco ſtipula=tus eſt ſibi dari petit in alio loco nulla facta cõmemo=ratione de loco in quo promiſit ꝓmiſſor: vtputa ſi ali=

tamẽ ſpecialiter hoc habet. Plꝰ petit̃ q̃tuor modis ſcilꝫ re: tpe: loco: ⁊ cã: ⁊ prio tres primos modos exemplarit declarat. h. d. Angelus.

¶ Plꝰ aũt q̃ttuor[m] modis petitur: re: tpe: loco: et cauſa ¶ Re: veluti ſi q̇s p. x. aure=is q̇ ei debebant̃. xx. petierit aut ſi is cuiꝰ ex parte res ẽ totã eã vel maiorem partẽ eſſe ſuam intenderit. Tẽpo=re: veluti ſi quis ante diẽ vel ante cõditionẽ petierit: qua enim ratione qui tardiꝰ ſol=uit ꝙ̃ ſoluere deberet / minꝰ ſoluere intelligit̃: eadem ra=tõe[n] qui p̃mature petit plus petere[o] videt̃. Loco plus pe=titur: veluti cũ q̇s id qđ cer=to loco ſibi ſtipulatꝰ eſt alio loco petit ſine[p] ꝯmemoratio=ne illiꝰ loci ĩ quo ſibi dari ſti=pulatꝰ eſt (verbi gratia) ſi is qui ita ſtipulatꝰ fuerit / ephe=ſi dari ſpondes: rome pure intendat dari ſibi oportere.

quis ſtipulatus fuerit a ticio ali=quid dari epheſi ⁊ illud petat ro=me ſibi dari. iſte plꝰ petit loco eo ꝙ aufert cõmodi=tatẽ vl' vtilitatẽ ꝓ=miſſori quã hũit rõe loci in q̃ ꝓmi=ſit. Unde in iſto caſu habet locuꝫ actio arbitraria loci in qua habe=bitur ratio vtili=tatis que cõpeti=tura eſſet promiſ=ſori ſi ſoluiſſet lo=co illo in quo pro=miſit ſe ſoluturũ. ⁊ iſta vtilitas in mercibus: veluti in frumẽto: oleo: vino: et in alijs mercibꝰ bene ap=paret. Merces eñ in diuerſis regio=nibꝰ diuerſa ha=bent precia. vnđ ſi decem modia frumenti ꝓmiſi tibi epheſi ⁊ tu petas ea rome aufers michi ma=gnam vtilitatem Modiũ enim qđ nõ valebat epheſi niſi decẽ valet forte rome. xv. vl'. xx ⁊ iſtius vtilitatꝫ habebit̃ rõ. Sꝫ dñe q̇d diceṫ vos de pecunia? rñ. idẽ dico tibi de pecunia: q2 plꝰ expedit ꝓ=miſſori pecuniã ſoluere in vno loco ꝙ̃ in alio. eo ꝙ in vno loco põt pecuniã ſub leuioribus vſuris hr̃e ꝙ̃ in alio. Sed q̇d ſi is qui alio loco certo ſibi aliq̃d dari ſti=pulatꝰ eſt eodẽ loco pecuniã petat quo ſibi ꝓmiſſa ẽ? Rñ. tũc recte agit nec habet locũ arbitraria loci. quia loci cõmoditas eſt ſalua ꝓmiſſori. h. d.

m ¶ Plus aũt. Ut oĩbus his modis a cã videatur cadere iure antiquo. vñ iſti q̃ttuor modis plꝰ petendi patẽt in hoc v̄ſu. Plꝰ petit̃ cã: vel tpe: reqꝫ. locoqꝫ. — Plꝰ petiturquattuor modis. Uerſus
n ¶ Ratione. a ſimili per contrarium.
o ¶ Petere. vt hic. ⁊. ſ. de fideicõ. §. non ſolum.
p ¶ Sine cõmemoratiõe .i. ſine vtilitate rei debite. vel intereſſe rei: nã eſt habẽda ratio eius vtilitatis ſi ſua interſit in loco deſtinato potiꝰ ꝯuenire. (j) Uel dic cõmemoratione .ſ. mentionẽ faciente de ipſo loco. nã ipſum locũ vbi erat facienda ſolutio in libello ponere debet. ſic peto. x. vt michi ſoluas hic vel vbi ſoluere ꝓ=miſiſti. vt hic. ⁊. ff. de eo qđ cer. loc. l. ij. §. fina. poſt hec: niſi ſoluat poterit eũ conuenire vbicũqꝫ voluerit: dũ=modo cõuentus habeat ibi forum / non al's. vt. ff. de iu=di. l. heres abſens. in fi. Sed Pla. dicit ꝙ. ſ. vbicũqꝫ po=terat eũ cõuenire / põt etiã ibi vbi nõ habeat forum. ⁊

eſt pro eo.ff.de iudi .l.eum qui.⁊.ff.de conſti.ſi duo.§. ſed et certo. Sed certe quod dictis legibus dicitur: vt quolibet loco poſſit conueniri: verū eſt idoneo vbi conuentus habeat forum.vt.ff.de mu.et ho.l.vt gradatim.§.i. Additio.(i) Querit Johan.fab.ſi eſt notoriū ꝙ vtilius eſt debitori ſoluere in loco vbi agitur ꝙ̄ in loco cōuento: nūquid tūc debeat actor mentionē facere de loco conuento? ⁊ dicit ꝙ ſic. quia petitio ſemꝑ debet narrare formas obligationis vt.i.ꝑxi.§.in fine. itē quia aliquando expedit et facilius eſt debitori ſoluere quod dānoſius eſt ſibi.i.eo.§.preterea.in fi. igitur. Ange.

a Adimit.i. adimere deſiderat: non tamen adimere poteſt.

b Arbitraria id eſt vtilis certi cōdictio ex ſtipulatu vbi ſtipulatio itercesſit: vt h̄ fuit. vel vtilis certi cōdictio ex mutuo vbi mutuum erat datum certo loco reddendum. Uel vtilis actio ex teſtō vbi legatū ē dādū certo loco. nec em̄ eſt ꝓpriū nomen actiōis. vt ff.de eo quod cer.lo.l.ij.§.hec autē actio.et.l.ſi heres et.l.aut ſi mutua. Accurſius.

c Proponitur.id eſt tribuitur vel datur. vt.ff.de eo quod certo loco.l.ſi epheſi.

d Promiſſori. Sꝫ ⁊ actoꝝ vtilitas attēdit̄: ⁊ vtriuſq̄ vtilitas ſimul attēdit̄. vt.ff.ď eo qđ cer.lo.da.opor.l.ij.i.rn̄ Additio. Dic ꝙ inteſſe rei ſi ꝯueniat̄ in alio loco ſemꝑ eſtimat̄: ſꝫ nō actoꝝ: niſi reꝰ fuiſſet i mora vel culpa. vt notat glo. Bar. ⁊ docto.in.d.l.ij.in ꝑnc. Ange.

e Pura.i.nō habita mentione vel rōne loci vbi erat facienda ſolutio. vt diximus.s.eo.§. Accur.

Huic aūt qui plus loco. Caſus. Supradictū eſt ꝙ quocūq̄ gn̄e plus petēdi oliꝫ plus petebat̄ cadebat a cā ⁊ rē amittebat plus petēs: qualr̄ aūt plꝰ petebat̄ re vel tꝑe vl' loco dictum ē ſupra. Modo dicit iuſti. qualr̄ plus petit̄ cā. ⁊ de hoc pōit duo exēpla. vnū in iſto.§.⁊ aliud in ſeq̄nti. Prim̄ exem̄ eſt tale. Si q̇s ē ſtipulatus ſtichū aut decē vel vigīti aureos ⁊ poſtea petit ſtichū ꝑciſe plꝰ petere cā vr̄. Habuit eni electionē ꝓmiſſor ſoluendi decē vel ſtichū. vn̄ cū ꝑciſe petat vnū adimere ſibi vr̄ electionē. ⁊ ita plus petere cā videt̄. ⁊ ita oli cadebat a cā. Quid ḡ dꝫ facere ſtipulator. q̇d petet? rn̄. ſm̄ qualitatem ꝯctus dꝫ facere libellū. ⁊ hoc eſt optimum verbum quotidianū. hoc eſt eodē mō quo ſtipulatus eſt. vnde q2 ſtipulatus eſt alternatiue. ⁊ alternatiue dꝫ libellum ſuum conficere vel formare. h.d.

Ideo aūt plus petere intelligit̄: q2 vtilitatē quā habere promiſſor: ſi epheſi ſolueret adimit[a] ei pura intētiōe ꝓpter quā cāꝫ alio loco petēti arbitraria[b] actio ꝓponitur[c]. in q̄.ſ.ratio habet̄ vtilitatisq̄ ꝓmiſſori[d] cōpetitura fuiſſet ſi illo loco ſolueret q̊ ſe ſoluturū ſpopondit. Que vtilitas plerūq̄ in mercibꝰ maxime inuenitur: veluti vino: oleo: frumēto: que ꝑ ſingulas regiones diuerſa habēt precia. Sꝫ ⁊ pecunie numerate nō in oībus regionibꝰ ſub eiſdē vſuris feneran tur. Si q̇s tn̄ epheſi petat.i. eo loco petat quo vt ſibi detur ſtipulatus ē pura[e] actione agit recte. Idq̄ etiā ꝑtor mōſtrat.ſ.q2 vtilitas ſoluendi ſalua eſt promiſſori.

Sūmatꝰ eīt iīte.§.ſupra in ſpecialiter hic declarat ꝑ exempla qualiter plus petitur cauſa. vn̄ nota ꝙ in alternatiuis ꝯctibꝰ in dubio eſt electio debitoris. ꝯcor.l.plerūq̄ in fine.ff.de iur.do. Af

Huic aūt qui loco plus petere intelligit̄ ꝓximꝰ ē is qui[f] cā plꝰ petit: vt ecce ſi q̇s ita a te ſtipuletur. hoiem ſtichū aut.x.aureos dare pondes: deinde alterū petat: veluti hoiēꝫ tantū: aut.x.aureos tantum. Ideo autem amplꝰ petere intelligit̄: q2 ī eo genere ſtipulatiōis ꝓmiſſoris eſt electio[g] vtrū pecuniā an hoiem ſoluere malit. qui igitur pecuniam tantum vel hominem tm̄ ſibi dari oportere intendit: eripit[h] electionē aduerſario: ⁊ eo mō ſuam quidem cōditionē meliorē facit[i]: aduerſerij vero ſui deterionem. Qua de cā talis ī ea re ꝓdita[k] eſt actio: vt q̇s intendat hominē ſtichū aut aureos.x. ſibi dari oportere

f Huic autem. Qui cauſa. Hanc cauſam electionem iam vocabit.

g Electio. niſi cū iam vnum interſit tūc alterū qđ ſupereſt preſtabit. vt.ff.de eo qđ certo lo.l.nō vtiq̄. Et facit ad hunc.§.ff.de iure do.l.plerumq̄.in fi.

h Eripit.i.eripere vult.

i Facit. Id eſt facere vult.

k Prodita ē. Id eſt data. Et ē actio ex ſtipulatu hoc mō.ſ. alternatiue ꝓponenda: vt dicitur hic.

Preterea ſi aliquis gn̄alit̄. Caſꝰ Tu habes vnū exemplū de eo q̄ plus petit cauſa. Hic ponit dn̄s iu. aliud exemplum de eodē plus eniꝫ petit cauſa iſte cui homo in gn̄e promiſſus eſt ſi hoiēꝫ certū petat. ⁊ ſilr̄ eſt i vino ⁊ in purpura ⁊ i aliis. Generaliter em̄ qn̄cunq̄ aliq̇d debetur ī gn̄e ſi certū quid petat̄ plus petivr̄. Videt̄ em̄ ꝓmiſſori adimere electionē. vel ad minus hoc facere intendit. Dicere aliquis hoc verꝫ eſt qn̄ aliq̇d ī genere ꝓmiſſum eſt. ⁊ ille cui ꝓmiſſum eſt certum petit. quia tunc ſi precioſiſſimuꝫ petat plus petere cauſa videt̄. Sed quid diceretis vos dn̄e ſi aliquid in genere eſſet ꝓmiſſum. ⁊ ipſe preciſe petat illđ qđ viliſſimuꝫ ē i illo genere videt̄ ne plus petere. Et rn̄. ꝙ ſic. quia adhuc electionem ſoluēdi promiſſori adimere videt̄. Sepe enim accidit vt ꝓmiſſori facilius ſit ſoluere illud qđ maioris precij eſt. Omnibus iſtis modis dicitur plus peti. ex quocunq̄ iſtoꝝ modorum plus petebatur: cadebat plus petēs a cauſa. Hodie nō eſt ſic. vt ptꝫ in ꝓximo.§. Sed hoc quidē antea ⁊c̄. Ab illo.§.ſi quis agens. vſq̄ nunc ſolum habuiſtis ꝙ quattuor ſunt modi plus petendi. et quicunq̄ aliquo iſtorum modoꝝ plus peteret: cadebat a cauſa ſua ꝓpter qđ dicit dn̄s iuſti. ꝙ hoc videt̄ iniquuꝫ ⁊ correctione dignum. Et dicit hoc antea in vſu fuerat. Sꝫ poſtea lex zenoniana ⁊ nr̄a ꝯſtō hoc artauerunt. Et hodie obtinet ꝙ nullus a cauſa cadat: niſi qui plus petit tēpore aut alio mō. Sꝫ ſi plus petat̄ tꝑe: tunc in penā petis plus tempore duplicabuntur inducie. ita ꝙ ſi illud quod poſt annum debebatur incontinenti petat. non poterit illud petere: niſi poſt biennīū. et etiam neceſſe habebit adhuc ſoluere omnes expenſas quas in lite reus fecerit. Si autem re vel loco vel cauſa plus petat. reſpon. imperator ꝙ tunc omne damnum quod ſuſtinebit reus per pluris petitionē reſarciet ſibi actor in triplum. hoc dicit.

a ¶ Preterea. hoc eſt aliud exemplum qualiter cau ſa plus petatur.
b ¶ Tollit. id eſt tollere vult.
c ¶ Maior ꝑcij ē. facit ad hoc. ff. lo. itē q̄rit. §. j. et. ff. de cōdi. et de. qđ traditū ē. ⁊ .l. ſeq. ⁊ .ff. de in diē adiec. l. ſi venditor. §. ſed ſi neut. ⁊ .ff. de vſu ⁊ habi. l. fiñ. ⁊ .ff. de vſufru. hactenus. §. fina. et. l. ſeq.

id eſt vt eodē modo peteret quo ſtipulatus ē. Preterea[a] ſi quis generaliter hoīez ſtipulatus ſit. et ſpecialiter ſtichum petat: aut generalit vinum ſtipulat⁹ ſit: et ſpecialit campanū petat: aut generalit purpurā ſtipulat⁹ ſit: deinde ſpālit tyriā petat: plus petere ītelligit: q2 electiōez aduerſario tollit[b]: cui ſtipulatiōis iure liberū fuit aliud ſoluere ꝗ3 qđ peteret. quinetiā l3 viliſſimū ſit qđ q̄s petat: nichilomin⁹ plus petere ītelligit: q2 ſepe accidit vt ꝓmiſſori facili⁹ ſit illud ſoluere quod maioris [c]precij eſt.

¶ Sūmarius eſt in §. Siqs agens tamē ſpecialiter hoc haber. Hodie cōtra pluspetentem tempore duplicatur induciē: ⁊ fit condēnatio ad omne dānum litis: petēs ꝓ plus alijs modis i. triplū ſumpt⁹ quē ſuſtinuit reus litis noīe ē ꝯdēnand⁹. h. d. Ang.

d ¶ Sed hec q̄dem. Sc3 q̄ diximus vt pluspetēdo cadat a tota cā. vt ſ. eo. §. ſi quis agēs. Additio. Et conſulit do. Jaſō. ad euadēdū iſtas penas q̄ in libello ſēp adijciat illa ſalutaris clauſula: ſaluo iure ſupfluitatē
e ¶ Lex zenoniana. ſcil3 greca. quā nō habemus
f ¶ Et noſtra. Sc3 greca: quam non habemus.
g ¶ Conſtitutio ſc3 greca: vt diximus: cuius ſnīa ē vt tēp⁹ debeat duplicari conuēto: ⁊ oēs expēſe ſibi reſtitui vt. j. de excep. §. hodie autem.
h ¶ Quātitate. et ſic re.
i ¶ Alio modo id eſt loco. vt cā vt ſ. §. pl⁹ aūt. Ac.
k ¶ Diximus. vt ſ. e. §. tripli. et ibi huius noſtre conſtitutionis grece ſnīa recitat. Sed ſi nō ſolū petijt: ſed etiam cautionē exegit poſt litē ꝯteſtatā amittit debitū etiam hodie. vt. C. de plus pe. l. j. q̄ eſt huic ꝯria. Si añ litem conteſtatē peniteret nō punitur: quia non petit: ſed petere vult. vt. ff. rem ra. haber. l. amplius nō peti. vt in. d. l. C. de plus pe. l. j.
l ¶ Puniat. ſ. cōdictione ex lege illa greca cuius effectum habuimus. ſ. e. §. tripli. ⁊ in hoc. §. plus autem.
¶ Si minus. Caſus. ¶ Vidiſtis iam de eo qui plus petit qualr puniebat olim. ⁊ qualr hodie punit. Dñs iuſti. nichil volēs dimittere indiſcuſſū adhuc tractat de eo qui minus petit q̄d iuris ſit. ⁊ dicit q̄ qui minus petit hoc pōt facere ſine periculo. ⁊ in eodē etia3 iudicio plus petere pōt: q2 ex ꝯſtōne bone memorie zenonis fuit hoc introductum q̄ ille qui minus peteret poſſet in eodem iudicio plus petere. Et ſcire debetis q̄ hec materia illius. C. de eden. l. edita actio. et ea que ſuper repetitione illius. l. dicunt pñt hic reperi. Quidā autē per §. iſtum voluerūt dicere q̄ emēdatio libelli ⁊ mutatio poſſit fieri vſq3 ad ſnīam diffinitiua3: quia vſq3 ad ſententiam diffinitiuam ſemper manet idem iudiciu3. Doctores tamen noſtri in hoc reſidēt omnes q̄ ante litis conteſt. poteſt fieri emendatio ⁊ mutatio. et lrām iſtam ita intelligunt in eodē iudicio. i. ante litem conteſtatam. vel ſic in eodem iudicio. i. apud eundem iudicē non in eadem inſtantia iudicij. Vocatur tñ iudicium idem propter identitatem iudicis ⁊ cauſarum.
¶ Si minus. ¶ Diuidit in duas partes. Primo qñ minus petijt. Scđo qñ aliud pro alio per errorē petijt: Secunda ibi: ſi quis aliud. Areti. Diuiſio
m ¶ In intentione. ſc3 in libello intētionis: et hoc per errorē. ſi ei ſcienter donare ꝑſumit ſ3 quoſdā. Sed ꝯ puto q̄ nūq3 donare ꝑſumit: niſi tūc qñ traditio fieret ab eo qui donare ꝑſumit. vt. ff. d regul. iu. l. cuius ꝑ errorē. hic aūt nō erat datio: ſ3 quedam abſtinētia. Vñ ſiue de reliquo ſciat q̄ agit ſiue nō tpe cepti iudicij locū h3 §. iſte. Additio. Iſta glo. in ſe ⁊ relata ad textū nrm eſt ꝯa. ⁊ ſm Jac. vnica ⁊ ſingularis: non tñ eſt ſimpliciter ꝯa inquantū dicit nunq3 ꝑſumi donatione niſi inueniat traditio. ꝓſequere vt ꝑ eū. Donare nemo ꝑſumit.

¶ Sed hec quidē[d] antea in vſu fuerat: poſtea vero lex zenoniana[e] ⁊ noſtra[f] rem coartauit. Et quidem tempore plus fuerit petitum: quid ſtatui oporteat. zenonis diue memorie loquitur conſtitutio[g]. Si n autē quātitate[h] vel alio modo[i] pl⁹ fuerit petitū: om͂e ſi quod forte damnū ex hac cauſa acciderit ei contra quem plus petitū fuerit ꝯmiſſa tripli ꝯdēnatiōe (ſicut ſupra diximus[k]) puniat[l].

¶ Petes minus q̄3 ei debeatur poteſt coram eodem iudice reſiduu3 petere. Arc.

¶ Si minus in intentiōe[m] ſua complexus fuerit actor q̄3 ad eum pertineat: veluti ſi cū ei decē aurei deberent q̄nq3 ſibi dare oportē itēde rit: aut ſi cū tot⁹ fūd⁹ ei⁹ eēt partē dimidiā ſuā eſſe petierit: ſine periculo agit. In reliquū vero nihilomin⁹ iudex aduerſariū in eodē iuditio[n]

n ¶ In eodē iudicio. i. qñcūq3 añ ſnīam reliquū petieru ſine noua cōteſtatione ſm q̄ſdā vt hic dr: et hoc ꝓpter duas rōes falſas. Vna q2 pōt emēdare libellu3 qñcunq3 añ ſnīam vt dicūt ⁊ eſt ꝓ eis. ff. de noxa. in delictis. §. ſi detracta. et ſic ītelligūt. C. de edē. edita. Altera rō eſt: q2 ſm eos etiā ſi non petat vel ꝓbet hoc actor: tñ iudex ſi ſcit/ debet ſm ſuā conſcientia3 condēnare reum. et eſt pro eis ad hāc rōnem. ff. fini. regū. l. ſi irruptione. §. ad officiu3 et in hac ſententia fuit dñs M. Sed certe ſm Jo. poſitū eſt falſum ⁊ due rōnes male. Nā nō pōt q̄s immutare libellū: niſi vſq3 ad litē conteſtatā: nec etia3 hodie poſt datū libellū: q2 ſic dicit aut. q̄ non habet neceſſe in primo libello ꝑſiſtere. vt in aut. de liti. §. omnem. colla. viij. Itē q2 nō videt in iudiciū veniſſe qđ poſt litis conteſtationem ꝯtingit. vt. ff. de iudi. l. non pōt. et. ff. de excep. rei iudi. cū q̄ritur. et. l. egi. Nec ob. quod hic dr: et qđ dicit eodem iudicio. Nam dic. i. coram eodem iudice: ⁊ ab eodem actore ⁊ reo. Nam et propter hanc cauſam. ſ propter idētitatem perſonarū: etiam vbi prorſus aliud petitur: tñ dicitur iudicium idem: vt. j. proxim. §. Item non obſtat. ff. de noxa. in delictis. §. ſi detracta. quia ibi ex eadem cauſa ⁊ eadem actione et ad ide3 agebatur: licet eſſet variatio in quodam bñficio: quod dñs habet per. l. vt poſſit pro noxa. dare. vt. j. de noxa. act. §. ſumma. et. ff. de re iudi. miles. §. j. Item alia ratio non eſt bona: quia non ſm conſcientiam ſed ſcđm allegata debet iudex iudicare et pronunciare. vt. ff. de offici preſi. illicitas. §. veritas. niſi habeat conſcientiam.

Libellū datum mutare nō licet.

Iudicium dr idē ꝓpt ꝑſonaꝝ idētitatem.

Iudex non ſm ꝯſciam d3 iudicare.

Nota fm Ja. q iudex qui ē ſu p legē vt papa impator vel princeps:cu iudicium habet p lege dz ſecū fm ſciam ſuā iudicare quā: tercūq eā hēat ſiue ex actione ſiue non:alias peccaret. Itē no. q ex ecutor tenet ex eq ſniaz et Z pro priā ſci entiā m ſi i cā cri miali z corpali: q tūc iu dex n dz exeq Z. ſuā ſciē tiam vt pulchre p eum.

vt iudex.vt in dicta.l.et.ff.fini.regun. ſi irruptione.§. ad officium.et hoc in ſingularibus iudicijs. Sed qd in vniuerſalibus: Rñ.poteſt in eis adijci quandocunq ante ſententiam.vt.ff.de petit.here.l.iiij.et.l.ſi quo tempore.et ſic intelligitur.C.de ap.l.ſi.§.finali.

a ¶ Conſtitutione.ſcz greca: quam non habemus.

¶ Si qs aliud p alio. Caſ⁹. ¶ Supra vidiſtis quid iuris de eo q plus petit. Sed quid ſi aliquis aliud pro alio petierit vel ſi vnam actionez p alia propoſuerit: Reſpondet q non ppter hoc periclitabit ei aliqd:ſed in eodem iudicio cognita cauſa errorem ſuum corrigere poteſt.z.h.d.

b ¶ Intēderit. ſcilicz ſibi deberi.

c ¶ In eodem iudicio.i.apud eū dem iudicem. et dicitur idem iudicium propter idēntitatem perſonarum z iudicis.tamen vere aliud ē. Sed nunquid noue dilationes dabuntur: Rñ.ſi poteſt eſſe inſtructus ex petitione pma: etiam ad ſecundam non dabuntur:cum neceſſarie nō voluntarie ſunt dande dilationes.vt.C.de dila.l.j. Nā ſi primo egit actione vi bonorum raptorum: z poſtea mutetur z agatur actione furti:ſatis poteſt eſſe reus inſtructus. Si autem ſūt diuerſe petitiones vt in hoc §.dicitur:noue dilationes dande ſūt.vt.C.de dila.l.j. Item nunquid iterum de calumnia iurabitur: Rñ. ſic:quia poteſt et in hac cauſa calumniari.vt.ff. de dā. infec.l.qui bona fide.§.antepe.z penul.

d ¶ Corrigere. Nota q permittitur alicui errorem ſuum corrigere. Sed nunquid in veteri habet neceſſe perſiſtere: Rñ.non fm hanc.l. Sed hodie contra.vt in aut.de lit.§.omnem.col.viij.z ita intentabit veterem et nouam.niſi reo abſoluto in veteri obijciatur exceptio rei iudicate in noua:vt quia ſit eadem cauſa agēdi et eedem perſone z eadem res licet alia ſit actio:vt ff.de iureiuran.l.duobus.§.exceptio.z.ff.de exceptio. rei iudi.l. ſi mater.§.eandem.et.l.cum queritur. Uel niſi actio prima ita ſe habeat ad ſecundam vt electione tollatur:quod in caſibus contingit.vt.C. de fur.l.j. et.C.ſi ſeruus exte.emi ſe man.l.j.et.C.de codi.l.fina. et.C.de pac.inter empt.et ven.l.commiſſorie. et.ff. de tribu.l.quod in heredem.§.eligere.et.ff.de le.ij.l.cum filius.§.varijs.

e ¶ Intenderit.ſcz ſibi deberi.

¶ Sunt preterea actiones. Caſus. ¶ Jam vidiſtis in titulo de actionibus varias et diuerſas diuiſiones actionum. Adhuc etiā eſt alia diuiſio actionū q inuit nobis Juſtinianus z vſq in finē tituli proſequit:et eſt diuiſio iſta talis. Actionū quedā ſunt quibus pſequimur ſolidū:quedā quibus nō ſolidū et quedā quibus minus. Et ponit exemplum dicens q per actionem de peculio aliquando pſequimur ſolidū veluti ſi tempore litis conteſt.tantum reperiatur in peculio deducto omni eo quod de iure deduci debet quantum nobis debetur:et quemadmodum peculiuz intelligi debeat ſuo loco proponemus.hoc dicit.

¶ Sunt preterea. ¶ Diuidit in duas ptes. In pma ponit vnū dictum gñale.vcz q non ois actio eſt pſecutoria ſolidi. Scdo illud p plura exēpla probat. Scda ibi:vt ecce. Item ſecūda ſubdiuiditur. Nā pmo pōit exemplū de peculio. Scdo de dote Tertio quando agitur contra patrem/patronū/ſociū/vel donatariū Quarto quando agit per cōpenſationez. Quito qñ agitur ɔtra illum qui bonis ceſſit. Scda ibi. item ſi de dote. Tertia ibi:ſed et ſi qs cū parente. Quarta ibi:ɔpenſatiōes. Quinta ibi:cum eo q. Legam tñ per particulas vt clarius vnaqueq materia comprehendatur. Areti. diuiſio.

ei condēnat ex conſtitutione[a] diue memorie zenonis.

¶ Si quis per errorē aliud pro alio petierit libellū mutare poterit.h.d.Are.

¶ Si quis aliud pro alio itē derit[b] nihil ei periclitari placet ſed in eodem iuditio[c] cognita veritate errorē ſuū corrigere[d] ei permittit veluti ſi is q hoim ſtichū petere:deberet herotē petierit:aut ſi quis ex teſtamento dari ſibi oportere itēderit[e] quod ex ſtipulatu debetur.

¶ Actiōes omnes:aut ſūt pſecutorie ſolidi aut in qtū quis facere pōt vl in qtum habet:vt probatur in exemplis ſequentibus.z primo i actione de peculio.

¶ Sūt pterea quedā actiones[f] quibus nō ſolidū quod debetur nobis pſeqmur:ſed mō ſolidū pſeqmur.mō minus. ¶ Ut ecce ſi in peculiū filij ſerui ve agam⁹ nā ſi nō min⁹ in peculio ſit qz perſeqmur: inſolidum dñs/pater ve cōdennatur ſi vero min⁹ inueniatur:eatenus cōdennat iudex qtenus in peculio ſit. Quemadmodum autē peculiuz itelligi debeat:ſuo ordine proponemus[g].

¶ In dotis reſtitutione cōdēnatur maritus in qtuz facere poteſt. Aretinus.

¶ Itē ſi de dote in iudicio mulier agat:placet eatenus maritum⁹ cōdēnari debere qten⁹ facere poſſit:id eſt qte

f ¶ Sunt preterea quedam actiones. Innuit hic quandam diuiſionem actionum.ſcilicet q alie ſūt perſecutorie inſolidum:alie non.z hanc pſequitur vſq in fine huius titu.et non eſt iſta diuiſio de.xij. diuiſionibus. Nam prima eſt q alie ſunt in rem:alie in perſonam.vt.ſ.eo.§.oiz. Secunda eſt q alie ſūt ciuiles:alie ptorie.vt.ſ.eo.§.ſed iſte quidez actiones ſunt. Tertia fuit.ſ.eo.§.ſequēs. Quarta.ſ.eo.§.oēs aūt actiones. Quinta.ſ.eo.§.actionū autē quedā ſunt. Sexta eſt q alie ſunt tpales:alie perpetue. Septia q alie ſunt trāſitorie ad heredes:alie nō.vt.j.de perpe.z temp.act.§. non oēs. Octaua eſt q alie ſunt famoſe:alie nō. vt.j.d pe.te.lit.§.pe. Nota q alie ſūt directe:alie vtiles.vt.ff. ſi qua.pau.fe.di.l.pe. Decima q alie directe:alie contrarie.ſ.de obli.q ex quaſi contractu.§.j.et.ij. Undecima q alie ſingulares:alie vniuerſales:alie generales. vt.ff.pro ſocio.l.p ſocio arbiter. Duodecima diuiſio eſt q alie ſūt ſimplices:alie duplices. vt fami.her.cōi di. fini.reg.z quedā interdicta.vt.j.de inter.§.tertia diuiſio. Eſt autem et hec extraua.de qua hic dicitur. Actionū diuiſiones ſunt.xij.

g ¶ Proponemus.vt.j.titu.j.§.cum autem.

¶ Item ſi de dote. Caſus. ¶ Jam vidiſtis exemplum de vna actione que quandoq perſecutoria eſt ſolidi: quandoq non. Modo dabo vobis exemplum de alia actione que quādoq datur inſolidū.quandoq non z eſt exemplum de act.de dote que eſt perſecutoria ſolidi quando maritus ſolidum facere poteſt. Si aūt non habeat vnde ſolidum facere poſſit:tunc debet condēnari inquantum facere poteſt.h.d.

h ¶ Item Maritū.vel eius heredes.ſcz filios cōes. ſecus in extraneis heredibus.vt.ff.ſo.ma.l.etiaz filios mulieris.et.l.maritum.et.l.ſequenti.

Et in hoc ƀdu cẽdo dʒ attendi mod⁹cir ca duo. Primo circa ꝗ̃titatem reſpſide ratꝰ fa cultati s bꝰ r ꝯdi tiõe pſo ne: vt ſi poſſit o perari ⁊ habeat officiũ vel artificiũ ſibi ꝯpu tetẽſiat ƀductio iſtaꝝ o: perarũ. nobilis ſo plus expẽdat ꝗ̃ ruſti: cus. Scƀo circa ꝗ̃ titatem tpis:pu ta ãnoꝝ ĩpꝰma: riti ſm formã.l. hſdita ſe. eã.i pnc. ff. ad le. fal. vt p Jo.fa.⁊ Ja. hic. Impen ſe volũ: tarie an pħta: bradi. Et hꝰ eſt ſpãle in vxore dũ ab a lio cuꝰ volũta: te facte fuiſſent ⁊ re ſua bñrepe tũt.l.iij. al.iiij. ·§·ſimu tua.ff.ƀ ĩrẽ ver.

a ¶ Facultates.vt tñ ipſe maritus nõ egeat. vt.ff. de re iudi.inf eos.et.ff.de reg.iur.l.in ꝯdenatione per ſonarũ.⁊ hoc niſi dolo fecerit maritꝰ:quominus poſſit cautione expoſita ab eodẽ de ſolido ſoluẽdo ſi ad me liorẽ fortunã ꝑuenerit.vt.C.de re.vxo.act.·§·cũ aũt.⁊.ff ſo.matri.l.euã filios·§·lʒ.et.ff.ꝓ ſocio.l.vex ⁊·§·id qƀ. Additio. Itẽ niſi mulier ipſa eſſet paupꝫ:ita vt ad ipſi us victũ tota dos eſſet neceſſaria. Itẽ ſi res dotalis vel alia acqſita ex re dotali extaret: qꝛ nõ hꝫret locũ bñ ficiũ iſtius textus vt per docto. hic.

¶ Propter retẽti onẽ. Caſus. ¶ Iã vidiſtis vnũ caſuʒ in q̃ nõ ꝯſequitur mulier ſolidũ per actionẽ de dote. Hic põit dñs iuſt. aliũ caſũ puta qñ maritus vult retẽ tione ꝓpter ipen ſas factas in dote hoc dicit.

b ¶ Impẽſas. Dic ꝙ ipenſe alie neceſſarie ſũt. vt quibꝰ nõ factis res erat peritura vel deterior futura. Alie vtiles ⁊ qƀꝰ nõ factis res nõ erat peritura:lʒ eis factis res eſt melior futura. Alie volũtarie q̃ tm̃ rẽ exornãt.vt.ff.de ꝟb. ſig. impẽſe.⁊.ff.de ipen.in rebꝰdo.fac.l.j.⁊.l.qƀ dr.·§·vtiles et.l.volũtarie. In pmis ipenſis dic ꝙ minuant dotem ipſo iure ſi cõſiſtat in pecunia ⁊ ſpecie vt ſi e fundus et pecunia in dotẽ data ꝗ̃tũ in fundũ impẽdit:tm̃ i pecu nia ipo iure debeꝛi deſinit. Si ꝟo ſolus fundꝰ in dotẽʒ ſit:tũc ſi tñ expẽdit ſimul vel ex diuerſis vicibus ꝗ̃ti eſt fũdus:tũc ipo iure deſinit eſſe dotalis: niſi mulier infra annũ ſpõte marito ipenſas obtulerit. Si ꝟo non tantũ/nõ deſinit eſſe dotalis:ſed tãdiu totus vel ꝓ pte retinet ꝗ̃diu impenſe reſtituantur.vt.ff. de impen.in rebus do.fac.l.quod dicitur.et.ff.de iu.do.l. ſi quis·§· pe.et ſi.et hoc in neceſſarijs impẽſis. Si autem vtiles ſunt/tunc ꝑ actionem neg.geſt.vel mãdati.ſi mandato mulieris fecit/repetũtur. Uolũtarie nõ repetunt etiã ſi mandato mulieris facte ſunt:ſed abradũtur ſine le ſione prioris ſtatꝰ.vt.C.de rei vxo.act.·§·ſed nec ob im penſas.⁊.ff.de rei vẽdi.in fundo. Et ſm hanc diſtin ctionem hunc·§·intelligas:et qƀ dicit in lr̃a quaſi non denotat ipꝛoprietatẽ ſi ẽ impẽſa neceſſaria vt dictũ eſt. ſed ſi vtilis vel voluntaria nullo modo locũ hꝫ hic·§·

c ¶ Dos. In pecunia conſiſtens.

d ¶ Libris.vt.ff.de impẽ. in re.do.fa.per totũ titu.

¶ Sed ⁊ ſi quis. Caſus. ¶ Preter actiones iã dictas ſunt ⁊ alie quibus ꝗ̃cꝫ ꝓſequimur ſolidũ: qñqꝫ non. Eiuſmodi ſunt ille q̃ dant ꝯtra parẽtes et patronos et contra ſocium. Idẽʒ dico in actionibus que cõpetunt contra eũ qui conuenitur ex ſua donatione.h.d.

e ¶ Sed et ſi quis. Scʒ filius vel libertus qui agũt venia imperata.alꝰs puniuntur.vt.ſ.e.·§·et in eum.

f ¶ Socio. Et ſe confitente ſociuʒ:alꝰs non datur ei hoc beneficium.vt.ff.pro ſocio.ſi vnus·§·vlti. Additio,

qƀ vex intellige ſi pſeueret in negatione vſqꝫ ad lit. ꝯteſta.⁊ negauit i ſpecie eſſe ſociũ:alꝰs ſecus:puta ſi in gñe vt nego narrata ꝓut narrantur ⁊c.ſm docto.hic.

g ¶ Põt.qƀ ſem ꝑ accipe detracto tãto ꝙ poſſit inde viuere conuetus.vt.ff.de reg.iur.l.in condemnatione.

h ¶ Ex donatione. Id eſt qñ non poteſt ſoluere cuʒ donare promiſit.

i ¶ Cõueniat. Scʒ condictione ex lege.vt.C.ƀ do. ſi quis argentum ·§·ſinaute. Et no ta ꝙ hic ſolus con uenitur in q̃ntũʒ facere põt dedu cto ere alieno.vt ff.de re iudi.l.inf eos.·§·j.et.ij.⁊ me lius·§·fina.

---

nus facultatesᵃ eiꝰ patiũtur Itaqꝫ ſi dotis ꝗ̃titati cõcur rãt facultates eius/inſolidũ dãnat.ſi minus intãtũ ꝗ̃tũʒ facere põt. Propt retẽtio nẽ quoqꝫ dotis repetitio mi nuit nã ob impenſasᵇ in res dotales factas marito q̃ſi retẽtio ꝯceſſa ẽ:qꝛ ipo iure neceſſarijs ſumptibus dosᶜ minuit:ſicut ex ratioꝛibꝰ di geſtoꝝ librisᵈ cognoſcere lʒ

¶ In his q̃ttuoꝛ caſibus re us cõdẽnat inq̃ntum facere poteſt. Angelus.

¶ Sʒ ⁊ᵉ ſi quis cũ parẽte ſuo/patrono ve agat. itẽ ſi ſociꝰ cũ ſocioᶠ iudicio ſocie: tatꝫ agat nõ plꝰ actoꝛ cõſeq̃ turꝙ aduerſarius eiꝰ facere põtᵍ. Idẽ ẽ ſi quis ex dona tioneʰ ſua cõueniaturⁱ.

¶ Ratione cõpẽſationis ſe ꝑe minuit ĩtẽtio actoꝛis.an.

¶ Compenſationes quoqꝫ oppoſite plerunqꝫᵏ efficiũt. vt minus quiſqꝫ cõſequatur ꝗ̃ ei debeat. Nã ex bono et equo habita rõne eius qƀ i uicẽ actoꝛem exˡ eadẽ cauſa pſtare opoꝛtet:in reliquũ eũ cũ q̃ actũ eſt eũ ꝯdẽnetᵐ ſicut iam dictum eſt.

¶ Impedit bonoꝝ ceſſio ne fiat inſolidũ ꝯdẽnatio. An.

¶ Cũ eo ꝗ̃ q̃ creditoꝛibꝰⁿ ſuis bonis ceſſit ſi poſtea ali q̃d acq̃ſierit qƀ idoneũ emo lumentũ habeat:ex ᵒ integro id eſt qƀ facere põt credito

---

¶ Compẽſatio: nes Caſꝰ. ¶ Su pra vidiſtis quali ter qñqꝫ per actio nes proſequimur ſolidũ:⁊ qñqꝫ nõ. et hoc ꝑ naturam actionis:vt in ſu perioꝛibus patet. Hic aũt dicit ꝙ ſi mulier per actio nes quandoqꝫ nõ ꝓſequimur ſolidũ ꝓpter cõpenſatio nem factam vel compoſitam ab homine.⁊.h.d.

k ¶ Cõpenſatiões. Plerũqꝫ hoc dicit ꝓpter actionẽ depoſiti:⁊ alias quaſdã in qbus nõ obijcit ꝯpẽſatio. vt.ſ.eo.·§·in bonefidei.⁊.C.de cõpen.l.fina. Accurſiꝰ.

l ¶ Ex eadẽ cã. hodie ex q̃cunqꝫ cã:⁊ in q̃libet ꝯctu bonefidei vel ſtricti iuris.vt.ſ.eo.·§·in bonefidei.

m ¶ Iam dictum eſt.ſ.eo.·§·in bone fidei.

¶ Cum eo quoqꝫ. Caſus. ¶ Adhuc ponit dñs Juſti. nobis aliud exẽplũ actio.in quo exẽplo non ſemper ꝓ ſequimur ſolidũ:ſed aliqñ minꝰ ſolido. Pone ꝙ habe: bã debitoꝛẽ q̃ ceſſit bonis.deinde tñ ad pinguioꝛẽ for: tunã deuenerit.intẽto ꝯ eum actionẽ vtilẽ que michi ante bonoꝝ ceſſionẽ competebat directa:ꝯdẽnabitur ne in iſta actione ſecunda inſolidum:ꝛ Rñdetqꝫ non:ſed inquantũ facere põt. Inhumanũ eñ eſſet ꝙ de poſtea acquiſitis inſoliudm condemnaretur.h.d.

n ¶ Cum eo Creditoribus. qƀ fieri non poteſt antecꝙ̃ debitũ agnoſcat vel in iure ꝯfiteat.vt.ff.de ceſ.bo.l.pe. Prodeſt autẽ hec ceſſio vt nõ reducat debitoꝛ in carce: rem.vt.C.qui bo.ceſ.po.l.j. Et ꝙ in acquiſitio poſtea cõ ueniatur in quantum facere poſſit vt ſubijcit.

o ¶ Ex integro. Uidet ſibi ipſi cõtraria lr̃a ꝙ ex in: tegro et inq̃ntuʒ facere poteſt conueniatur vt ſubijcit. Sed ſic intelligit ꝙ in ſolidum conueniatur ꝗ̃diu põt ſoluere:hoc tamen eſt deducto ſemper ne egeat.vt.ff. de ceſſi.bo.qui bonis.et.ff.de reg.iur.l.in condẽnatio: ne. Additio Uel dic et longe facilius ex integro:id eſt denuo ſiue iterum vt ſit vna dictio:⁊ ita exponunt do: ctores periti. Et hoc.ſcilicet qui ceſſit bonis poteſt ite: rum conueniri ſi perueniat ad pinguioꝛem fortunam: vex eſt:niſi pro eo iam ſuſtinuiſſet penas corporales: vel ceſſionem feciſſet culo nudo ſuper lapidem.de hoc glo.notat in.c.ſicut dignum.extra de homi.et in.c. pec catum.de regu.iuris.in.vj.

Ceſſio bonoꝛũ i duobꝰ ꝓdeſt.

Ceſſiõe bonoꝛũ fa:tanõ ſẽp ꝯue niet qui ceſſit: et ſi adpin guioꝛẽʒ fortunã ꝑuenit.

a ¶ Inhumanū eēt. Bene dico ꝙ incōtū facere pōt deducto ⁊c. ne ꝯueniatur. inhumanum enim ⁊c.

Conti- nuatio. ¶ Quod cum eo ⁊c. ¶ Qualiter conueniamur ex cō- tractibus vel furtis nobiſcum habitis dictum eſt: nūc qualiter conueniamur ex habitis cum his quos i po teſtate habemus. Accurſius.

diuiſio. Quia tamē. ¶ Totus iſte tit. diuidit in ſex partes. Pmo ponit cōtinuationem rubri. Scdo ꝙ filius ⁊ ſeruus equiparent: ideo dictū in vno pōt intelligi dictū in alio. Tertio pſe- quit de cōtractibus ſeruorū qualiter ⁊ incōtū eo- rum dñs teneat. Quarto illud extendit ad filios. Quito ponit vnū in filio qd nō habet locū in ſeruo. Sexto redit ad cōtractū ſerui. Scda ibi: ⁊ quia. Tertia ibi: ſi igi- tur. Quarta ibi: que diximus. Quinta ibi: illud proprie. Sexta ibi: illum in ſumma.

res experiunt ihumanū[a] eēt erat expoliatū fortunis ſuis inſolidum damnari.

¶ Qd cū eo q̄ i aliena ptāte eſt negociūgeſtū eē dicit

¶ Cognito ꝯtractu ſuorū ad obligādū dñz erit cognitū quid de contractu filij ad obligandum patrem.

Quia tn̄ ſuperius[b] mentionē habuim⁹ de actione q̄ in peculiū filiorū familias ſeruorūq; agit: opus ēē vt de hac actione ⁊ de ceteriſque eorūdem noie in parentes dñoſve dari ſolent diligentius[c] āmoneam⁹. ¶ Et quia ſiue cū ſuis negociū geſtū ſit ſiue cū his q̄ in ptāte parentū ſunt: his fere[d] eadē iura ſeruantur: ne verboſa fiat diſputatio[e]: dirigam⁹ ſermonem in perſonā ſerui dñiq;: idem[f] intellecturi de liberis quoq; ⁊ parentib⁹ quorū in poteſtate ſunt. Nam ſi quid in[g] his pprie ſeruet/ ſeparatim oſtendemus[h].

¶ Dñs tenet ex ꝯtcu ſerui inſolidū ſi contrahi iuſſerit vel ipm vel liberum hoiem nauī vel alicui alij negotiationi pponuerit actionib⁹ cognominatꝫ: qd iuſſu ⁊ exercitoria ⁊ inſtitoria. Azo.

¶ Si igit iuſſu dñi[i] cū ſeruo negociū geſtum erit: iſolidum pretor aduerſus dñz actionem pollicetur: ſcilicet quia is qui ita contrahit fidem domini ſequi videtur[k].

¶ Quia tn̄. Caſus. ¶ Supra vidiſtis de natura oīm actionū que naſcūtur ex contractibus qui fiunt cum eis qui ſūt ſui iuris. Modo autem vult tractare de actionibus que naſcunt ex cōtractibus eorum qui ſūt in poteſtate noſtra. ⁊ ideo ſubijcitur hic rubrica. Qd cum eo ⁊c. Et ſubaudi ꝙ rubrica iſta de negocio ſic ſimiliter. ff. ſubaudit. Quia tamen ſuperius. Supra titu. proxi. §. ſi quis cum parente. tractatū eſt de actiōe de peculio que datur contra parentem vel dñm pro contractu facto cum filiofa. vel cum ſeruo: ſed nō plene. ⁊ propterea dicit in hoc loco ꝙ de ea vberius tractare proponit ⁊ act. inde ſumpta tractat de omni negocio quod geſtum eſſe dicetur cum eis qui in noſtra poteſtate ſunt. Dicit ergo ſiue cum filiofa. ſiue cum ſeruo negocium geſtū ſit. ꝙ in omnibus fere eadē natura ſeruatur. ⁊ ſine dubio in quolibet articulo poſſemus tractare et exemplificare de ambobus: q2 tn̄ in his duobus eadē fere natura intelligitur: ne verboſa fiat diſputatio ſermonē noſtrū in perſonam ſerui ⁊ domini dirigamus. Et idem intelligamus in parentibus ⁊ liberis. ⁊ de hoc tractabimus. j. eo. §. illud pprie. arg. eius qd dicitur opus eſt. vt de actione. Als materia ⁊c. Voluerunt quidam dicere ꝙ hoc verbū de peculio eſt propriū nomen actionis nos cōtra: ſed ſūt adiectiones. vt notatur in fine huius. §.

b ¶ Supi⁹. vt. ſ. ti. i. §. actiōes autē. ⁊. §. ſūt pterea.

c ¶ Diligentius. q̄ ſ. dictum ſit. Vel dic diligenti⁹ id eſt diligenter.

d ¶ Fere. hoc dicit ppter macedonianū quod habet locum in filijs non in ſeruis. vt. j. e. §. que dixim⁹. ⁊ propter alios caſus quos ibi dicemus.

e ¶ Diſputatio. Addictio No. ꝯ multos doc. qui legendo ⁊ cōſulendo multa. et multa effundunt cū paucis vti poſſunt contra id quod dr ꝙ gaudent breuitate moderni. nam in multiloquio nō deeſt pctm̄. Facit l. ampliorem. §. in refutatorijs. cum ibi not. per glo. et docto. C. de appel. Ang.

f ¶ Idem intellecturi. Nam ſimiliū eadē eſt diſciplina vt hic. et. ff. de in rem ver. l. iij. §. pinde et. §. quotiens.

Similium eadē eſt diſciplina.

g ¶ In his. ſcz parēte et filio.

h ¶ Oſtendemus. vt. j. eo. §. que diximus.

¶ Si igitur iuſſu dñi. Caſus. ¶ Supra dictuz eſt ꝙ tractandū erat de ac. ſiue ſiue adiectiōib⁹ actionū que competunt propt negocia geſta cum ſeruis ⁊ filijſfa. Videamus igit primo de illa act. que cōpetit propter negociū geſtum cū ſeruo iuſſu dñi. Dicit igit ꝙ ſi aliquis iuſſu dñi cū ſeruo contrahat cum dño cōtraxiſſe videt. Et ideo contra dñm competit ei actio inſolidū hac adiectione ꝙ iuſſu ⁊ inſolidū. Fidem em̄ dñi ſequi videtur qui eius iuſſu cū ſeruo contraxit. Similit poſſet poni exemplum in filio cū quo iuſſu patris contractum eſt: ſed ne verboſa ſit verborum diſputatio: idē intelligas in filio et patre quod dicit in ſeruo ⁊ dño.

i ¶ Si igit. Dñi. ſ. volētis cū ſuo ꝯtrahi ſiue dirigat iuſſum ad ſeruū: ſiue ad ꝯtrahentē cū ſeruo: ſiue ſubſcripſit: ſiue qcūq; modo cōtractū ratū habuit. vt. ff. qd iuſſu. l. i. §. i. et. §. ſed ⁊ ſi ſui cirographo. et. §. ſi ratū.

k ¶ Videtur. Ut etiam ab ipſo domino debitū cōdici poſſit. vt. j. e. §. penulti.

¶ Eadē rōne. Caſus. ¶ Vidiſtis duas actionū adiectiōes inſolidū. adhuc ppt illas duas adiectiōes ꝓponit alias duas. Quarū vna vocatur exercitoria ⁊ alia iſtitoria. Et pmo pōit exēplū de exercitoria dicēs ꝙ tūc ꝯpetit exercitoria cū dñs nauis ſiue nauta q̄ exercere dr ſeruū ſub magiſterio nauis pponuit ⁊ cū ſeruo illo ꝯtractū fuerit: Dat em̄ tūc ꝯtrahēti ꝯ dñz nauis act. exercitoria iſolidū cū ꝓpoſuerit eū inſolidū. ⁊ q̄uis lrā in ſeruo ſuo loquat: idē tn̄ intelligas in ſeruo alieno vel in libero hoie magiſterio nauis ꝓpoſito ſi cuz eo ꝯtcū fuerit ei⁹ rei grā ad quā ꝓpoſitus fuerit. ⁊ ſic trahit exercitoria nomē ſuū ab ipo dño nauis q̄ aliū ꝓpoſuit alicui negocio q̄ exercitor dr: ſꝫ inſtitoria econuerſo trahit nomē ab eo q̄ certo negocio ꝓponit q̄ exercitor appellat. ⁊. h. d. ¶ Inſtitoria ⁊c. Supra vidiſtꝫ qn̄ locū hꝫ exercitoria adiectio. Modo videatis qn̄ hꝫ locū inſtitoria. ⁊ certe hꝫ locū cū q̄s ꝓponit ſuū taberne aut alicui negociatiōi: ⁊ cū eo ꝯtrum fuerit ei⁹ rei gratia cui ꝓponit. Tūc em̄ datur act. contra eū ex eo contractu cum hac adiectione inſtitoria. Qui autem a dño ꝓponit inſtitor appellatur. h. d.

a ¶ Eadem ratione. Quia fidem dñi ſequi videtur. vt.§.proxi.§.in fi. Accurſius.
b ¶ Exercitoria. Que perpetuo heredi ⁊ in heredē datur.vt.ff.de exer.l.ſi tñ.§.fi. (1) Idem in inſtitoria. vt ff.de inſti.l.nouiſſime. Idē etiā de in rē verſo.vt.ff. qñ act.de pec.ē an.l.qſitū.in fi. Additio (1. Dic hoc verū ſi p̄ma actio dabat heredi vel ꝯ hrdē: qꝛ iſte nō ſūt ꝓprie actiones ſꝫ adie=ctiones.vt habet in.d.l.ſi tñ.§.fina. ſm Ange.

Nota ex illo.§.penulti.differentiā qꝛ inſtitutoria habꝫ locum in merce dñica:tributoria in merce peculiari.e: ſi vna egi ⁊ ſuccubui:quia male intentaui poſſum aliā intentare.de quo dic.vt ibi.per glo.Ange.
k ¶ Negociet. Ad oēm quoqꝫ porrigit negociatio=nem.vt.ff.de tribu.l.illud.et.l.j.§.licet.

c ¶ Ei⁹ rei gr̄a qñ dicit ei⁹ rei gr̄a nā ſi ob aliā rē pu ta negocū ſui: vel cū eēt p̄poſit⁹ ad vehēdū on⁹ ⁊ ip̄e accepit mutuā pe cuniā: nō ad vtili tatē nauis: nō te=net dñs.vt.ff.de ex erci.l.j.§.nō aūt.

Queſt⁹ ē lucrū

d ¶ Queſtus.i. ꝓuentus ſiue lu=crū. Sꝫ magiſter appellat cui toti⁹ nauis anchora .i. gubernatio ꝯmē=datur.vt.ff.de ex=erci.l.j.§.magſm autem nauis.
e ¶ Seruum. Uel liberum.vt i fine huius.§.
f ¶ Uocantur. Nota ꝙ inſtitoria a p̄poſito: ſꝫ exer=citoria a p̄ponēte vocatur.vt hic.et §.proximo.§.

Eadē rōne[a] pretor duas alias iſolidū actiōes pollicet: quaꝝ altera exercitoria[b]: altera iſtitoria appellat. Exercitoria tūc habet locū: cū quis ſeruum ſuum magiſtrū naui prepoſuerit: ⁊ quid cuꝫ eo eius[c] rei gr̄a cui p̄poſit⁹ erit ꝯtractū fuerit. Ideo aūt exercitoria vocatur.qꝛ exercitor is appellatur: ad quem quotidian⁹ nauis queſtus[d] pertinet. Inſtitoria tunc locum habet cū quis taberne forte aut cuilibꝫ negociationi ſeruum[e] ſuū prepoſuerit: et quid cum eo ei⁹ rei cauſa cui propoſitus erit cōtractū fuerit. Idō aūt inſtitoria appellatur.quia q̄ negociationibus preponuntur: inſtitores vocantur[f]. Iſtas tñ duas[g] actiōes pretor reddit et ſi liberum quis hominē: aut alienum ſeruum naui aut taberne/aut cuilibet negociationi p̄poſuerit: ſcilicet quia eadem equitatis[h] ratio etiā eo caſu interueniebat.

¶ Si ſeruus ſciente domino i merce peculiari negociat et tñ domin⁹ aliqd recipere debet vocatur i tributū vna cū aliis creditorib⁹. Areti.

¶ Introduxit[i] aliam actionē pretor que tributoria vocatur. Namqꝫ ſi ſeru⁹ in peculiari[l] merce ſciente domino negocietur[k]: ⁊ quid cū eo eius rei[l] cauſa ꝯtractū erit: ita p̄tor ius dicit vt quicqd in his mercibus erit quodqꝫ inde receptū erit: id inter dñm ſi qd ei debebit et ceteros creditores ꝓ rata portione diſtribuat: ⁊ ideo tributoria vocat: qꝛ ipi dño diſtributionē pretor ꝑmittit. nam ſi quis ex creditorib⁹ queratur quaſi min⁹[m] ei tributum ſit q̄ꝫ oportuerit: hāc ei actionē accōmodat que tributoria appellatur.

¶ Ex ꝯctu inito cū ſeruo:

l ¶ Ei⁹ rei cauſa. Nota ꝙ ad hoc vt cōpetat iſta actio oportet ꝙ ſit contractū illaruꝫ merciū cā. alꝰ nō cōpeteret. vt per Angelū hic.
m ¶ Min⁹. hāc actionē tributoriam dicūt qda non dari niſi dñs p̄mo diſtribuat: ⁊ dicūt ꝙ cogit officio iudicis: ⁊ hoc colligitur ex hoc.§.qꝛ dicit minus. Sed dico ꝙ añ ⁊ poſt cōpetit: qꝛ min⁹ tribuit q̄ nihil tribuit.vt.ff.de tribu.l.illo.§.ſi cui⁹ dolo ⁊ ar.ff.de verb.ſig. l.minus.⁊.l.verbuꝫ amplius. ſm Ja.
¶ Preterea introducta. Caſ⁹ ¶ Iā vidiſtis naturā diuerſarum adiectionū vꝫ adiectionis ꝙ iuſſu exercitorie ⁊ inſtitorie ⁊ tributorie. adhuc preter iſtas ſunt introducte a pretore. alie adiectiōes quarum vna vocatur de in rē verſo ⁊ alia de peculio: ⁊ ſūt diuerſe a predictis: qꝛ ſupradicte adiectiōes nūqꝫ hñt locum ꝯ dñm.pro contractu facto cū ſeruo niſi hoc factum fuerit dño volēte: ſed iſte due actiones dantur ꝯ dñm ꝓ contractib⁹ factis cū ſeruo dño ignorante ⁊ nolente adeo ꝙ ſi ſine dñi voluntate negociū geſtum ſit. tñ ſi quid in eius negociū verſum fuerit id totū p̄ſtare tenetur dñs: ⁊ ad hoc pōt agi actione ex illo contractu cum hac adiectione de in rē verſo.ſi aūt non ſit aliquid verſū in rem eius.tunc poteſt dñs cōueniri quatenus eſt in peculio. Deinde docet quid videt verſum in rem dñi: dicens ꝙ illud videtur verſū quod in rē eius neceſſario impendit ſeruus ⁊ de expenſis neceſſariis ponit multa exempla.ſed pone ꝙ ſeruus alicuius qui ſciente domino in negociis peculiaribus negocietur a ticio.x. aureos acceperit mutuo.⁊ quiqꝫ aureos creditoribus ſuis ſoluerit: reliquos vero quinqꝫ alio modo conſūpſerit: pro illis quinqꝫ quos in rē domini conuertit/ debet dominus inſolidum conueniri. Pro aliis vero quinqꝫ peculio tenus dominus cōuenitur. Si autem omnes decem aurei in rem domini verſi fuiſſent decē aureos conſequetur per actionem de in rem verſo. Licet eniꝫ vna ſit actio ſiue adiectio qua de peculio ⁊ de eo quod in rem domini verſum ſit agitur: tamen duas habet condemnationes. Judex ergo coram quo de in rē verſo

¶ Iſtas duas actiones. Caſus. ¶ Supra diximus ꝙ locū hꝫ exercito.ſiue inſtito.cū ſeruum ſuū naui vel taberne vel alteri rei: ſicut certe negociationi dñs prepoſuerit. Iſtas duas actiōes p̄tor reddit ⁊ donat: ⁊ ſi dñs ſeruū alienū vel liberū hoiem alicui negociationi p̄poſuerit: qꝛ eadē rō eq̄tatis in eo caſu iuenit.h.d. Introduxit ⁊c. Preter p̄dictas actiōes ꝙ iuſſu exercito.⁊ inſtito.adinuenit adhuc p̄tor aliā adiectionē q̄ vocat tributoria.⁊ hꝫ locū hec adiectio qñ dño ſciēte ⁊ iubente in mercibus peculiarib⁹ negociat ſeru⁹. Tūc eni ſi aliquis in illis mercib⁹ cū ſeruo ꝯhat ſtatuit p̄tor: ꝙ quicquid ſic in illis mercibus cū ſeruo ꝯctū eſt vel inde receptū ꝙ totum inter dñm ⁊ creditores tributoria agentes diſtribuat.⁊ qꝛ dño permittit diſtribuere ſi contingeret: qꝛ male diſtribueret dñs: ꝓpterea in hoc caſu accōmodauit p̄tor hanc actionē ſiue adiectionem creditori conquerenti de mala diſtributione.h.d. Quidam tñ dicunt ꝙ non hꝫ locuꝫ tributoria contra dñm niſi in eo caſu qñ dñs iam male diſtribuit.tu dic contra.

Jus idē: ſtatuatur, vbi eſt eadem equitas

g ¶ Duas.ꝑ hoc ꝙ dicit duas excludit p̄mā ꝙ iuſſu.
h ¶ Equitatis. Nota ꝙ vbi eadem eſt equitas idem ius ſtatuendum eſt.ſic.ff.ad.l.aqui.illud.et.§.qui.inoſ. ius pa.po.ſol.§.pari ratione.
i ¶ Introduxit. In peculiari merce. hoc caute dicit nō in dñica,vt.ff.de inſti.ſed ſi pupillus.§.pe, Additio.

ſo agitur debet inſpicere an in rem domini verſum ſit an non. Non aliter debet venire ad eſtimationem pe culij niſi aut nichil in rem domini verſum ſit aut non totum. et hoc dicit. Caue tibi a glo. ſignata ſuper illo verbo: licet vna ꝙ eam bene intelligas.

a ❡ Preterea Deqꝫ eo. Caue tibi: quia de duabus actiõib⁹ ſimul di cit. ſ. de pecu. ⁊ de in rem verſo.

b ❡ Patiť. facit ff. de pecu. l. ſi qs fuũ. §. ẽt ⁊ h adiũ ge. §. cetex. q ẽ. ſ.

c ❡ Mercatus erit. facit. ff. de i rẽ ver. l. iij. §. pinde.

d ❡ Ex decem. Quia quot ſũt cõ ſumptii tot dꝫ te neri. vt. ſ. ꝓxi. §.

e ❡ Dãnari de bes. facit. ff. d i rẽ ꝟ. l. ſi ꝑ pte. §. idẽ

f ❡ Licet. hoc punctum qd eſt h ita praue itelligũt quidã: ꝙ qcũ ꝫ a git de peculio vi detur intẽtare il lam formulaꝫ ⁊ a gere ſcꝫ de in rem verſo. vt h. ⁊ ff. de in rẽ ver. l. filiusfa milias. in fi. ⁊. ff. d pecu. l. j. §. eſt aũt. que opinio neceſ ſaria eſſe videtur. Nam cũ de pecu lio agitur: debita peculiaria ꝯputã tur: ⁊ ita qd ſeru⁹ debet dño: et dñs debet ſeruo natu raliter: qa quod ſeruus impendit in rem dñi venit in actione de pecu. vt. ff. de peculi. l. quam tuberonis. §. ſed ⁊ id. quod ni chil aliud eſt ꝗꝫ de in rem verſo agi. ⁊ ita qui agit de pe cu. ⁊ de in rem ver. agit. Sed Jo. dicit ꝙ diuerſe ſunt a ctiones ⁊ actionum formule: nec qui formulam vnius ꝓponit / alterius formulam ꝓponere videtur. Nec ob ſtat. d. i. l. de pecu. l. j. §. eſt autem. quia licet ibi videatur ſub actione ⁊ edicto de peculio actionem de in rem ver ſo proponere: tamen nõ demonſtratur edictum quod ſit de peculio tantum. ſed generale quod dicit de om ni eo quod fit cum eo qui in aliena eſt ptãte vt in ea. l. §. verba autem. Item non obſtat. d. l. filius. in fine: quia quo ad effectum proponit de in rem verſo: qui ꝓ ponit de peculio non quo ad formulam. Et eodẽ mo do expone quod hic dicitur. vna eſt actio de peculio et de in rem verſo. id eſt ille qui proponit actionem de pe culio conſequitur effectum actionis de in rem verſo. Et quod ſubijcit duas habet condemnationes. ſcilicet actio de peculio: vnam ſcilicet pro ſuo effectu: ⁊ aliam pro effectu. ſ. actionis de in rẽ verſo. Ac. Additio. Hec opi. glo. ꝙ ſint diuerſe actiones verioꝛ eſt. quia habẽt diuerſa nomina et diuerſa media concludendi.

*Actio de peculio ⁊ de i rẽ ꝟſo ſũt diuerſe.*

*Textus exponit*

g ❡ Actione. Scilicet de peculio.

dño ignorante teneť dñs d peculio vel in id qd i rẽ ſuã verſum eſt. Et diciť verſũ i rẽ dñi ſi aliqd in rẽ dñi im pẽderit neceſſario: iudex ta mẽ debet pri⁹ iſpicere vtrũ in rẽ dñi ſit verſũ ꝗꝫ de pecu lio cõdennet. Aretinus.

❡ Preterea introducta eſt actio de peculio deqꝫ[a] eo qd in rẽ dñi ꝟſũ erit. vt ꝗꝫuis ſi ne volũtate dñi negociũ ge ſtũ erit: tñ ſiue qd i rẽ ei⁹ ꝟ ſũ fuerit id totũ pſtare debe at: ſiue qd nõ ſit rẽ ei⁹ ver ſũ id eaten⁹ pſtare debeat q̃ ten⁹ peculiũ patiť[b]. In re aũt dñi ꝟſũ intelligiť qcqd neceſſario i rẽ e⁹ impẽderit ſeru⁹ veluti ſi mutuat⁹ pecu niã creditorib⁹ ei⁹ ſoluerit aut edificia ruentia fulcerit aut familie frumẽtũ emerit vł ẽt fundũ aut quãlibꝫ aliã rem neceſſariã mercat⁹[c] erit Itaqꝫ ſi ex[d] decẽ (vt puta) au reis q̃s ſu⁹ tu⁹ a ticio mu tuo accepit creditori tuo qn qꝫ aureos ſoluerit reliq̃s ve ro. v. q̃libet mõ ꝯſũpſerit: ꝓ v. qdẽ i ſolidũ dãnari debe[e] ꝓ ceteris ꝟo q̃nqꝫ eaten⁹ q̃te n⁹ i peculio ſit. ex q. ſ. appet vt ſi toti decẽ aurei i rẽ tuã verſi fuerint: totos decẽ au reos ticiũ ꝯſeq̃ poſſe. Licet[f] enim vna eſt actio qua de pe culio deqꝫ eo qd in rem dñi verſum ſit agitur: tamen du as habet ꝯdẽnatiões. Itaqꝫ iudex apud quẽ de ea actio ne[g] agitur ante diſpicere ſo let an i rẽ dñi verſuꝫ ſit nec aliť ad peculij extimationeꝫ tranſit: ꝗꝫ aut nihil i rem dñi verſũ intelligať aut nõ totũ

❡ In peculio dicitur eẽ id quod ſupereſt dducto eo qd debeť dño dũmodo non de beatur vicario ſerui. Areti.

❡ Cũ aũt queritur ꝗꝫtum in peculio ſit añ deduciť qc qd ſeru⁹ dño[h] ei ve q i ptã te ei⁹ ſit debet: ⁊ qd ſupereſt id ſolũ peculiũ itelligiť. Ali quando t ñ id qd ei dbet[i] ſer uus q i ptãte dñi ſit nõ ddu citur ex peculio: veluti ſi is[k]

❡ Cum autem queritur. Caſus. ❡ In fine ꝓximi. §. habuiſti ꝙ tunc deinde tranſeundũ eit ad eſtimatio nem peculij qñ nichil eſt in rem dñi verſum vel non to tum. Sed domine ꝓ deo dicatis michi qualiter in iſto caſu debuit eſtimari peculium? Frater rñ. cum queriť quantum peculiũ ſit ſolũ qd ſupererit deducto eo qd dño debeť. ⁊ etiã eo qd illis debeť qui i ſua ptãte ſũt vel tutela. aliđ qd ſupereſt dicitur eſ ſe in peculio. h. d.

h ❡ Cum autẽ. Dño. ſcilꝫ debet. Cum enim inſpe cto in re naturali ſeru⁹ liber ſit: ap paret ꝙ naturali ter poteſt obliga ri etiã dño ſuo. vt ff. de cõdi. inde. ſi id quod. et. ff. de pecu. nec ſeruus. et. ſ. de fideiuſ. §. j. Accurſius.

❡ Aliquando ta mẽ. Caſus. ❡ Iã intellexiſtis: ꝙ pe culium intelligi tur illud quod re manet dducto eo quod domino de betur. ⁊ etiam il lis qui in eius po teſtate ſunt: qñqꝫ tamen cõtingit ꝙ dominus non pri mo deducit quod ſeruis ſuis debe tur: puta ſi habeã ſeruum ordinariũ et ipſe habeat ſer uum vicarium. et ordinarius meus debeat michi centum et vicario ſuo. l. ego poſtea con uentus ſum act. de peculio pro contractu ſerui ordi narij prededucam illa centũ que michi debebat pote ro ne deducere illa. l. que ſeruo. ſcilicet vicario debe bat: dicitur ꝙ non. Et ratio huius eſt hec: quia impo net verbis et non rebus. Si enim dominus deduce ret debitum vicarij de peculio ordinarij et illud pone retur in peculio vicarij: hoc nichil aliud eſſet ꝗꝫ vna manu auferre de peculio ordinarij. et alia manu po nere idem in peculio ordinarij cum peculiuꝫ vicarij ſit peculium ordinarij. et hoc dicit.

i ❡ Debet. quaſi dicat et id deducitur quod debet dare ſeruus his qui ſunt in poteſtate vt conſeruis ſuis et filijs domini / et pupillis domini: vt. ff. de pec. ſed et ſi damnum. §. peculium.

k ❡ Si is. ſcilicet cui debetur. puta habeo ſeruum caſtaldum qui ordinarius dicitur qui habet ſub ſe a lium qui vicarius dicitur: ſi ordinarius aliquid debet vicario: ⁊ conuenior de peculio ordinarij non deducaꝫ quod vicario debetur: et eſt ratio in promptu: quia ſi deduco pro vicario adhuc remanet peculium ordina rij: et ita fruſtra fieret deductio; cum ſemper mane ret ordinarij peculium.

*Seruus ordiari⁹ Seruus vicari⁹.*

a ¶ In ipſius.ſcilicet ordinarij.
b ¶ Quod eo ptinet.i.qđ mõ ſub nube dixi obtinet in hoc caſu.
d ¶ Seruus.ſcilicet ordinarius.
e ¶ Eius.Scilicet ordinarij.

¶ Ceteꝝ dubiũ nõ eſt. Caſus. ¶ Dixi Ju. Dñe.ſ. feciſtis mẽtionẽ de adiectiõibus ꝛ duas vltimo poſuiſtis ſcʒ de peculio ꝛ de in rẽ verſo: ſʒ dñe poſuiſtis eas vltimo ꝑpterea qꝛ nõ dant in caſib⁹ in q̃b⁹ alie q̃ttuoꝛ dãt. Fr̃ rñ.dñs iuſt. nõ ĩmo nulli dubiũ ẽ q̃n ille q̃ iuſſu dñi ꝯxit poſſit ẽt đ peculio vel in rẽ v̾ſo agẽ: ſʒ ſtultiſſim⁹ eſſet ſi omiſſa act. ꝙ iuſſu ꝑ quã facile ſolidũ ꝯſeq̃ poſſit trãſeat ad difficultatẽ ꝓbãdi i rẽ dñi verſũ vel ꝓbãdi ꝙ tm̃ ſit in peculio ꝙ ſolidum ꝑ actiones illas conſequatur .h.di.

e ¶ Ceteꝝ.diximus.ſ.in illo.§. ꝑterea.ꝙ is agit de peculio q̃ ꝯhit cũ ſuo inuito vł ignorãte dño.vñ vł ꝙ q̃ ꝯxit eo volẽte:puta iuſſu ſuo nõ poſſet agẽ de peculio ſʒ tñ aliđ eſt.iõ dicit ceteꝝ pro ſed.

Electio, deʒ eẽ de meliori.
f ¶ Szerit ſtultiſſim⁹. Nota quẽ eẽ ſtultũ ſi eligat malũ cũ poſſit eligere bonum.vt in aut.q̃.mo.nat.ef.ſui.§.j.coll.vj.vñ v̾ſus. Qui videt vtilius:ꝛ ſumit deteriora. Abſit ei radius luminis/abſq; mora.

in ipſi⁹ [a] peculio:ſit qđ eo [b] ꝑtinet vt ſi q̃d vicario ſuo ſeruus [c] debeat id ex peculio eius [d] nõ deducatur.

¶ Cui competit actio inſtitoria/vł exercitoria/vł q̃d iuſſu cõpetit etiaʒ de peculio. Et in actione de peculio totius et⁹ quod eſt in peculio rõ eſt habenda: ĩ tributoria ſolũ id circa qđ negociatur qua ꝓpter q̃nq; expedit agi vna:q̃nq; alia. Aretinus.

¶ Ceterũ [e] dubium nõ eſt quin is quoq; q̃ iuſſu dñi cõtraxerit.cuiq; inſtitoria vel exercitoria actio cõpetit: đ peculio:deq; eo qđ in rẽ dñi verſũ eſt agere poſſit. Sed erit [f] ſtultiſſimus ſi omiſſa actiõe q̃ facilime ſolidũ ex cõtractu cõſeq̃ poſſit:ſe ad difficultatẽ ꝑducat ꝓbandi in rem dñi verſũ eſſe:vel habere ſeruũ peculium et tantum habere ſoliduʒ [g] vt ſibi ſolui poſſit Is quoq; [h] cui tributoria actio cõpetit eque đ peculio ꝛ de in rem verſo agere poteſt. Sed ſane huic modo [i] tributoria expedit agere:modo đ peculio/ꝛ de in remverſo. Tributoria ideo expedit agere:qꝛ in ea domini conditio precipua nõ eſt: id eſt quod dño debetur nõ deducit̃ ſed eiuſdẽ iuris eſt dñs cui⁹ ꝛ ceteri creditores At ĩ actione de peculio ãte deducitur [k] qđ domino debetur:ꝛ ĩ id quod reliquũ ẽ eſt creditori dñs condẽnat̃ Rurſus de peculio iõ expedit agere:ꝙ ĩ hac actiõe [l] totius peculij ratio habetur. At in tributoria eius tantũ qđ negociat̃ [m] ꝛ põt q̃ſq; tertia forte parte peculij aut q̃rta:vel etiã minima negociari maiorem aũt partem ĩ predijs vł mãcipijs aut fenebri pecunia habere. Prout ergo expedit ita quiſq; vł hãc actionem vel illam eligere [n] debet. Certe qui põt ꝓbare in rem dñi verſum eſſe:de in rem verſo agere debet.

¶ Dicta de dñis ꝛ ſuis intellegunt̃ ĩ parẽtib⁹ ꝛ liberis.

¶ Que diximus [o] de ſeruo ꝛ dño eadem [p] intelligimus ꝛ de filio/ꝛ filia/ꝛ nepote/ꝛ nepte/ꝛ patre/auo ve cuius ĩ poteſtate ſunt.

i ¶ Modo.id eſt aliquando.
k ¶ Ante deducit̃. Additio Nota ꝙ in actiõe de peculio dominus eſt priuilegiatus: quia ꝑmo ſui debiti ratio habetur.de quo.ſ.eo.§.preterea.Ange.
l ¶ In hac actione.ſcʒ de peculio.
m ¶ Negociat̃.Et qđ inde receptũ ẽ.vt.ff.đ tribu.l. ꝓcuratoris.§.per hanc.et.ſ.eođ.§. introduxit.
n ¶ Eligere.Et poſtq̃ elegerit nõ variabit: vt.ff.de tribu.qđ ĩ heredẽ.§.eligere:niſi fuerit decept⁹ q̃ñ ꝑmũ elegit.vt.ff.qđ cũ eo q̃ ĩ alie.po.l.ſʒ ſi ex parte.§.fi.

Electoꝛ actionis non põt variare

¶ Que diximus oĩa illa ꝛc. Caſus ¶ Que dixim⁹ de illo q̃ ꝯxit cũ ſuo intelligatis ĩ eo q̃ cũ filio vł filia nepte vł nepote ꝯxit h.d. Inde ꝓpe ſeruat̃ ꝛc. Lʒ idẽ ſit de ſuo q̃ ad dñm qđ in filio quo ad pr̃em ꝛ ecõuerſo: aliq̃d tñ ſpãle ẽ in filio qđ nõ hʒ locũ in ſeruo.ſ.ſe.con.mace.qđ ꝓhibet filiofa.mutuari qđ nõ loquitur de ſeruis. Quare ãt ſe.cõ.mace.introductũ fuerit melius habet̃ in lr̃a q̃ in aliqua parte iuris.h.d. Habet̃ hic magnam glo. que nichil aliud facit q̃ enumerare caſus in quibus ceſſat mace. et ſunt ſex.

o ¶ Que diximus. A princ.ti.vſq; huc.
p ¶ Eadem.q̃tum ad actiones ſupradictas: ſed in quibuſdam non conueniũt vt in mutua pecunia.quod dic.vt.j.proximo.§.Item filius poteſt ſubire iudiciuʒ et arbitrium et patrem obligat quaſi ex contractu de peculio:ſed ſeruus non.vt.ff.de pec.l.iij.§.ſi ſeruus.et §.idem ſcribit.et.C.de iudi.ſeruus.(i) Item filius fideiubere poteſt ꝛ patrem de peculio obligare.vt.ff.de pecu.l.iij.§.ſi filius.ſed ſeruus non.ff.de fideiuſſo.l.ſeruus.et.l.ſe.et ꝓpter hoc dixit fere.ſ.e.§. Additio (i). Qualiter autem fiat executio filio condennato.habet̃ .j.titulo.j.§.fina.Ange.

Filius ꝛ ſuus nõ in oĩbus ꝯueniũt

g ¶ Solidum. Additio. Nota ꝙ hñs duas actiones vnã ex qua ſolidũ cõſequi poſſit.ꝛ aliã cũ diminutione: debet intẽtare illã ex qua ſolidũ conſequat̃. Ange.

¶ Ille aũt cui tributoria. Caſus. ¶ Scire debetis ꝙ ille ẽt cui ꝯpetit tributoria põt agere de peculio ꝛ de in rem v̾ſo:ꝛ q̃nq; expedit plus agere tributoria:qꝛ ĩ tributoria nõ hʒ dñs ꝑuilegiũ ꝯductiõis ſeu ꝑdeductiõis ſʒ cũ alijs creditorib⁹ vocat̃ in tributũ aliq̃ñ dicit plus expetit agere de peculio:puta ſi nõ fuerit ꝯctũ in toto pe.ſʒ in quadã merce peculiari q̃ eſt ĩ tertia vel in q̃rta ꝑte peculij. Maior ãt ꝑs peculij nõ ẽ ĩ merce:ſʒ ĩ ꝑdijs et peculijs ꝛ fenebri pecunia:tũc ſi agat tributoria habebit̃ nõ ſolũ ei⁹ merces in q̃ negociat̃.ſʒ eius qđ inde receptũ eſt. Si aũt de peculio agat habebit̃ rõ peculij toti⁹.ꝛ ꝑpterea dʒ q̃s caute ꝓuidere ꝛ eligẽ illã actionẽ q̃ magis ſibi ꝓficere poſſit:ſʒ quicũq; põt ꝓbare in dñi verſum de in rẽ verſo agere põt vel debet.ꝛ.h.d.
h ¶ Is quoq;.facit.ff.de tribu.l.aliquando.

¶ Illud in ſumma. Caſus. ¶ Dixi iuſti. Dñe ſatis dixiſti de natura iſtarum adiectionum. Frater dicit ipſe verum eſt. Adhuc in ſũma debes ſcire ꝙ ſi aliquis cõtraxit cũ filio vel cũ ſeruo iuſſu patris vel domini vel in rem patris vel dñi aliq̃d verſũ fuerit poterit agere cũ patre vel dño acſi cũ eo ꝯxiſſet.ꝛ ab eo ꝯtẽdere directa adiectione vt inſti.vel qđ iuſſu vel alia. Ipſe enim qui

poteſt agere exercito.vel inſtit. poterit agere directa contra dn̄m vel patrem:quia iuſſu ipſoꝝ contraxiſſe videtur. Semper enim qui inſtituit vel preponit quaſi iubere ⁊ velle videtur ꝙ cū eo agereť.⁊ hoc dicit. eo.ff.de nego.geſt.l.mādaſti.⁊.de pecu.l.iiij.§.cui cengruit. Addi. Nota ꝙ iſte actiões ſūt adiectiue nō aū ꝓpriū nomen actiōis. Et idē no.glo.in.l.ſi tn̄ plures.§.fi.ff.de exercito.⁊.in.l.i iij.§.ſi filiuſf.ff.de ꝑcu. An.

a Illud. Aduerſus patrē. Etiam de peculio non teneť pater.vt hic dicit ⁊.C.ad mace.ſi filius.⁊ caute colligiť.C.ne filius pro parte vł pať pro filio.l.i.

b Condici. Scilicet certi conditione non adhibita hac adiectione inſtitoria. Item ⁊ de in rem ꝟſo. vt vt.ff. de in rē ꝟſ. l.i.in princi.

Macedonianū.in.xi caſibus ceſſat.

b Senatus. ſ. ſenatuſcōſultū macedonianum. vt.ff.ad mace.l.i. qđ ceſſat in multis caſibus.ſ.xi. Pri̇o ſi fuerit miles filiuſfa.vt.C. ad mace.l.fi. Itē ſi dixerit ſe patrēfami.vt.C.ad mace.l.i. Item ſi publice paterfa. videbatur.vt.ff. ad mace. ſi quis patrēfamilias. Item ſi fuerit in ſcholis. vt.ff. ad maced.ſed iulianus.§.qđ dr̄.⁊.C. e.l.macedoniani Itē ſi aliȷ̇ creditori ſoluit.vt.ff.e. ſed iulian⁹.§.pe. Item ſi fact⁹ paterfa.debitū primo contractum quocūq̄ modo agnouit vt.C.eo. zenodorus. Item ſi vertit in rē patris.v.ff.e.ſed iulianus.§. proinde ſi acceperit. Item et ſi nō acceperit vt verteret in rē patris poſtea tn̄ vertit vt.ff.eo. ſed iulianus.§.ſed et ſi ab initio. Item ceſſat qn̄ pať conſenſit.vel preſens non contradixit vt.ff.e.ſed iulianus.§.ꝗꝗ.⁊.l.ſi tamen ſciente.⁊.C.eo. ſi permittente. Item ſi poſtea pater ratum habeat.(i)vt.C.e.l. fi. in prin. Item ſi paterfa. factus ſoluere cepit.vt.ff.eo. l.ſed iulianus.§.fina.et.l.ſequen. Al's autem locū habet vt non teneatur pater vel filius:ſiue pecunia fuerit mutuo data:ſiue aliud in fraudem ſenatuſcōſul. vt.ff.e.ſi filiuſfamilias.§.is autem.et.l.ſed iulianus.§.mutui dationem. Additio(i) Dic idem ſi tacite ratum habuiſſe dicatur.vt quia receperat litteras a filio continētes ꝙ pecunias mutuo acceptas ſolueret: et non eſt ſtatim proteſtatus de contraria ſua volūtate vt eſt tex.ſin.in.l.ſi filiuſfa.ff.ad mace. Ang.

Ex cōtractu multi filius non pōt cōueniri nec ei⁹ pater:etiam actione đ peculio propter ſenatuſcōſultū macedonianum. Aretinus.

Illud ꝓprie ſeruať i eorum ꝑſona qđ ſenatuſcōſultū macedonianum ꝓhibuit mutuas pecunias dari eis q̇ in ꝑtāte parētis erunt:⁊ eiq̇ crediderit denegať actio:tā aduerſus ip̄z filiū/filiāve nepotē/neptē ve(ſiue adhuc i ꝑtāte ſint:ſiue morte parentis:vel emācipatiōe ſue ꝑtātis eē ceperit)ꝗꝫ aduerſus ᵃ patrē auū ve:ſiue eos habeat adhuc i ꝑtāte ſiue emācipauerit. Que iō ſena ⁹ ᵇ proſpexit:qꝛ ſepe onerati ere alieno creditaꝝ pecuniarum quas in luxuriā ꝯſumebant vite parentū inſidiabantur.

Actione qđ iuſſu:vł de i rē verſo/vel inſtitoria:vł exercitoria pōt agi directo cōtra patrē ꝟel dn̄m ex cōtractu filii vel ſerui. Aretinus.

Illud inſumma admonēdi ſum⁹ id qđ iuſſu patris do minive ꝯtractū fuerit:quod q̄ꝫ in rem eius verſum erit directo ᶜ quoq̄ꝫ poſſe a p̄re domino ve condici.tanq̄ꝫ ſi pri cipaliter cū ip̄o negociū geſtū eſſet. Ei quoq̄ꝫ qui exercitoria vel inſtitoria actione teneť directo poſſe cōdici ᵈ placet:qꝛ huius quoq̄ꝫ iuſſu contractum intelligitur ᵉ.

De noxalibus actionib⁹

Ex delicto cōmiſſo ꝑ ſeruum dn̄o ignorāte vel ꝓhibere non valente dn̄s teneť noxaliter.qđ eq̄tatꝫ ratio introduxit:ne ex delicto rei ꝓprie qs in plus grauet ꝗꝫ ſit valor dicte rei. Aretinus.

Ex maleficiȷ̇s ᶠ ſeruorum: veluti ſi furtū fecerint ᵍ aut bona rapuerint: aut dānū dederit aut iniuriam commiſerint: noxales actiones prodite: ſunt:quibus dn̄o dānato ʰ ꝑmittitur:aut litis eſtimatiō nem ⁱ ſufferre:aut hūc homi

Qđ inſu.exercitoria. ⁊c.non ſūt actiones: ſꝫ actionū adiectiones.

e Intelligiť Facit.ff.de edē.l pretoꝝ.§.ſi ſeru⁹. et.ff.ſi cer.pe.l.inſtitorem.

Continuatio.

De noxalib⁹ actiōibus. Nō ſolum ex contractibus eoꝝ qui i noſtra poteſtate ſunt cōuenimur: ſꝫ etiā ex delictis ⁊ quia ꝑ eis noxaliter agiť:ideo de noxalibus ponitur. Accur. Ad iſtā ꝯtinuationē facit.l.i.ff.eodē.

diuiſio.

Ex maleficiis. Tot⁹ iſte titul⁹ diuiditus ꝑncipalit i duas partes. Primo ponit qualit deditio pro noxa hꝫ locū in ſeruo delinquente. Secūdo an habeat locum in filiofamilias. Secūda ibi.ſed veteres.

Ex maleficiȷ̇s ⁊c. Caſ⁹. Que ſtuit legiſlatore in quibus habēt locū noxa.act. Et ipſe rn̄.dicens ꝙ introducte ſūt ex maleficiȷ̇s ſeruoꝝ. Et ponit exēplum in littera de diuerſis maleficiȷ̇s ꝑ quibus dantur act.noxales. In.quibus noxa.acti.ſi condemnatus fuerit dn̄s noxaliter conuentus liber eſt ei ſoluere eſtimationē damni vel dare ſeruū pro noxa. Sed dn̄e quid eſt noxa dicit ip̄e? Noxa eſt ip̄m corp⁹ quod delinquit ſiue nocet. Noxia eſt ipſum maleficium proprie loquendo promiſcue tamen vtimur his verbis.ſ.noxia et noxa.h.d.

c Illud. Directo.i.certi cōditione directa nō adhibita hac adiectione de peculio vel de in rem verſo. Sed nūq̇d ſupradicta ſex nomina.ſcilicet ꝙ iuſſu exercitoria:inſtitoria:tributoria:de peculio: ⁊ de in rem verſo.ſunt noīa actionū? Rn̄.q̇dā ꝙ ſic:⁊ faciūt ꝑ eis infinite.ll.q̄ dicunt de ac.de pecu.et ſic de ſingulis: vt ꝑꝫ etiā in rubrica cuiuſlibet ti. Sed Ioh.ꝯtra. Dicit eīn ꝙ ſunt actionū adiectiones nō actiōes:⁊ facit pro

f Ex maleficiȷ̇s.idem eſt eſt ex quaſi maleficiȷ̇s: vt.ff.nau.cau.ſta.l.fi.§.ſeruorum:et de hoc plene diximus.ſ.de act.§.actiones autem.

g Furtum fecerint.ſup.extraneo.et idem in ſequentibus articulis. Nam eum domino talia cōmittendo agi non poteſt.vt.ſ.de obli.ex deli.§.hi qui.et ff.de noxa.cum ſeruus.

h Dn̄o dānato. Neſcienti cū delinqueret ſeruus vel ſcienti tn̄ ꝓhibere non potuit:alioquin inſolidum tenetur.vt.ff.de noxa.l.iȷ̇.⁊.l.in delictis.⁊.C.eo.l.iȷ̇.

i Eſtimationē. Puta decē ad q̄ ſemper eſt obligatus:ſed liberatur dando aīal.ſcꝫ quouſq̄ꝫ actione iudicati cōueniatur.vt.ff.de re iudi.l.miles.§.decem.⁊ ff.de peti.here,item veniunt.§.cum prediximus.

Noxia noxaũ differ

nem noxe dedere. Noxa autẽ eſt ip̃z corpus quod nocuit.i.ſeruus noxia [a] ip̃m maleficiũ: veluti furtũ: damnũ: rapina: iniuria. Sũma aũt ratione p̃miſſum eſt noxe deditione fungi. namq; erat iniquũ [b] nequitiam eorum vltra ipſorum corpora dñis dam noſam eſſe.

Pro delicto ſui dñs liberat dando ſeruũ ꝓ noxa: ⁊ in damnũ paſſo trãſfert dñiũ qđ auocari põt: ſi dñs emendet damnũ ⁊ velit eum manumittere. Aretinus.

Dñs noxali iudicio ſerui ſui noĩe cõuentꝰ [c] ſeruũ actori noxe dedendo liberatur [d] nec minꝰ [e] ꝑpetuũ eiꝰ ſerui dñium a dño trãſfert. Sin autẽ damnũ ei cui deditus eſt ſeruꝰ reſarcierit q̃ſita pecunia: auxilio [f] pretoris inuito dño manumittetur.

Noxalium actionũ quedam ſunt ciuiles ⁊ quedam pretorie. Aretinus.

a Noxia. vnde verſus. Noxia delictũ. delinq̃n noxa vocatur: ſed q̃n q; vno pro alio vtimur.

Summa aũt rõne. Casus. Queſiui a legiſlatore quare fuit conſtitutũ q̃ dñs qui conuenitur ac. noxali poſſit liberari dando ſeruum pro noxa. Frater dicit ipſe hoc ſumma rõne fuit introductum. Iniquum eñ eſſet ſi ſeruꝰ per nequitiã ſuã ſuo dño vltra eſtimationẽ corpis ſui poſſet damnum dare. ⁊.h.d.

b Iniquum. Sed q̃n q; iniquius eſſet factũ alienũ alienis eſſe dãnoſum. ſ3 Io. vt. ff. de fur. ſi ſeruus cõmunis. §. quod vero.

Dñs noxali. Casus. Qđ iã dictũ eſt de noxalibus actiõibus ſufficeret pro toto ti. In. §. tñ iſto dr q̃ ſi dominus conueniatur pro maleficio ſerui dando ſeruum liberatur: ⁊ in iſto caſu licet dñs ꝓ delicto ſerui ⁊ nõ pro facto ſuo ſeruum tradat ipſi actori tamẽ dñiũ transfert in ip̃m actorẽ: ſicut trãſferret dñium ſerui in tradendo ſeruum pro proprio facto: puta ſi vendidiſſet eũ. Uerumtamen ſcire debetis q̃ ſi ſeruus datus ꝓ noxa. q̃ſita pecunia ab inimicis ſuis damnũ velit reſarcire auxilio pretoris manumittetur quod eſt mirabile: ſed hoc eſt in fauorem libertatis. ⁊.h.d.

c Dñs. Serui ſui noĩe. Additio. Nota q̃ dñs tenet noĩe ſerui: ⁊ ita dz fundari libellus. ſm Ange.

d Liberat. ſed cũ ſeruus nõ ſit in obligatiõe: ſed dãni eſtimatio: vt. ff. de re iudica. miles. §. decem. quõ dando ſeruũ liberat: cũ aliud ꝓ alio inuito creditore ſolui non põt: vt. ff. ſi cer. peta. l. ij. §. j. Rñ. ſpeciale eſt quia iniquum eſt ſerui nequitiam vltra ipſius corpꝰ extendi. (j) vt. ſ. eo. §. ſumma. Additio. (j) Uel dic vt dicit Bar. in. d. l. miles. §. j. de re iudi. quia immo ſeruꝰ erat in ſolutione: vnde ipſum ſoluendo liberat. vt ar. l. ſi quis ſtipulatus fuerit. ff. de ſolu. Angelus.

e Nec minꝰ. q. d. licet det pro alio. ſ. ꝓ delicto vel eſtimatione delicti: tñ dñium transfertur.

f Auxilio. Sed nonne iniquum eſt auferri qđ ꝑpetuo ſibi queſitum eſt vt modo dixerat: ⁊ ꝓbatur. ff. re. amo. l. nõ enim? Sed certe ẽ ſpeciale fauore libertatis: ſic et alias. C. de patribus qui fi. di. l. ij. ⁊. ff. ſi ingenuus eſſe di. l. ij. ſic et. ff. de here. inſti. l. pignori. Ac. Additio. Et dicit hic angelus q̃ redimens aliquẽ ab hoſtibꝰ qui hodie intelligũtur infideles / põt eũ retinere loco pignoris: vt ſeruiat ſibi per quinquẽniũ: niſi ſe redimeret. l. ſenatus. §. fiñ. ff. de leg. j. ⁊. l. j. C. de capti.

Sunt aũt conſtitute noxales actiones: aut ligibus aut edicto p̃toris. legibꝰ veluti furti [g] ex lege. xij. tabularũ: damni [h] iniurie ex lege aquilia. Edicto pretoris veluti iniuriarũ et vi bonorũ raptorum.

Omis ad quẽ ſeruus delinquẽs tranſit noxaliter cõuenitur. Et noxaliter etiam quis punit ꝓ delicto liberi hois facti poſtea ſerui. Are

Omis aũt noxalis actio caput ſeq̃tur. nam ſi ſeruus tuus noxiam cõmiſerit [i] q̃z diu in tua ptãte [k] ſit tecũ eſt actio. ſi autẽ in alterius poteſtatẽ ꝑuenerit: cũ illo incipit actio eſſe. at ſi manumiſſus fuerit: directo [l] ipſe tenetur ⁊ extinguit noxe deditio. Ex diuerſo quoq; directa actio noxalis eſſe incipit. nã ſi liber homo noxiã ꝯmiſerit et is ſeruus tuꝰ eſſe ceperit (qđ quibuſdã caſibus effici primo libro [m] tradidimꝰ) in

Sunt aũt cõſtitu. ⁊c. Casus. Ego dixi imperatori. Dñe vellẽ ſcire an actiones ille noxales ꝓcedãt a iure ciuili an a pretorio: ⁊ dicit q̃ ab vtroq; iure ꝓcedũt. Eſt eñ vna ac. noxalis q̃ ꝓcedit a. l. xij. tabu. ſ. act. fur. nõ manifeſti. Eſt et alia noxalis q̃ deſcendit a. l. aq. ſ. dãni iniurie. ⁊ alie ſũt act. noxales q̃ deſcẽdũt a iure preto. veluti vi bo. rap. ⁊ iniu.

g Sũt aũt. Furti. ſ. non manifeſti. Nã actio furti manifeſti ẽ pretoria. vt. j. de ꝑpe. ⁊ tẽ. ac. §. j.

h Dãni. Scilicet actio.

Omnis autẽ. Casus. Scire debetis q̃ omnis actio noxalis caput ſequitur. vñ ſi ſeruus tuꝰ dãnum dederit et poſtea incipiat aliꝰ eũ poſſidere: agitur noxaliter cõtra nouũ dñm ipſum ſeruũ poſſidentẽ: vt ſi manumiſſus fuerit tunc poterit directo conueniri de delicto ſuo: ⁊ ſilr contingit econuerſo plerũq; q̃ ille qui tenebat directo primo ex delicto ſuo poſtea incipiat teneri noxaliter. et de hoc exemplificat dñs Iu. ſatis in littera. ⁊.h.d.

i Omnis autẽ Cõmiſerit. ſcz extraneo.

k In tua poteſtate ſit. vel dolo feciſti quo minꝰ ſit. nam tunc vtilis noxalis locum hz. vt. ff. e. ii bo. ſi. ⁊ l. electio. §. ſi is.

l Directo. hic diſtingue / aut ſeruus deliquit: aut contraxit. Primo caſu ſi in dominũ non tenetur poſt ea factus liber vt. ſ. de ob. q̃ ex deli. §. hi qui. et. j. proxi. §. et. ff. de fur. l. ſerui ⁊ filij. Si in extraneum tenet directo: vt hic. Si autem contrahat ⁊ fuerit connexa geſtio illa quam geſſit in ſeruitute cũ ea quã in libertate fecit tenetur non alias. vt. de neg. geſ. eum actũ: ⁊. C. an ſeruus ex ſuo facto. l. iij. in fi. niſi in caſu. vt. C. de pe. he. l. fi. §. pe. in fi. Additio. Alios etiã caſus habes notatos in. l. eum actũ. ff. de neg. geſt.

m Primo libro. vt. ſ. de iure perſo. §. penult.

Si ſeruus domino. Casus. Pone q̃ ſeruus deliquerit cõtra dñm ſuum. certe de hoc nulla obligatio prodita eſt: q̃ nulla eſt actio ciuilis inter dñz ⁊ ſeruũ: ⁊ ab eo hoc verũ eſt vt ſi ꝯtra nouũ dñm inceperit ſeruus ille qui cõtra dñm deliquit obtinere: vel ſi liber factus fuerit non poterit quondã dñs contra eũ agere nec nouum dñm noxaliter conuenire. Sed quid ſi

Furti ſi manifeſti actio ẽ ciuilis furti ño manifeſti pretoria.

Seruꝰ manumiſſꝰ an teneat de geſt in ſeruitute.

ſeruus alienus aliquid deliquerit contra te.⁊ poſt-ea factus fuerit ſeruus tuus poteris ne agere cõtra dñm quondam ſerui tui nũc ex illo delecto? Et reſpõ. dñs Juſti.ꝙ iam finita eſt illa actio que p̃rio compe-tebat. Deducta eſt enim in eum caſum a quo non po-terat incipere.⁊ ꝗuis poſtea illũ ſeruuꝫ alienaueris adhuc non pote-ris contra eum ſi cut nec poterit ſeruꝰ alienatꝰ vł manumiſſus in quẽ dñs ſuus de liquerat agere cõtra ipm.⁊.h.d.

a ¶ Si ſeruus Obligatio. Sci-licet ciuilis: ſʒ na tur alis. ſic.vt.ſ. de fideiuſſo.§.i. Accurſius.

b ¶ Cum ipſo manumiſſio. vt hic.⁊.C.e.l.j.in fi.

c ¶ In ptãte. Cũ alienatꝰ eſt: et facit.ff.de pec. et ancillarum.§. ſed ſi alieno.

d ¶ Eſſe cepe-rit. Ante litẽ ꝯte-ſtatam. Nã poſt litem conteſtatã non interdicitur. vt.ff.e. ſi alienus ſeruus. Et eſt rẽ q̃ imputatur ei q̃re alienauerit. vt.ff.e. quemad-modũ.in pnci.

e ¶ Interdici tur facit.ff. de mi no.l.verum.in fi. j.rñ.⁊.ff.de leg.i. legatarius. in fi.

f ¶ Nõ potuit ſcꝫ noxalis actio et no.rẽ impedi-ri ſi deducitur in caſum a quo incipere nõ poteſt.ar. ſ. de leg.§.ex contrario.

g ¶ Non poteſt ar.ff.de capti.et poſtli.re.l.ij.§.j.a-lias de ca.di.l.ij.§.ei qui.

cipit tecũ eſſe noxalis actio que ante directa fuiſſet.

¶ Ex delicto ſui ꝓprij nul la cõpetit dño actio: etiamſi poſtea alienet vel manumit tat. Idem in ſeruo alieno q̃ efficit ipſiꝰ dãnũ paſſi. Itẽ ex delicto domini non da-tur actio ſeruo libero facto Aretinus.

¶ Si ſeruꝰ domino noxiã cõmiſerit/actio nulla naſcit nãqꝫ inter dñm ⁊ eũ qui ĩ po teſtate eiꝰ eſt nulla obliga-tio[a] naſci põt. Ideoqꝫ ⁊ ſi ĩ alienã ptãteꝫ ſeruꝰ ꝑuenerit aut manumiſſꝰ fuerit: neqꝫ cũ ipſo[b]/neqꝫ cũ eo cuiꝰ nũc in ptãte[c] ſit: agi põt ¶ Un-de ſi alienꝰ ſeruꝰ noxiã tibi cõmiſerit.⁊ is poſtea ĩ ptã-te tua eẽ ceperit[d] ĩterdicit[e] actio quia in eum caſum de ducta ſit in quo conſiſteret nõ potuit[f]. Ideoqꝫ licꝫ exie rit de tua ptãte non ãgẽ ne põt[g]. Queadmodũ ſi dñs in ſeruũ ſuũ aliq̃d commiſerit nec ſi manumiſſus: aut alie natus fuerit ſeruꝰ vllã actio nem cõtra dñm hr̃e poteſt.

¶ Oli pater ꝓ delicto filij ſiue filie noxaliter tenebat ſicut ꝓ ſeruo: hodie vero nul latenus. Sʒ ipe filiuſfamili as ex delicto ſuo vt quilibet aliꝰ poterit conueniri. Are.

¶ Sʒ ⁊ veteres quidẽ hoc in filiſfamilias maſculis et/ feminis admiſere[h] Noua au tẽ hoim conuerſatio hmõi aſperitatẽ recte reſpuendã eſſe exiſtimauit[i]: ⁊ ab vſu cõ muni hoc penitus receſſit Quis eñ patiat filiuꝫ ſuũ ⁊ maxime filiã ĩ noxiã alij da ri vt pene[k] ꝑ corpꝰ pater ma gis qꝫ filius periclitet: cũ in filiabꝰ etiã pudicitie fauor[l] hoc bene excludit. Et iõ pla cui ĩ ſuos[m] tñmodo noxa-les actiones eẽ ꝓponẽdas cũ apud veteres legũ ꝯmẽ-tatores ĩuenimꝰ ſepiꝰ dictũ ipos filioſfamilias[n] ꝓ ſuis delictis poſſe conueniri[o].

¶ Si quadrupes pauperiẽ feciſſe dicatur.

¶ Pro dãno per q̃drupe-dem manſuetam dato actio noxalis directa ꝯtra dñꝫ da tur: cum animal contra na-turam ſui generis damnum dederit. Areti.

antiquos in fine.

k ¶ Pene.i.fere. Uel pene noſaliter.ſcꝫ ꝑ corpꝰ pene ⁊ tũc diphtõgant q̃ſi dicat ꝑ corpꝰ filij patiẽtꝫ penã.

l ¶ Pudicitie fauor. Additio. Nota ꝙ pudicitia eſt multũ fauoriſãda. facit.l.nec ei.§.pe.ff.de adop. An.

m ¶ In ſeruos.id eſt propter ſeruos.

n ¶ Filiofami lias. Non etiam patres vt ſi filiuſ familias iudex li tem ſuam fecerit male iudi cando. vt.ff.de iudi.ſi fi-liuſfamilias. Uel ſi dãnũ alicui de derit proijciendo eo ſeparatim ha bitante a patre. vt.ſ.de ob. ex q̃ſi deli.§. ſi filiuſfa. ⁊.ff.de his qui de ie.vel effu.l.i.§.ſi filiuſfa. et de his legibus dicit hic: cum dicit antiq̃s cõmentatores.

o ¶ Conueni-ri.ſ.directo. vt.ff. e.noxali.et.l.ſe.q̃ bus filijs ꝯdem-natis datur ĩ pa trẽ actio in fctm de re iudicata in peculiũ.vt.ff.e.l. ⁊ ſi cõdẽnatꝰ.⁊.ff. de pecul.l.iij.§. item ſcribit. Sed q̃d ſi iudicium ſi lius accipere no-luit immo contu maciter nõ venit an mitti actor ↄ̃ debe-bet ĩ poſſeſſionẽ peculij ꝓfecticij? Uidetur ꝙ nõ: q̃ ex delicto nõ de-bet conueniri pa ter. vt hic dicitur

Contu-macia fi-lij an fa ciat ꝙ a ctor mit ti debe-at in pe culiũ ꝓ fecticiũ.

Econtra videtur ꝙ ſic: quia al's dicit lex ꝙ poteſt ce-dere bonis in peculio tali. vt.C.qui bo.cedere poſ.cũ ⁊ filij.in eo ꝙ dicit vel a patre ⁊c. Sed huic verbo.re-ſpon. Aldricus ꝙ dicta lex.cum et filij.loquitur de ca ſtrenſi vel de eo quod habet a patre ſibi eunti in ca-ſtra donatum: quod etiam caſtrenſe dicitur.vt.C. fa-mi.he.ſi filius.

¶ Sed et veteres. Caſus. ¶ Dixi vobis q̃liter domi nus conuenitur act.noxali et qualiter poterit ſe libe-rare dando ſeruum pro noxa. hoc etiam habebat oli locum in filijs vtriuſqꝫ ſexus. Noua autẽ conſtitutio recte reſpuendo hanc aſperitatem exiſtimat ⁊ ſtatuit hoc ſolum in ſeruis habere locum.⁊ maxime q̃ vete-res legum auctores ſcripſerunt filiofa.pro delictis eo rum conueniri poſſe.

Filiꝰ oli ꝓ noxa dabat ⁊ a pr̃e li-cite occi debat.

h ¶ Sed et veteres. Admiſere.iure veteri dabat filius pro noxa vt ſeruus.vt h. Item occidebatur lici te a patre ſicut ſeruꝰ a dño: ſed hodie nõ ſic(i) vt.ſ.de his q̃ ſũt ſui vel alie.iur.§.ij.⁊.ff.de iur.ꝑ.§.iij.⁊.ff.de lib.⁊ poſth.l.in ſuis.in fi.⁊.C.de pa.po.l.fi. Additio(i) Et iõ q̃ hoc nõ erat etiã ↄ̃ iure digeſtoꝝ neceſſario ſe quit ꝙ iſte tex.dꝫ intelligi ante iura digeſtoꝝ. Ang.

i ¶ Exiſtimauit vt h.⁊.C.de fur.⁊ ſer.cor.l.apud

¶ Si quadrupes. ¶ De maleficijs ſeruoꝝ dictũ eſt: nunc de maleficijs irrationabilium animaliũ. Nam aut damnum dat homo liber: ⁊ tunc locum habet.ti. ſ.ad.l.aq̃.ꝑ totũ. aut ſuꝰ.⁊ tũc locũ hꝫ titu.j.per totũ. Aut aliud animal ⁊ tũc locũ hꝫ hic titulus. Accur.

Contiuatio.

Animaliũ. ¶ Totus iſte titulꝰ diuiditur ĩ duas partes. Primo q̃n actio de pauperie locũ hꝫ vł non. Scdo loquit q̃n hꝫ locũ actio de edil.edi.vel nõ. Scda ibi.hec autem.vel ibi.ceterum.

¶ Animalium nomine ⁊c. Caſus. ¶ Queſiui a legiſ latore qualiter cõueniantur nomine animalium que ratione carent ſi damnũ dederint. Et reſpondet ſi a-nimal rõne carens laſciuia vel feritate damnum dede

rit vel pauperiem fecerit alicui poterit contra te agi ac. noxali de pauperie. Que quidem actio deſcendit ex lege. xij. tab. poteris tamen liberari dando illud animal pro noxa. Sed dñe qualiter animal irrationale poteſt dare damnum aut pauperiē facere? Et ipſe reſpon. Frater ſi equus tuꝰ calcitroſus calce percuſſerit aut bos tuꝰ ſolitus cornu percutere cornu percuſſit ⁊ dānū dāt aut pauperiē faciunt. et propter hoc locum habet hec act. ſm ꝙ de hoc in primo. §. apparebit.

a ¶ Animaliū. Scilꝫ quadrupedum. vt. ff. eo. l. i. i prin. ſed noīe dāni dati a bipede vtilis locum habet. vt. ff. e. l. peñ.

b ¶ Laſciuia. i. luxuria. ✠ Vel dic facilitate vt facit pupillus.

✠ Et tunc dic aut ꝑ id ē vt ꝑponat pro eodem.

c ¶ Feruore. i. amore: vt ſi equꝰ tuus vt equam meā adiret oſtiū meum fregerit. ⁊ dicitur feruor qꝛ calefacit amor vt in aut. q̄ mo. na. ef. le. §. illō. col. vj.

d ¶ Feritate. i.

Animalium[a] noīe q̄ rōe carēt: ſi q̄ laſciuia[b]: aut feruore[c]: aut feritate[d] pauperie fecerit. noxalis actio[e] lege. xij. tabularū ꝓdita[f] ē. Que aīalia ſi noxe dedant ꝓficiūt reo ad liberatiōꝫ: qꝛ ita lex. xij. tabula ꝯſcripta ē vtputa ſi equꝰ calcitroſꝰ calce ꝑcuſſerit: aut bos cornupetē ſolitus[h] cornupetierit. ¶ Hec aūt actio in hiſque cōtra[i] naturaꝫ mouentur locum habet. ¶ Ceterū ſi genitalis[k] ſit feritas[l] ceſſat actio[m] dniqꝫ ſi vrſus fugerit a dño: ⁊ ſic nocuit: nō p̄t quōdam dñs conueniri: qꝛ deſit dominꝰ eſſe vbi[n] fera euaſit[o]. Pauperies[p] aūt ē dānuꝫ ſine iniuria facientis datū. Nec enim pōt aīal iniuriam

crudelitate. ſcꝫ ſua nō ſui. generis natura. vt. j. ꝓxi. §.

e ¶ Actio. que vocatur in factum vel ſimpliciter de pauperie.

f ¶ Prodita eſt. id eſt adinuenta.

g ¶ Scripta eſt. vt. ꝫ. ti. j. §. ſūt aūt. ⁊ ff. e. l. j. in p̄nc.

h ¶ Solitꝰ. ſubau. in vtroqꝫ exēplo etiā. Nam ideꝫ eſt ⁊ ſi nō ſit ſolicitꝰ. vt in prin. huius ti. Additio. hoc verū ſi fera nocens non euaſit q̄ habebat conſuetudinem redeūdi: alias ſi euaſit nec vtili nec directa tenetur dominus: etiam ſi poſtea redierit. arg. l. qui. re. §. aream. ff. de ſolu. Ange.

☞ ¶ hec aūt actio. Caſus. ¶ Queſiui a dño iuſti. Dñe pro deo dicatis michi vtrū hec actio locum habeat in omnibus aīalibus q̄ ratione carēt? Et rñ. Frat hec act. locum habet in omnibus animalibus q̄ carent ratione: dūmodo contra naturam ſui generis ⁊ cōſuetudinem moueantur ⁊ alicui dānū dederint. ceterum ſi ex naturali feritate alicui damnū dederint ceſſat hec actio. vnde ſi vrſus a domino fugerit ⁊ alicui nocuerit vel pauperiem fecerit non poteſt dominus eius quondam conueniri. quia ex quo fera euaſit deſinit eſſe dominus.

i ¶ Contra naturā. i. conſuetudinem gñis illiꝰ aīalis. licet ſit ſua ꝯſuetudo vt calcitret: vi. ꝫ. ꝓxi. §. Nā maior pars equorū nō peſſūdat: ⁊ maior: ⁊ maior ps boum nō cornupetit: quia equi ⁊ boues dicunt̄ manſueti. Et manſueta dicuntur q̄ gregatim paſcuntur. vnde ſm hoc canis non eſt in numero ferarū nec māſuetorū. Nam maior pars canū non mordet: ⁊ maior pars nō gregatim paſcūtur: ſꝫ videt̄ etiā ꝙ in hoī fe-

Equi et boues ſūt manſueti.

ris locū habeat hec actio. vt. j. e. §. ſi. q̄ eſt cōtra. Sol. vtilis vt ibi. locum habet: directa non vt hic. et. ff. e. l. i. §. in beſtijs. Accurſius.

Canes aliq̄ nō mordēt.

k ¶ Si genitalis. id eſt ſi a gñe habeat ꝙ ſit fera.

l ¶ Feritas. id eſt crudelitas.

m ¶ Actio. Scilicet directa.

feciſſe dici q̄ ſenſu[q] caret. hec[r] quidem ad noxalē pertinent actionem.

¶ Si quadrupes nō māſueta iuxta naturā ſui gñis dānū dederit in liberꝫ corpꝰ nō occidendo: dñs ex edilicio edicto arbitrio iudicis ꝯdēnatur: in alijs rebꝰ in duplū vel noxalis actio his duobꝰ caſibus cōtra dñm dirigit̄: et penales actiōes ꝓ eodeꝫ facto concurrentes nō perimunt ſe concurſu. Aretinꝰ.

¶ Ceterū ſciendum eſt edilicio edicto[s] prohiberi nos canem/verrem/aprum/vrſū leonem[t] ibi habere qua vulgo: iter ſit: ⁊ aduerſus ea factum erit: et nocitum[v] libero homini eſſe dicatur: quod bonum et equum iudici videtur: tāti dñs condennet̄[x].

n ¶ Vbi. Id ē poſtq̄.

o ¶ Euaſit. vt ꝫ. de re. di. §. fere

¶ Paupies ⁊c. Caſus. ¶ Dñe ꝓ deo exponatis ⁊ dicatꝫ michi q̄d ē paupies? Et rñ. Frater paupies eſt dānū. ſine iniuria. Animalia ſūt irrōnabilia q̄ rōe carēt nō p̄nt iniuriā facere. qꝛ iniuria pertinet ad noxalē act.

p ¶ Paupies. mirabilis eſt hec expoſitio ⁊ legalis: īō ſi forte dicta: qꝛ pauperieꝫ aliquā facit ſicut ⁊ damnū diminutio vel ademptio patrimonij dr̄. vt ff. de dā infec. l. iij.

Dānuꝫ diminutio vel adēptio p̄rimonij dr̄.

q ¶ Senſu caret. qnqꝫ tn̄ res inaīata iniuriā facere dr̄ improprie vt. ff. cōmo. l. ſi vt certo. §. plane ſi commodaui.

r ¶ hec. ſ. ſupradicta duo. et ꝙ noīe fere beſtie non agatur hac actione. ⁊ qḋ noīe māſuete noxaliter tantum agatur. vt. ꝫ. ꝓxi. §. et in prin. tit.

☞ ¶ Ceterum ſciendum eſt ⁊c. Caſus. ¶ Iam dictū ē. ꝫ. ꝙ non habet ac. noxalis de pauperie locū niſi animal fuerit ſine ratione. ⁊ contra naturaꝫ ſui generis nocuerit. et ſcire debetis ꝙ edilicio edicto prohibitū eſt ne quis habeat canē verrem vel aprum: vel aliud animal quod tranſeuntibus nocere poſſit ea parte q̄ vulgo iter ſit. et ſi habeat et illud animal libero homini nocuerit condēnabitur ille qui illud animal habuerit in quātum iuſtum viſum fuerit iudicanti non habendo deformitatis eſtimationem: quia deformitas humani corporis eſtimari non poteſt. Si autem in alijs rebus dederit dānū condēnabit̄ in duplum.

s ¶ Ceterum. Edicto. poſito. ff. de edil. edi. l. hiem. §. deinde. et. l. ſequen.

t ¶ Leonem. item lupum/pantheram et generaliter omne animal quod debeat nocere ſiue ſolutū ſiue ligatum: ita tn̄ ꝙ dānū nichilominus facere poſſit vt. ff. de edil. edi. l. hi enim. ⁊. l. ⁊ gñaliter. ⁊. l. ſe.

v ¶ Et nocitū. i. n corpe ita ꝙ nō ſit mortuꝰ alias. cc. ſolidi debentur ( ) vt. ff. de edil. edi. qua vulgo. ij. rñ.

Additio. ( ) Iſta pena ſm glo. in. l. qua vulgo. applicatur pro parte fiſco. ⁊ pro parte parti. alle. ff. de his qui deie. ſi vero. §. penul. ſm Ange.

x ¶ Condēnetur. Ratione difformitatis nō habita ſed impenſarum tantum in curatione factarū ⁊ operarum amiſſarum ⁊ amittendaꝝ. vt. ff. e. l. ex hac. Itē

condēnaꝛ in duplū occaſione dāni dati in alijs reb⁹ ex hoc edicto: vt hic. ꝛ. ff. ð edil edi. qua vulgo. ij. rñ. in fi.

☞ ¶ Preter has aūt. ꝛ. Caſus. ¶ Scire debetis ꝛ qñ aliq̄d aial nocituꝝ ꝯ naturā ſui gñis eſt i eo loco q̄ vulgo iter ſit p̄ter act. i factū q̄ deſcēdit ex edilicio edicto: ſilr hȝ locū ꝯ eū ac. noxalis de pauperie vtilr. Sȝ dñe ſi ſic ē q̄ vos datis duas act. ꝓ eoð delicto Frater vex ē. Cū eñ plēs ſint act. penales ex eoð delicto deſcēdēs vna alterā ꝯcurſu non tollit. ꝛ hoc dicit.

a ¶ Pret has. i. p̄ter hos modos agēdi edilicio edic.

b ¶ habebit. ſ. vtilem. alʼs cōtra. vt. ꜱ. eo. §. hic aūt.

c ¶ De eadem re. id eſt ex eodeȝ facto ꝛ delicto.

d ¶ Cōſumit. Hoc ē intelligēdū ꝯcurſu. ꝑceptione ei vna aliā ꝯſumit Et ad euidētiam iſtoꝝ dic ꝙ qñ cōpetūt plēs actōeſ eidē ꝛ ꝯ eūdē: aut oēs penales ſunt aut oēs rei pſecutorie: aut alie penales: alie rei pſecutorie. Pⁱo caſu ſubdiſtingue: aut oēs ex vno delicto: tūc vna tollit aliā perceptione: nō in id q̄ð excedit. vt. ff. vi bo. rap. l. j. ꝛ. ff. de act. ꝛ obli. qui ſeruū. j. rñ. ꝛ hoc cū ex vno delicto: nō aūt ꝯcurſu: vt hic dicit. vbi aūt ex diuerſis factis: vna nō tollit alterā etiā ꝑceptione. vt. ff. de p̄ua. deli. l. nūq̄ȝ in p̄n. In ſcðo capite qñ oēs ſūt rei pſecutorie: dic ꝙ aūt ꝯ eundē dant: ꝛ tūc tollunt adinuicē ꝑceptione nō cōcurſu. vt. ff. loca. ſi merces. §. culpe. aut ꝯ diuerſos ꝛ tūc nō tollūt etiā ꝑceptiōe. vt. ff. ð tab. exhi. locū. §. ꝯdēnatio. In tertio caſu. ſ. qñ alia eſt penalis ꝛ altera rei pſecutoria. iteꝝ ſubdiſtigue: q2 aut ē penalʼ originalr: tunc neutra ꝑ alterā tollit. vt. ff. ð fur. ſi pignore. §. cū furti. et. ff. de ꝯdi. fur. ſi ꝓ fure. §. furti. hoc tñ fallit in caſu. ff. nau. cau. ſta. l. idē. §. fi. q2 ibi ꝯpetebat altera ð iure cōi altera de iure ſpāli / aut nō eſt mere vel originalr penalis: ꝛ tūc vna per alterā tollitur. vt. ff. q̄ð metus cā. l. metū. §. licet. Additio Similē glo. habes. ff. nau. cau. ſta. l. idem ait. §. fi. et in. l. nunq̄ȝ actiones. ff. de reg. iur. cuius regule tenor ponitur hic in fine textus.

Actiones plures ſi cuꝯpetant an vna interēpta tollant alie.

Ceterarū vero rerū q̄ȝti dānum datū ſit dupli. Preterᵃ has autē edilicias actiōes ꝛ ð pauperie locū habebitᵇ Nunq̄ȝ eñ actiōes p̄ſertim penales de eadēᶜ re cōcurrētes. alia aliam conſumitᵈ.

¶ De his ꝑ q̄s agē poſſum⁹

¶ Actiōes intētant ꝑ nos et ꝑ procuratores noſtros quorū vſus olim ꝓhibitus erat niſi in certꝭ caſibus ſed nūc neceſſari⁹ eſt qñ principalis agere vlʼ deffēdere impeditur. h. d. Angelus.

Nunc admonēdiᵉ ſumus agere ᶠ poſſe quēlibȝᵍ hoiēȝ aut ſuo noie aut aliēo. ¶ Aliēo veluti ꝓcuratorio tutorio / curatorio: cūʰ oli in vſu fuiſſet alteri⁹ noie agere nō poſſe: niſi ꝓ pplo: ꝓ libertate: ꝓ tutela. Preterea lege hoſtilia ꝑmiſſum ē furti agere eoꝝⁱ nomie qui apð hoſtes eſſēt: aut reipublice cauſa abeſſent: qui ve in eorum cuiusᵏ tutele eſſent. Et quia hoc non minimam incommoditatem habebat ꝙ alieno nomie neq̄ȝ agere neq̄ȝ excipere actionē licebat: ceperunt homines per ꝓcuratores litigare. Nam ꝛ morbus / ꝛ etas / ꝛ neceſſaria peregrenatio: itemq̄ȝ alie multe cauſe ſepe hominibus impedimētoˡ ſunt quomin⁹ rem ſuam ipſi exequi poſſint.

¶ Procurator ꝯſtituit verbis habilibus interpoſitis: etiam aduerſario abſente ꝛ ignorāte. Angelus.

¶ Procurator neq̄ȝ certꝭ verbisᵐ neq̄ȝ preſente aduerſa

cuiſlibet noie ſuo agere vel noie alieno. Nomine ſuo ſicut ꝓ facto ſuo. nomine alieno veluti nomine ꝓcuratorio vel tutorio vel curatorio. ꝛ ſic ſeruat hodie. Olim autem potuit quilibet agere nomine ſuo: ſed non noie alieno: niſi in caſibus poſitis in lrā: ꝛ quia antiquitas iſta modernis dura videbatur ꝛ magnā afferebat incōmoditatem quod alieno nomine agere nō licebat: eo ꝙ multis de cauſis impediebantur homines quominus res ſuas exequi poſſent: ꝓpterea ceperunt homines per procuratores litigare. hoc dicit.

e ¶ Admonendi ſumus. id eſt admonemus.

f ¶ Agere. Scilicet hodie.

g ¶ Quēlibet. Scilicet idoneuȝ propter ſeruum: qui nec ſuo nec alieno nomine admittitur. vt. C. de iudic. l. ſeruus. ✝ Item propter pupillum. vt. C. qui leg. perſo. ha. per totum. Accurſi⁹. Additio. Ex hac glo. nota ꝙ lex generaliter loquens recipit reſtrictionem ex habilitate. ſiue idoneitate. vt. l. vt gdatim. §. ꝛ ſi. ff. ð mune. et hodi.

✝ Dic ꝙ ſerus nō pōt eſſe in iudicio niſi i certis caſibus quib⁹ in. l. vix certꝭ. ff. ð iudi. An.

h ¶ Cum. Id eſt q̄uis.

i ¶ Eorum nomine. Scȝ ſi quis faceret furtum captiuis vel reipu. cauſa abſentibus. Additio. Dic ꝙ hec ratio fuit impulſiua. ſm Ange.

k ¶ Cuius. id eſt alicuius. quaſi dicat procura. poteſt agere nomine eoꝝ qui ſunt in tutela captiuoꝝ et reipublice cauſa abſentium.

l ¶ Impedimento. Sed quid ſi nullum ſit impedimentum? Rñ. idem. vt. ff. de procu. l. j. §. vſus.

¶ Procurator ꝛc. Caſus. ¶ Acceſſi ad dominū Juſti. et queſiui ab eo ſi procurator debeat inſtitui certis verbis et preſente aduerſario? Et reſpondet dominus Juſtinianus dicens ꝙ certa et ſolennia verba non oportet eſſe quibus procurator cōſtituitur. ſed per quecunq̄ȝ verba conſtitui poteſt dum tamen ad hoc apta ꝯſtituit. et ꝓcurator abſēte aduerſario ꝛ etiā ignorāte eo qui ꝓcurator ꝯſtituit. Sed dñe qualr ꝯſtituūt tutores ꝛ ꝓcuratores. Frater hoc in p̄mo libro habuiſti. h. di.

m ¶ Procurator Neq̄ȝ certis verbis. immo quibuſlibet: aptis tamen ad hoc ſiue generaliter ſiue ſpecialiter. In caſibus tamen ſpeciale mādatum exigitur: vt in interdicto de li. exh. vt. ff. de ꝓcura. l. pomponius. in prin. Idē ſi mando alicui ꝙ inueniat maritū filie mee vt. ff. de ritu nup. l. generali. in prin. Itē in cauſa ſuſpecti tutoris. vt. ff. de ꝓcura. non ſolum. §. fina. Item qñ duos generaliter facio ꝓcuratores. nam neuter ab altero exiget niſi habeat ſpeciale mandatum. vt. ff. de ꝓcura. l. itaq̄ȝ. et. l. qui duos. Itē in integrū reſt. i. perēda vt. ff. de mi. l. illud. §. ſi talis.

Mādatum ſpāle i multis caſib⁹ exigitur. c

¶ De his ꝛc. ¶ Quia de actionibus diximus videamus per quos exerceant: ꝛ in hoc incipit. Nunc. ꝛc.

diuiſio. Nunc. ¶ Totus iſte titulus diuidit in tres ptes. Primo ponit vnū dictum bimēbre. Secūdo vnū membrū aſſumit ꝛ declarat tā de iure antiquo q̄ȝ hodierno. Tertio declarat quid eſt procurator et tutor.

☞ Secunda ibi: alieno veluti. Tertia ibi: procurator.

¶ Nunc admonēdi. Caſus. ¶ Dictū eſt. ſ. de his qui ꝓ ſeip ſis. hic aūt agit Juſti. de illis qui ꝓ alijs iudiciū ſuſcipiūt vel agūt dicens. Nūc admonendi ꝛc. Acceſſi ad dñm Juſti. ꝛ queſiui ab eo. Dñe q̄s eſt ille qui pōt ꝓ alio agere? Frater dicit ipſe ſcire debes ꝙ licituȝ eſt

rio immo plerūq; eo [a] igno rāte cōſtituiꝫ cuicūq; [b] enim permiſeris rem tuam [c] agere aut defendere [d]: is tuus ꝓcu rator intelligitur.

¶ De tutoribus ꝛ curatori bus remittit. Aretinus.

¶ Tutores ꝛ curatores quē admodū conſtituuntur: pri mo libro [e] expoſitum eſt.

¶ De ſatiſdationibus.

¶ Olim cōuētꝰ actiōe rea li ſatiſdabat: ſiue ſuo: ſiue ali eno noīe ꝯueniebaꝫ: ſ; agēs reali nullā ſatiſdationē ꝑſta bat: ſi ſuo noīe agebat ſecꝰ ſi ꝓcuratorio noīe: q; ſatiſ dabat ratā rē dñ; habiturū Agēs ꝟo pſonali ad ea co gebaꝫ ad q̄ agēs reali ꝯuētꝰ ꝟo aliēo noīe ſatiſdationē: ꝑſtabat iudicatū ſolui: ſi alie no noīe faciebat. Si ꝟo ſuo ad nullam ſatiſditionem co gebatur. Aretinus.

Satiſdatōnū modꝰ aliꝰ antiq̄tati pla cuit: aliū nouitas ꝓ vſu; amplexa ē. Olī em̄ ſi ī rē agebat ſatiſda re poſſeſſor [f] cōpellebaꝫ: vt ſi victꝰ eēt nec rē ipa; reſtitue ret: nec eiꝰ litis extiationem ptās eēt petitor/aut cū eo [g] agēdi aut cū fideiuſſoribꝰ [h] eiꝰ. q̄ ſatiſdatio appellaꝫ iu dicatū ſolui. vō āt ſic appel leꝫ facile eſt intelligē [i]. nāq; ſtipulabaꝫ q̄s vt ſolueret ſi bi q̄ fuerit iudicatū. Mul tomag; is q̄ ī rē actōe ꝯuēie baꝫ ſatiſdare cogabaꝫ ſi alie no noīe iudiciū accipiebat. Ipſe aūt q̄ ī rē agebat ſi ſuo noīe petebat ſatiſdaꝫ nō co gebaꝫ. Procurator vero ſi ī rē agebat ſatiſdare iubebaꝫ rem ratem dominum habi turm periculum [k] enim erat ne iterum dominus de ea dem re experietur.

¶ Tutores ꝟo ꝛ curatores eodē modo quo ꝛ procura tores ſatiſdare debere ꝟba edicti [l] faciebāt ſ; aliq̄n his [m] agentibus ſatiſdatio remit tebaꝫ [n]: hec ita [o] erant ſi in rē agebatur. Si ꝟo in pſonem ab actoris quidem parte ea dē obtinebāt q̄ diximus in actiōe q̄ in re; agiꝫ [p]. Ab eiꝰ vero parte cum quo agitur ſi quidem alieno noīe aliq̄s interueniret omnimodo [q] ſa tiſdaret [r] quia nemo [s] defen ſor in aliena re ſine ſatiſda tione idoneus eſſe creditur Q; ſi proprio nomine aliq̄s iuditiū accipiebat in pſonā iudicatum ſolui ſatiſdare:

a ¶ Eo. Scilicet aduerſario.

Procuratoris offiti q̄buſdam eſt interdictum. b ¶ Cuicūq;. Sc; habili: nō militi. vt. ff. de ꝓcu. l. fi lius. §. veterani. Itē nō femine. vt. ff. de ꝓcu. feminis Itē nō habenti imminēs impedimētū q; nō poſſet co gi. vt. ff. de ꝓcu. l. neq; femina. Itē non minori. xxv. an. vt. ff. de ꝓcu. minor. Itē nō furioſo vel muto. vt. ff. de ꝓcu. l. ij. §. furio ſus. ꝛ. l. mutus. i. rñ. Item nō accu ſato de crimie ca pitali. vt. C. de ꝓ cu. l. reum. Additio. Qui oēs ꝓhi bentur eſſe ꝓcu ratores: niſi fue rit lis conteſtata. Et eſt ratio quia hec excep. debet opponi ante lit. cōteſt. al's habili tatur perſona ꝓ curatoris. vt hic per docto. ꝛ in. l. ita demū. et. in. l. exigēdum. C. de procura.

c ¶ Rem tua;. Ergo et vnam et plures: ergo nū cius eſt ꝓcurator quod verum eſt. vt. ff. de procura. l. j. §. j.

d ¶ Defendere. ſ. mandato in teruenientе. al's ſimpl'r poſitum hoc verbū defen ſor intelligiꝫ ſine mādato: ſed pro curator cū māda to eſt. vt. ff. de ꝓ cura. ſi ꝓcurator. §. per contrariū et facit ad hūc. §. ff. fa. herci. l. pla ne. in fine.

e ¶ Prīo. lib. vt ſ. q̄ da. tu. poſſ. ꝑ totū. ꝛ de legi. a gna. tu. ꝑ to. ꝛ per alios ſequen. tit. vſq; ad titu. de ſatiſda. tu. et et cu.

Continuatio. ¶ De ſatiſdationibus. ¶ Facta mentione procura torum a quibus ſatiſdatio exigitur: cōpetenter de ſa tiſdatione ſubiungitur. Accur.

diuiſio. Satiſdationum. ¶ Totus iſte titulus diuiditur in tres partes. Primo ponit quid iuris erat olī circa ſatiſdationē in iudicio: ſiue q̄s agebat noīe ſuo: ſiue vt ꝓcurator. Scdo q̄d iuris ſit hodie. Tertio ex tendit hāc legē ad oēs ꝓuincias. Secunda ibi. ſ; hec hodie. Tertia ibi quam formam.

¶ Satiſdationū. Caſus. ¶ Modus ſatiſdatiōis aliꝰ fuit olim alius eſt hodie. Apud antiquos ita erat olī: ꝙ quicūq; cōueniebaꝫ actione in rē ꝛ ſuo noīe ipe de bebat ſatiſdare ſub hac forma ꝙ ſi victus eſſet rē re ſtitueret vel litis eſtimationē: ꝛ ſuꝑ hoc dabat bonu; fideiuſſorē. ꝛ licebat petitori agere cū ipſo reo vel cu; eiꝰ fideiuſſore. ꝛ iſta ſatiſdatio vocabaꝫ olim iudicatū ſolui: q̄m ponebaꝫ ꝓ iudicato ſoluēdo. ꝛ multo fortiꝰ debebat ꝑſtare iſtā ſatiſdationē qui ꝯueniebaꝫ in re; actiōe ꝛ noīe alieno. Sed q̄d erat de eo olim qui age bat ac. in rē. Frater: aut agebat noīe ſuo: ꝛ tūc nō co gebaꝫ ſatiſdare dñm ſuū rē ratā habiturū. Peri culū em̄ al's eēt ipſi reo ne ipe do minus iterū age ret ꝓ eadē rē. ꝓ curatores etiam et curatores qui agebāt act. in re noīe pupillorum vel adultorū ean dem ſatiſdationē interponere ſole bāt. S; q̄d erat olim in act. pſōa li: Frater in pſo na actoris idē in tellige quod in ꝑ ſona rei. In pſo na tñ ē differētia q; in pſōali actio ne reꝰ ſi ſuo noīe ꝯueniaꝫ nullam ſatiſdationē pre ſtat de iudicato ſoluendo. Si au tem alieno noīe ꝯueniaꝫ in actio ne pſonali: tunc neceſſe h; ſatiſda tionē preſtare. de iudi. ſol. q; in alie na re nemo ido neus defenſor ſi ne ſatiſdatiōe in telligiꝫ. h. d. vſq; ad. §. illum.

f ¶ Poſſeſſor. ſ. ſuo noīe ꝯuētus.

g ¶ Cū eo. ſc; reo victo.

h ¶ Cū fideiuſ ſoribꝰ. ex fideiuſ.

i ¶ Facile ē in telligere. cum no men ſit conſequens rei. vt. ſ. de dona. §. eſt et aliud.

k ¶ Periculū. facit. ff. de ꝓcu. nō ſolū. §. itē ait. et de iureiurando. nam poſtea.

l ¶ Edicti. ſc; pretoris. q̄ edictū non habemus.

m ¶ His. ſ. tutoribꝰ ꝛ curatoribꝰ. S; q̄n hoc? Rñ. for te tūc q̄n erāt teſtamētarij: vel datiui. ſ. ꝑ inq̄ſitionē. Nā tūc nō cauebāt de rato: vt. ſ. de ſatiſda. tu. in ꝑnc.

n ¶ Remittebatur. ſ. de facto.

o ¶ Hec ita erāt. Hic nō debet eſſe. §. ſm Io. quia ꝛ quod ſequitur eſt de antiquitate.

p ¶ Agiꝫ. vt ſuo noīe agēs nō caueat. al's caueat rē ratā dñm habiturū. vt. ſ. e. §. ipe aūt. ꝛ. §. ꝓcurator.

q ¶ Oimodo. ſ. ſiue cū mādato ſiue ſine mādato.

r ¶ Satiſdaret. Sc; iudicatum ſolui.

s ¶ Quia nemo. Not. antiquā regulā q̄ etiā hodie

bona ē:vt hic.⁊.l.eo.§.ſi vero reus.⁊.ff.de.pcu.l.nō vi detur.⁊.l.inuitum.§.fi.⁊.l.qui ꝓprio.§.qui alium.

a ¶ Nō cogebaꝛ in hoc ſolo caſu differebat ab actione in rem.licet per multa ꝟba hucuſqꝫ inter eas notauerit differentiā. Additio Dic ſꝫ Jo.fa.ꝙ hec glo. recte loquiꝛ q̄ ſupponit qꝫ olim ꝯuentus actiōe perſonali nō ſatiſdabat:⁊ idē dicit.ff. de mino.l.ſi.pcurator meꝰ. Sed contrariū dicit in rubri.iudic.ſol.ꝑ qua.ff.de ſoluꝛ.l. cū quis.§.de peculio.ſm Ange.

¶ Sed hodie ⁊c. Caſus. ¶ Inſuperioribꝰ dixi ꝙ conuētus act. in ꝑſonā nō tenebatur iudi.ſol.ſatiſdare:ſed cōuentꝰ in rē ac. ſuo noie ſatiſda.tenebaꝛ iudi.ſol.Sed hodie aliud eſt:ſiue em̄ hodie aliq̇s ꝯueniebaꝛ in rē ſiue in ꝑſonam ⁊ ſuo noie nō tenetur ſatiſdare de iudi.ſol. ſed tenetur ſatiſdare iudicio ſiſti vſqꝫ ad

non cogebattur[a].

¶ Hodie ꝯuēꝰ ſuo noie q̄cuīqꝫ actiōe nō ſatiſdat iudicatū ſolui ſꝫ ꝺ iuditio ſiſti ſi nō poſſidet immobilia: que aliq̄n eſt cum fideiuſſore:aliquando non. Aretinus.

¶ Sꝫ hodie[b] hec aliꝛ obſeruanꝛ.ſiue em̄ q̇s in rē actione ꝯueniꝛ.ſiue perſonali ſuo noie:nullā ſatiſdationē pro litis extimatione[c] dare ꝯpellitur:ſed pro ſua tm̄ perſona ꝙ in iudicio ꝑmaneat[d] vſqꝫ ad[e] terminū litis:vꝛ ꝯmittiꝛ ſue promiſſioni[f] cum iureiurando quam iuratoriā cautionem[g] vocant:vel nudam promiſſionem[h]:vel ſatiſdationem pro qualitate[i] ꝑſone[k] ſue dare compellitur.

terminū litis.⁊ in iſta cautiōe q̄nqꝫ ſtat ſue ꝓmiſſiōi cum iureiurādo.aliq̄n ſue nude ꝓmiſſiōi.aliq̄n fit iſta cautio ꝑ bonos fideiuſſores ſꝫ qualitatē ꝑſone ſi fuerit extraneus.Si enim fuerit patronus vel parens quilibet fideiuſſor ꝓ idoneo habetur.h.d.

Satiſdare ē ꝓmiſſionē ꝑ fiđiuſſores facere.

b ¶ Sꝫ hodie.Nullā ſatiſdationē.i.nullā ꝓmiſſionem ꝑ fideiuſſores facere.Nā ſatiſdatio ꝑ fideiuſſores fit.vt.ff.qui ſatiſda.co.l.j.nā nec de defendendo: nec de dolo ꝙ abſit : nec iudicatū ſoluere promittit:q̄ tria cōtinenꝛ ſub clauſula hac.ſ.iudicatū ſolui.vt.ff.iudi.ſol.l.iudicatū ſolui.nec vllā aliā niſi vnā quā ſubijcit.Sed ecōtra nūq̇d actor aliquā facit ſatiſdationē? Dic ꝙ ſic duas.Primā ꝙ litē ꝯteſtabiꝛ vſqꝫ ad duos menſes cōnumerandos a die libelli porrecti.vt in autē.de execu.⁊ hiſ.§.i.col.vij.q̄ eſt auꝛ.C.de lit.ꝯteſ.libellū.Aliā ꝙ ꝑſiſtet vſqꝫ ad finē ⁊ ſi cōuictꝰ fuerit iniuſte ſe mouiſſe litē decimā ptē litis noie expenſarū dabit reo:vt in auꝛ.de liti.§.ad excludēdas.col.viij.q̄ eſt in.C.de epiſ.⁊ cle.auꝛ.gnaliter : q̄nqꝫ tm̄ he due ex cōſuetudine nō ſeruantur nec ſūt in vſu. Accurſius.

Satiſdatio duplex ab actore exigitur.

c ¶ Pro litis extimatiōe.iudicatū ſolui.Accur.

d ¶ In iudicio ꝑmaneat.hec ſatiſdatio appellatur iudicio ſiſti.vt hic patet.⁊.ff.qui ſatiſda.co.l.ij.§.pretor ait.in fi.Et caue tibi in notanda differētia hoꝝ capitulorꝫ hic em̄ primo loquitur q̄n immobilia nō poſſidet:vt hic:⁊.ff.qui ſatiſda.co.l.ſciendum eſt.

Fideiuſſor iudicio ſiſti ꝙdiu tenetur.

e ¶ Ad terminu.hoc eſt tp̄s diffinitionis ſnīe.Sed nūq̇d fideiuſſor tādiu teneꝛ.ſ.ꝙdiu durat lis? Diſtingue aut fideiuſſit in certū tp̄s tūc tādiu teneꝛ ⁊ nō vltra.vt.C.de fideiuſſo.l.pe.Aut non nec in cā publica, nec in ſcp̄tis.⁊ tūc nō teneꝛ vltra duos mēſes:vt dꝫ.d. l.C.de fideiuſ. Et ē rō:qꝛ actor videꝛ ſibi remittere cū ꝓmiſerit litē ſe ꝯteſtaturꝫ vſqꝫ ad duos menſes: vt in

auꝛ.de execu.§.i.col.vij.Si autē in cauſa publica vel in ſcriptis:tūc ꝑpetuo:vel(q̄d eſt veriꝰ)vſqꝫ ad triennū teneꝛ:cū tm̄ duret inſtātia cauſe:vt.C.de iudi.l.ꝓperandū.in p̄n.Sed nūq̇d ſub pena fiat hec ſatiſdatio? Rn̄.nō.niſi cōueniat inter ptes:ſed intereſſe tātū venit.vt.ff.qui ſatiſda.co.l.ij.§.ſi.Sed ſi eſt ꝓmiſſa ⁊ eſt ſtatutū tp̄s infra q̄d teneaꝛ fideiuſſor: ſiquidē ſex mēſiū ē:infra alios ſex menſes poterit fideiuſſor morā purgare: ſi maius : nō hꝫ tm̄ niſi ſex mēſes infra quos pōt mora pene purgari ſi exhibeaꝛ reus ꝯ primo exhibitꝰ nō fuerit:q̄ dic vt C.de fideiuſſo.l. ſentēpe.(l) Sꝫ q̇d ſi poſſidet immobilia tm̄ q̄ valent ꝑ.⁊ cōueniaꝛ i. c. nūq̇d ſatiſdabit? Rn̄.ſic ad minus in eo q̄d excedit: qꝛ q̄d iuris eſt in toto quo ad totū idē erit in parte quo ad partē. vt ff.de acqui.here. l.ſi ſeruus eiꝰ. et dixi in.l.q̄ de tota.ff.de rei vēdi. Additio.(l). Intelligas diſpoſitionē huiꝰ.l.ꝓcedere in caſu ſuo videlicet in ſtipulatiōe pretoria ⁊ iudiciali:nō aūt in ſtipulatione conuentionali:vt ibi not.Bal.Ange.⁊ Saly.⁊ no. Bar.in.l.q̄rta circa.fi.ff.de cu.reo.q̄d not. ſm Ange.

Satiſdatō iudicio ſiſti an poſſit. ſub pēa fieri.

¶ Procurator dn̄i actoris vel q̄n ſatiſdat de rato ſi dubiū fuerit de mādato.procurator rei etiāſi de mādato certum extiterit cauet iudicatū ſolui cū oībus clauſulis oportunis:ꝓ quo reus pōt exiſtere fideiuſſor q̄ fideiuſſoria obligatio hipothecariam habere debet annexam.que ſtipulatio iudicatum ſolui ꝯtra heredem fideiuſſoris porrigitur: tenetur etiā idem ꝓcurator ſi reus fuerit litem cōteſtatus caucre ꝙ tempore ferende ſentētie reus in iudicio paratus erit:alias fideiuſſor pro eo intercedens tenebitur pro eo quod fuerit mādatū niſi ꝓuocatio intercedat. Are.

f ¶ Promiſſiōi.ſ.vbi poſſidet immobilia. Itē ꝓpꝛ ꝑuilegiū:vt.C.de p̄n.agē.in re.l.fi.lib.xij.xij. ⁊ de dig. l.quotiēs.eo.li. Itē in caſu q̄n nō poſſidet imobilia.vt C.vt oēs tā ci.ꝙ cri.l.i.ibi iuratorie tm̄ cautiōi.

g ¶ Iuratoriam cautionē.ſcꝫ iudicio ſiſti.

h ¶ Nudā ꝓmiſſionē.repete dare ꝯpellitur:vt economus et alij clerici.vt in auꝛ.de ſan.epiſc.§. ſi quis autem pro pecuniaria cauſa.col.ix.

i ¶ Pro q̄litate.Ut ſi ſit parēs vel patronꝰ rei vꝉ actoris:vt qꝛ vocet patronū vel parentē:tūc em̄ q̄lꝫ fideiuſſor ꝓ idoneo accipiꝛ.vt.ff.in ius vo.vt eāt.l.j.ij.⁊ iij.⁊.ff.q̇ ſatiſda.co.l.ij.§.ij.⁊.§.q̄d ait p̄tor. Sꝫ nunq̇d hodie indiſtincte ſatiſdādū eſt.vt in auꝛ.de exhi.⁊ intro.re.§.ſuſcepto que eſt in.C.de lit.ꝯteſ.auꝛ. offeratur? Rn̄.illa ſm.diſt.huiꝰ.l.intelligiꝛ.Nam poſteriores per priores intelliguntur.vt.ff.de le.et ſenatuſcōſul.l.ſe.et poſteriores.

k ¶ Perſone.Scilicet rei.

¶ Si nāūt ꝓcuratorē ⁊c. Caſus. ¶ Supra dictū ē ꝙ ſi aliq̇s ſuo noie ꝯueniaꝛ ꝙ nūqꝫ ſatiſdabit de iu. ſol. ſed ſolū p̄ſtabit cautionē vſqꝫ ad terminū litis.Sꝫ q̇d ſi q̇s litiget ꝑ ꝓcuratorē.Frater:ꝑ ꝓcuratorē poteſt actor litigare vel reus.Et prio videamus de illis q̇ litigant ꝑ ꝓcuratorē ex ꝑſona actoris.Tūc em̄ neceſſe eſt ꝙ caueat de rato ſi dubiteꝛ de mandato.Si enim cōſtet de mādato.tūc nō teneꝛ cauere de rato.Sꝫ q̄liter poterit cōſtare de mādato ꝓcuratoris.Frater tibi dico de mādato ꝓcuratoris ꝯſtabit ſi mandatū eſt

¶ Si autē ꝑ procuratorem lis vel infertur vel ſuſcipit̄: in actoris quidē persona ſi non mandatū[a] actis inſinuatū[b] eſt: vel preſēs dn̄s litis in iudicio ꝓcuratoris ſui ꝑſonam confirmauerit[c] ratā rē dn̄s habiturū[d] ſatiſdationē procurator dare compellit̄. Eadem obſeruando et ſi tutor vel curator vel alie tales persona[e] que alienaꝝ rerum gubernationem receperūt: litem quibuſdam per alium[f] inferūt. Si vero aliquis conuenitur: ſi quidem preſens[g] ꝓcuratorē dare paratus eſt poteſt[h] vel ipſe in iudiciū venire: ⁊ ſui procuratoris ꝑſonam per iudicatū ſolui ſatiſdationem/ſolēni ſtipulatiōe firmare; vel extraiudicium ſatiſdationē exponere[i] ꝑ quā ipſe ſui ꝓcuratoris fideiuſſor[k] exiſtat ꝓ oib᷒ iudicatū ſolui ſatiſdationis clauſulis[l]. vbi et de hypotheca ſuaꝝ reꝝ cōuenire ꝯpellit̄[m] ſiue in iudicio ꝓmiſerit: ſiue extra iudiciū cauerit. vt tā ipſe ꝗ̄ heredes[n] ei᷒ obligent̄ Alia inſuꝑ cautela vel ſatiſ=

act. inſinuatū: vel ſi dn̄s litis in iudicio eſt preſens et in iudicio ꝓcuratoris ꝑſonā ꝯfirmauerit. Idē obſeruandū eſt de tutore ⁊ curatore volēte agere ꝑ ꝓcuratorē. Circa §. iſtū nota ꝙ §. iſte loquit̄ in ꝑſona actoris. §. autē ſequens in ꝑſona rei. Itē nota ꝙ nūꝗ̄ reperio in. l. ꝙ aliquis excuſet̄ a ſatiſdatiōe. de iudi. sol. ꝑ lr̃as quidā tn̄ hic allegabant. §. ſequētē: ſed non intelligunt ſe bene tn̄ reperio ꝙ aliquis excuſet̄ per lr̃as a cautiōe ð rato. ff. ſi q̄s cautio. l. ſi quis abſētem Sed cur hic tam varie. Frat rn̄deo: q̄ littere nō faciūt ſatiſdationē: ſed lr̃e autētice faciūt conſtare de mādato ⁊ ideo per lr̃as releuat̄ q̄s a cautiōe de rato: ſed littere nō faciūt cautionē: q̄ ꝟbo. obliga. inter abſentes ꝯcepta nō valet: nec eſt ꝓ eis. §. qui loquit̄ in ꝑſona rei: quare debēt intelligere inter preſentes: hoc eſt qn̄ ambo tam reus ꝗ̄ actor erant p̄ntes: ⁊ tūc cautionē expoſuit reus qui abſens ꝑ ꝓcuratorem agit. De hoc em̄ loquit̄ §. qui incipit. Scd̄m vero iſtā materiam habetis. C. de ſatiſda.

a ¶ Si autem. Mandatum. extra ius factum.

b ¶ Inſinuatum. corā iudice demonſtratum.

c ¶ Cōfirmauerit. repete nō. nam cōfirmare pōt: ⁊ tūc ſatiſdare nō tenetur. vt. j. ꝓxi. §. al̕s ē in lr̃a non. Additio. Nota ꝙ qn̄ ꝓcurator agit preſente dn̄o ⁊ cōfirmante. non pōt ꝓcurator repelli defectu mandati: vel vbi dn̄s mittat lr̃as aduerſario vel iudici. vt. l. ſi quis procuratorem. ff. de procura. Ange.

d ¶ Habiturū. i. ꝙ dn̄s habebit ratum. q̄ cōmittit̄ qn̄ dn̄s ſcit ⁊ pōt hr̄e ratū ⁊ nō hꝫ. vt. ff. rem ra. ha. quo em̄. §. j. ⁊. ff. de ſo. l. ratum. (1) vbi dꝫ. ratū aūt hr̄e dn̄s dꝫ cū primū certior factus eſt. Hic tn̄ diſtingue. An ſit certū hr̄e mandatū: ⁊ tūc nō cauet: vt h. ⁊. C. de ſatiſd. l. i. Aut certū eſt ꝙ nō habet: ⁊ tunc etiā cū ſatiſdatione nō admittit̄. vt. ff. de neg. ge. ſi pupilli. §. fi. Aut dubium eſt ⁊ tunc ſm̄. P. eſt in elactione rei vtrū exigat ꝓbationē mandati a ꝓcuratore: an ſatiſdationē recipiat ⁊ eſt ꝓ eo ar. in auſ. de col. §. eos. in fi. col. ix. Sed ibi non loq̄tur de ꝓcuratore: ſed de exactore tributorum. Sed Jo. H. Dicit em̄ in electione ꝓcuratoris eē qð duorum iſtoꝝ facere velit: q̄ quoties ad duo q̄s alternatiue tenet̄/eius eſt electio. vt. ſ. de act. §. huic. Bal. aūt diſtinguebat vtrū diceret nō habes mandatum: ⁊ tūc ꝓbet mādatū. an dicat dubito ⁊ tunc ſatiſdat. Sed Jo. opi. verior eſt. Preſtat etiam aliam cautionē ꝓcurator actoris. ſcꝫ de defendendo eū pro quo agit. vt. ff. de ꝓcu. ſeruū. §. fi. al̕s denegatur ei actio vt ff. de ꝓcura. l. mutus. §. pena. Additio. (1) Dic ꝙ iſta ſtipulatio rati ꝯmittitur ad intereſſe. ⁊ ſic ſic ad totale vel particulare intereſſe ꝓut ratū ꝓ parte vel nullo modo habet̄. vt. l. ſi ꝓcurator. ff. rē ra. ha. ⁊ not. glo. et Bar. in. l. iiij. §. cato. ff. de ꝟbo. obliga. Ange.

Perſōe e ¶ Perſone, ꝗ ſunt p̄ſes in bonis filioꝝ, vt. C. de bo. ma. l. j. ⁊ de bo. q̄ li. l. fi. §. vbi aūt. Itē orphanotrophi ⁊ brephotrophi. vt. C. de epiſco. ⁊ cle. orphanotrophos. Itē economi vel actores vel ſindici. vt. ff. ꝙ cuiuſq; vniuer. no. l. j. §. quibus. ⁊. l. nulli. ⁊. l. itē. §. j. ⁊. C. de ſacroſ. eccle. iubem᷒. circa p̄n. ibi nulli economo. et C. de epiſ. ⁊ cle. oēs q̄ vbiq;. §. hoc nichilomin᷒. Item apocripharij. vt in auſ. quomodo opor. epi. §. ⁊ illð col. j. Item magiſtrat᷒ noīe municipij. (1) vt. C. ð iu. calū. l. ij. §. i. iſti em̄ p̄nt inferre ꝑ aliū litē: vt hic ſubijcit. Addit. (1). No. ꝙ magiſtratus municipalis ꝓ ſua ciuitate vl̕ municipio pōt agere. vt ē tex. in. l. iij. §. plane. ff. qð vi aut clā. cū ibi no. Ange.

f ¶ Per alium inferūt. ſ. ꝑ ꝓcuratorē: qð intelligendū ſi pri᷒ ipſi litē ꝯteſtent̄: ⁊ ſic litiū dn̄i efficiantur: vt. C. de ꝓcu. l. neq;. al̕s nō: cū nō dn̄i ſed adminiſtratores ſūt: ⁊ ꝓcurator a dn̄o dꝫ inſtitui: vt. ff. de ꝓcu. l. j. in p̄n. Sꝫ ſi ipſe ſupradicte ꝑſone agūt. nūq̄d de rato cauēt: vel de iudicato ſoluēdo ſi ꝯueniunt̄? Rn̄. nō. vt. C. de admi. tu. tutores debita ⁊. l. ſancimus. §. defenſionem. Sed tn̄ in tutore videtur dicere lex ꝯ̄ ſi ſit incertū de officio ſuo. vt. ff. de admi. tu. l. vulgo. Sed certe ibi nō dicit ꝙ debeat de rato cauere: ſed ꝙ re᷒ dānū nō ſubibit propterea ꝙ iſte nō ſit tutor. Sed q̄ ē rō ꝙ ꝓcuratores ſatiſdāt: ſꝫ ſupradicte ꝑſone nō? Rn̄. q̄ p̄dicte ꝑſone q̄ſi dn̄i ſūt. vt. ff. ꝓ emp. l. q̄ fundū. §. ſi tutor. ⁊. C. de epiſc. ⁊ cle. l. orphanotrophos: ſed in ꝓcuratorib᷒ ſecus. q̄a nō ſūt domini vere ſed ficte: vt. ff. de ꝓcu. l. i. in p̄n.

g ¶ Preſens. P̄ntē accipe etiā ſi ſit in hortis vel in cōtinentibus edificijs. vt. ff. de procu. l. preſens. ⁊. l. et qui in foro et. l. et ideo.

h ¶ Pōt. i. debet ſm̄ quoſdā. Dicūt em̄ ꝙ ſi dn̄s eſt p̄ns ipſe tm̄ dꝫ fideiubere ꝓ ꝓcuratore ſuo: ſi aūt abſens ē/ ꝓcurator pōt ⁊ dꝫ fideiuſſores ſuos dare. ⁊ facit ꝓ eis. ff. iudi. ſolui. ſi ad defendēdū. ⁊. ff. de ꝓcu. l. q̄ ꝓprio in p̄n. Vel dici pōt ꝙ etiā ſi dn̄s ē p̄ns tn̄ pōt ꝓcurator dare ſuos fideiuſſores. cū etiā ſine mādato q̄libet poſſit aliū defēdere. vt. C. de ſatiſda. l. j. ⁊. C. de ꝓcura. l. exigendi. ⁊ etiā inuitū. vt. ff. de ſolu. l. ſolutionē ⁊ ita proprie accipitur hoc verbū poteſt.

i ¶ Exponere. Actori vl̕ notario ſcribenti ꝓcurationem: ex cuius ſtipulatiōe queritur actori vtilis actio: vt. ff. rem pu. ſaluā fore. l. non quaſi.

k ¶ Fideiuſſor exiſtat. Addi. No. ꝙ dn̄s etiā ex iudiciū pōt ꝓ ſuo ꝓcuratore fideiudere ⁊ releuare eū ab oī onere ſatiſdādi fideiubēdo ꝓ eo notario q̄ ð ſuo mādato ē rogat᷒. vt. l. ſi defūct᷒. in p̄n. ff. de ꝓcu. Ang.

l ¶ Clauſulis. Que clauſule tres ſūt. ſ. ð defendēdo reo. ⁊ de dolo ꝙ abſit. ⁊ qð ſonat ipm̄ verbū. vt. ff. iudi. ſol. l. iudicatum ſolui. ⁊ hic dicitur.

m ¶ Compellitur. Per iudicem Accurſius.

n ¶ Heredes ei᷒. Nā hꝫ naturā hec ſtipu. vt ad he. trāſeat: ſicut illa iu. ſiſti. vt. ff. ſi q̄s cau. l. ſi eū. §. q̄ iniu.

alienā ꝑ rer gubernationē habentes.

Tutor an teneatur cauere de rato.

Procuratores ſatiſdāt non aūt p̄ſes orphanotrophi ⁊c.

Defendit q̄libet etiā ſine mādato.

Judicatum ſolui tres clauſulas hꝫ.

a ¶ Ipſius. Scilicet rei. Accurſius.
b ¶ Exponenda. a procuratore.
c ¶ Veniat. Scilicet reus qui litem prius conteſtatus eſt ſuo nomine.
d ¶ Fideiuſſor. Datus nunc a procuratore.
e ¶ Continentur. Ergo debet condemnari procuraratoꝛ preſens.

datiōe ꝓpter ꝑſonā ipſius[a] exponēda[b] ꝙ tp̄e ſentētie recitāde in iuditiū veniat[c]. vel ſi nō venerit: oīa dabit fideiuſſor[d] q̄ in ꝯdēnatione cōtinent[e] niſi fuerit ꝓuocatū

¶ Aliene litis defenſor nemo legitim⁹ cenſet niſi ſatidet: ſiue habeat mandatū ſiue nō. Et ꝓcurator interueniēs etiā poſt litē cōteſtatā tenet ſatiſdare. Aretinus.

¶ Si vō reus p̄ſto[f] ex quacūqꝫ cā nō fuerit: et alius velit defenſionē ei⁹ ſubire (nulla differentia inter actiones in rem vl' ꝑſonales ītroducēda) pōt hoc facē: ita tñ vt ſatiſdationē[g] iudicatū ſolui ꝓ lit ꝯp̄ſtet extimatiōe nemo[h]/ ei (ſ̄m veterē regulā vt iā dictū [i]ē) aliene rei ſine ſatiſdatiōe defēſor idone⁹ ītelligit

¶ Experientia eſt reru magiſtria. Angelus.

¶ Si aūt ꝯueniat Caſus. ¶ Iā habuiſtis quid iuris ſit qñ lis infert ꝓ procuratorē actoris: modo videamus quid iuris ſit qñ lis ſuſcipit per procuratorem rei. Tunc ei pōt reus preſēs eſſe fideiuſſor ꝓcuratoris ſui corā iudice. vel ex iudiciū pōt eſſe fideiuſſor ſui ꝓcuratoris ꝓ omnibus clauſulis contētis ſub illo verbo iud. ſol. ita ꝙ teneatur per illā ſatiſdationem ⁊ etiā heres eius dꝫ etiam cauere ꝓcurator rei q: reus veniet ad iudiciuꝫ tempore ſententie diffinitiue. vel ſi nō venerit ꝙ ſoluet oīa q̄ in diffinitiua ſententia fuerint niſi a diffinitiua ipſa fuerit appellatū. h.d. Hec tñ vltima cautio in perſonam rei hodie non habet locuꝫ: nec etiā alie due in perſona actoris. ſ. ꝙ caueat ſe conteſtaturū litem intra duos menſes. et ꝙ idem ſoluet decimā partem litis ſi ſuccumbat. vnde ꝙ ſatiſdet in. l. cauetur ſed in vſu non habetur. ¶ Si vero reus ⁊c. Intellexi. §. p̄cedentem in eo qui preſens erat ⁊ conſtituit ꝓcuratorem ad ſe defendendum. Si autem reus ſit abſens ſiue conueniatur in rem ſiue in perſonā ꝓcurator eius debet ſatiſdare iud. ſol. ꝓ litis eſtimatiōe: nec alio modo admittet q̄ntūcūqꝫ bone fame fuerit: q: nemo ⁊c.
f ¶ Si vero. Preſto. ſ. poſt litem conteſtatam ꝯ reū.
g ¶ Satiſdationē. Nota ꝙ ſiue interueniat ꝓcurator ante lit. conte. vt. ſ. eo. §. ſi vero. debet ſatiſdare: ſiue poſtea. vt hic. ⁊. C. de concor. eiuſ. li. l. ij. Nec obſtat quod dicitur ꝙ debet fieri ante lit. conteſt. vt. ff. de procu. l. pomponius. §. ratihabitionis. quia ibi interuenit procurator ante lit. conteſta. vbi autem poſtea interuenit: et poſtea ſatiſdat vt dictum eſt.
h ¶ Nemo. ſ. ꝓcurator. vt. ff. de ꝓcur. qui ꝓprio. §. ij.
i ¶ Dictum eſt. ſ. §. ab eius.

Procuratorrei ſiue int̄ueniat añ liteꝫ ꝯteſtatā ſiue poſt tenet ſatiſdare.

¶ Que omnia apertius. Caſus. ¶ Dixi Iuſti. Dñe materia ſatiſdationuꝫ quibuſdā vr̄ extranea ꝓ deo q̄re nō tractatis de ea aptius? Rñ. iuſt. Frater hec oīa tibi apparere aptius pn̄t in ipō iudicioꝝ vſu quotidiano. ⁊ hec materia ſatiſdationū nō ſolū ſuari dꝫ in hac regia vrbe. ſ. romana vel conſtantinopolitana: ſed in oīibus prouincijs quarum caput ipſa intelligitur. ⁊. h. d.

k ¶ Quam formam. Regia vrbe. ſcilicet conſtantinopolitana. Vel dic de veteri roma.
l ¶ Caput. C. de vete. iur. enuc. l. j. §. nulla. et. §. ſed et ſi que leges.
m ¶ Sequi. immo non videtur inſpiciendum quod ibi fiat: ſed quod fieri debet. vt. ff. de offic. preſidi. l. ſed licet. que eſt contra. Sed hec eſt intelligenda qñ ex certa ſciētia eſt cōſuetudo vl' lex. nō per erroreꝫ. vt ibi ⁊ facit ad hanc. ff. de le. ⁊ ſenatuſcō. l. de quibus. Ac. Additio. Hoc verum qñ lex tollit conſuetudinem. alꝰ vnaqueqꝫ ciuitas abundat in ſēſu ſuo: et ſic obſeruare debet ſuā cōſuetudineꝫ. Et ex generali principiſ permiſſu inducere poteſt particulares conſuetudines etiam ꝯ leges quibus ſtari debꝫ vt habetur i. §. ex nono ſcripto. ſ. de iu. na. gen. ⁊ ciuili. Quero tamen an in fideiuſſorem de iudicato ſoluēdo fiat executio ſine nouo proceſſu: et communiter doct. dicuntqꝫ ſic. in l. fi. C. de vſu. rei iudi. ⁊ Bar. in. l. j. ff. iudi. ſol. per tex. d. l. fi. vbi dr̄ ſtatim. q: dictio ſtati importat ſūmariā cognitionem ſine ordine iudiciario. vt. l. momētanee. C. vnde vi. dic vt in dictis iuribus latius per docto. Ange.

¶ Que oīa apertius ⁊ perfectiſſime a quotidiano iudiciorum vſu in ipſis rerum documentis apparent.

¶ Q̄ē ſ ciuitates debet ſeq̄ ꝯſuetudinē ciuitatꝭ romāe.

¶ Quā formā[k] nō ſolum in hac regia vrbe: ſed etiā i oībus noſtris ꝓuincijs (⁊ ſi ꝓpter īperitiā forte aliter celebrat) obtinere cēſem⁹: cū neceſſe eſt oēs ꝓuintias: caput[l] oīm noſtrarū ciuitatū. i. hanc regiam vrbem eiuſqꝫ obſeruantiam ſequi[m].

¶ De perpetuis et tpalib⁹ actionib⁹. Et q̄ ad heredes et in heredes tranſeunt.

¶ Actiones ciuiles tā reales q̄ꝑſonales ſunt ꝑpetue p̄torie vō penalēs regulari durāt anno q̄ fallit in actione furti manifeſti q̄ ꝑpetua ē. Sed p̄torie rei perſecutorie perpetue ſunt.

¶ De perpetuis. ¶ Quia de actionibus eſt dictum ⁊ quedam ſunt perpetue ⁊ quedam non: ideo de his ponit. vt. j. eo. in princ. Item quia quedam tranſitorie ſūt heredibus et contra heredes: et de his ponit. j. eodem. §. non auteꝫ. Accur. Sꝫ melius reſideret iſta rubrica immediate poſt tit. de acti. quia continuatur a remotis nimium. cum non ſumus in principio libri. Continuatio.

Hoc loco. ¶ Totus iſte titulus diuiditur in tres partes. Primo ponit regulam ⁊ exceptionem. ſcꝫ que actiones. ſunt ꝑpetue. Secundo ponit regulam ⁊ exceptionē. ſcꝫ que actiones ſunt tranſitorie ad heredes. Tertio ponit nouum caſum. Secunda ibi: nos autem omnes. Tertia ibi: ſupereſt. Diuiſio.

¶ Hoc loco. Caſus. ¶ Scire debetis dixit Iuſtini. ꝙ quedam actiōnes erant olim ꝑpetue. hoc eſt ſine tpis prefinitione durabāt: ſed hodie quedā ſunt ꝑpetue. i. duratiue vſqꝫ ad tempus a ſacris ꝯſtitutionibus conſtitutum: hoc eſt vſqꝫ ad. xxx. annos cuiuſmodi ſunt ille actiones que deſcendunt a legibus ⁊ a ſacris conſtitutionibus imperatorum ⁊ ſenatuſcon. ſed pretorie regulariter loquendo et olim erant et hodie ſunt annales. quia pretoris imperium ⁊ olim erat ⁊ etiam hodie eſt annale. ⁊ hoc dicit. Et caue tibi quia propter hoc ꝙ di

cit littera donec ſacre ꝯſtõnes tã in rem ꝙ̃ in pſonã ⁊c. etiã nõ vult innuere ꝙ actiões in rẽ ſole erãt ppetue: ſed hoc ideo dicit: qꝛ tam realibus ꝙ̃ perſonalibus dederunt ſacre conſtitutiones fines certos.

a ¶ Ex lege. xij. tab. vt fami. hercis. vt. ff. familie her. l. j. Itẽ noxalis de paupie. vt. ӡ. ſi q̃drupaupe. fecis. dicat. in prin. ⁊ ff. ſi qua. pau. fecis. di. l. j. in princi.

b ¶ Senat⁹ ve conſulto. vt heredi tatӡ petitio. vt. ff ð peti. here. itẽ ve niũt. §. pdie. ⁊. C. ð pe. here. l. fi. in pñ. Itẽ ſi q̃s clauũ de naui abſtulerit cuius cã tota nauis perijt. vt. ff. de incen. rui. nau. l. ij. §. ſenatus.

Hoc loco admonẽdi ſumus eas q̃dẽ actiões q̃ ex lege[a] ſenatus ve ꝯſulto[b] ſiue ex ſacris ꝯſtitutionib⁹[c] pficiſcũtur ppetuo ſolẽ antiq̃t⁹ cõpetere: donec ſacre ꝯſtitutiões tã i rẽ ꝙ̃ i pſonã actionib⁹ certos fines dederũt. Eas[d] vo q̃ ex ppria ptoris iuriſditiõe pendẽt: plerũ ꝙ[e] intra annũ[f] viuere. nã et ipſius pretoris intra annũ erat imperiũ. Aliq̃n[g] tñ ⁊ in ppetuũ extẽdunt. i. vſq ad finẽ ex cõſtitutionib⁹[h] itroductũ q̃les ſunt he q̃s bonorũ poſſeſſori[i] ceteriſq q̃ heredis[k] loco ſũt accõmodat. Furti quoq manifeſti actio q̃uis ex ipſi⁹ ptoris iuriditiõe pficiſcatur[l]: tñ ppetuo datur abſurdũ em̃ eſſe exiſtimauit[m] anno eã terminari.

Actões ex q̃nq ptib⁹ iurꝫ deſcẽdentes ſũt ciuiles ⁊ ppetue.

c ¶ Cõſtitutionibus. Ut ꝯdicto ex lege q̃ datur ex ꝯſtõnibus q̃buſlibet poſt. l. xij. tab. ꝯſtitutis. vt. ff. ð ꝯdi. ex le. l. vnica. ⁊ ff. ad. l. iul. de adul. qð aũt ex his. ⁊. C. de do. l. ſi q̃s argẽtũ. §. fi. ⁊. ӡ. ð ac. §. tripli. Uel ex quacũq alia pte iuris vt plebiſcito. vt pꝫ in. l. aquil. vt. ӡ. de. l. aq̃l. §. certe. ⁊. ff. ad. l. aq̃l. l. j. Naꝫ quinq ſũt ptes iuris pter pretoriũ. vt. ӡ. de iure na. §. cõſtat. ⁊ totũ eſt ius ciuile. vt. ff. de iuſti. ⁊ iure. l. ius aut ciuile. ⁊ actiões ex eo deſcẽdẽtes ſũt ppetue: vt h dicit id ẽ ſine pfinitione tpis ſm ãtiqua tpa: ſꝫ ſacre ꝯſtões in pſonalibus metas ipoſuerũt. xxx. annoꝝ. vt. C. de pſcrip. xxx. vł. xl. an. l. ſicut. ⁊. l. oẽs. ⁊. C. quib⁹ nõ obijcit lon. tẽp. pſcrip. l. neq. ⁊. C. de anna. excep. l. j. ⁊ de cõſti. pe. l. ij. In realibus aũt imponit meta p cõſtitutiones in rebus mobilibus triũ annoꝝ: in immobilib⁹. x. an. inter preſentes. xx. inter abſentes. et hoc q̃n titulũ habet poſſeſſor. al's. xxx. an. vt. C. de vſuc. trãſfor. l. j. ⁊. ӡ. de vſuc. §. j. (1) In hypothecaria etiam que eſt in rẽ certa ſtatuũtur tẽpora vel. x. vel. xx. vel. xxx. vel. xl. an. vt. C. ſi aduer. credi. l. diuturnũ. ⁊. C. de pſcrip. xxx. an. l. cũ notiſſimi. et de anna. excep. l. j. Sed quõ erat ppetua rei vẽdicatio ſm antiq̃ tẽpora immo temporaliſſima. vt. ӡ. de vſuca. in pñ? Rñ. quod hic dicit ꝙ erant ppetue. ſcꝫ perſonales: ſꝫ meta imponit tã in realibus ꝙ̃ in perſonalibus. Itẽ caue tibi quia due pſonales ſunt ciuiles que durãt per annũ tantũ. Una iniuriaꝝ que deſcendit ex. l. cor. vt. C. de iniur. ſi non conuicij. Alia q̃ datur ex. l. iul. repetũdaꝝ. vt. ff. ad. l. iul. repe. l. ij. Additio. (1) Et nota ꝙ vltra titulũ requiritur etiam poſſeſſio. nam ſine poſſeſſione nõ inchoat vſucapio. l. ſine poſſeſſione ff. de vſuca. licet aliq̃n inchoata trahat ad finem. vt. l. ceptam. ff. de vſuca. coniũcta. l. j. §. ſceuola. ff. ſi q̃s teſt. libe. eſſe iuſ. fu. Ange.

Actões pſõales. xxx. annis durant.

Actões reales ꝙ̃tot pe durant.

d ¶ Eas. Scꝫ penales: ⁊ tunc nõ eſt neceſſe plerũq. Uel ſi habes plerũq expone. vt. j. Accurſius.

Pretorie rei pſecutorie ſunt ppetue.

Pretorie pẽales ſunt ãnales.

e ¶ Plerũq. hoc dicit ppt ptorias rei pſecutorias que ppetue ſũt: niſi in reſciſſoria q̃ annalis eſt: qꝛ ꝯ ius ciuile dat. vt. ff. de ac. ⁊ ob. l. in honorarijs. et. ӡ. de ac. §. rurſus. et. j. e. §. Itẽ niſi in redhibitorijs q̃ dant ad ipſ lꝫ rei ſint pſecutorie vt. ff. ð edil. edic. ſciẽdũ. §. fi. qꝛ dãt ꝯ id qð cõuenerunt ꝯhentes. Itẽ fallit dicta regl'a. ff. qð cũ fal. tu. l. huius actiõis. §. has actões: ⁊ q̃ in frau. cre. l. aut ptor. §. ann⁹. C. de dolo. l. fi. et. ff. de eo. p quẽ factum eſt. l. j. §. pe. Si aũt ſũt penales ptorie locũ hꝫ qð hic dr. vt ſint annales: ſiue ſint penales ex vtraq pte: ſiue ex altera tm̃. vt. ff. de calũ. l. j. ⁊ de in ius vo. l. pe. ⁊ ff. de ali. iu. mu. l. vel poſt annum. Accurſius. Additio. Sed ſm Ange. illa eſt penalis ex vna pte tm̃. ⁊ iõ non videt bñ excipi. Sꝫ Bar. in. l. in honorarijs. ff. de actio. ⁊ obli. ꝯcludit ꝙ oẽs rei pſecutorie ex vtraq pte ſũt ppetue. Ex pte aũt actoris rei pſecutorie: ⁊ ex pte rei penales finiunt anno.

f ¶ Intra ãnũ ſcꝫ vtilẽ. Nã de talibus ãnis ptores loquebant. vt pꝫ ff. de vi ⁊ vi ar. l. j. §. ãn⁹. ⁊. ff. ð edil. edic. l. ſciẽdũ. §. fi. Niſi in caſu vbi ẽ vtilis ad ſui pnci piũ ſed ꝯtinu⁹ ad ſui pceſſũ. vt. ff. de calũ. annus.

¶ Aliquando tñ in ppetuũ. Casus

¶ Supra pxi. §. dixit Juſti. ꝙ plerunq ſunt annales pretorie actiones. Sed dñe quare dicitis vos plerũq? Et rñ. ꝙ ideo: qꝛ non omnes pretorie act. annales ſunt. ſed aliquando perpetue. hoc eſt vſq ad finẽ a ſacris ꝯſtitutionibus ꝯſtitutũ duratiue. vt patet in bono. poſ. hereditatis petitione que datur ſuccedenti de iure ptorio. hec em̃ eſt ptoria ⁊ tñ ppetua. ⁊ idem in fideicommiſſarijs: qꝛ bonoꝝ poſſeſſores ſunt heredes de iure ptorio: fideicõmiſſarij vero ſunt vtiles loco heredũ. vnde cõiunctos imediate vnũ poſt alium habetis iſtos ti. in. ff. veteri: ſimil'r in penalibus pretorijs quedã act. reperiunt ppetue act. furti manifeſti que a pretorijs iuriſdictione deſcẽdit. Abſurdum enim videbat actionem ita famoſam anno finiri. h. d. In iſto. §. põt queri quid eſt hec qð dr ꝙ actio iniu. deſcendit ex. l. corne. ⁊ ita ẽ ciuilis. ⁊ ppterea ppetua eſſe deberet. ⁊ tamen dicitur hic ꝙ eſt annalis. Actio autẽ furti manifeſti pretoria eſt. ⁊ ita deberet eſſe annalis. ⁊ tamen hic dicit eſſe ppetua. ⁊ ita odia q̃ eſſent reſtringenda hic ampliant ⁊ fauores reſtringunt qð eſt contra. l. ff. de li. ⁊ poſthu. cũ quidam. Sed rõnem ſup hoc reddit dñs Gui. talem. Frater dicit ipſe: q̃n volumus an aliqua actio ſit fauorabil' vel odioſa: ſcire debemus habere reſpectũ a principium ⁊ pmitiuũ fontẽ illi⁹ ac. ⁊ videre vtrũ principium illud ſit odioſum. et tunc actio debet dici odioſa. Si autem principium ſit fauorabile: tunc actio fauorabilis debet dici. Actio autem iniuriarum de ſuo pmitiuo fonte odioſa eſt. Eſt enim de ſui natura tendens ad vindictam. et ita vt odium reſtringatur dicitur annalis. actio aũt furti manifeſti non eſt odioſa: ſed datur ei cui⁹ intereſt. ⁊ ita eſt fauorabilis.

g ¶ Aliquando. Ecce quare dicit plerũq.

h ¶ Cõſtitutionibus. De quibus dixit. ӡ. e. in princ.

i ¶ Bonoꝝ poſſeſſori. i. cuilibet poſſeſſori qui vult ſuccedere de iure pretorio qui habet hereditatis petitionẽ bonorũ poſſeſſoriã. de qua habes. ff. de bonorũ poſſeſſoria here. peti. per totum. Accurſius.

k ¶ heredis loco ſũt. vt q̃bus reſtituta ẽ hereditas per fideicõmiſſũ q̃bus dat hereditatꝫ petitio fideicommiſſaria. de qua habes. ff. de fideicõ. here. peti. p totũ. Et he due ſunt rei perſecutorie. Accurſius.

l ¶ Proficiſcat. Nota actionẽ furti manifeſti ẽ ẽ ptoriã: ſed nõ manifeſti ẽ ciuilis. vt. ӡ. ð noxa. §. ſunt autẽ.

m ¶ Exiſtimauit. Scꝫ pretor: et idem in qualibet penali in eo qð peruenit ad delinquentem. vt. ff. de vi et

vi arma.l.j.in prin.et.ff.de dolo.l.ſabinus.
¶ Non aūt omnes. Caſus. ¶ Expediuit iā dn̄s iuſti.
primā partem rub.mō incipit tractare de ſecunda pte
dicens. Non aūt omnes.ꝛc̄.vnde q̄ſiui vtrum omnes
actiones dant heredibus ꝛ in heredes:ꝛ rn̄det ꝙ non
Certiſſima eſt eīm regula iuris q̄ dicit ex maleficio a=
ctiones i heredes
non cōpetere. cu=
iuſmodi ſunt actio
furti vi bono.ra=
pi. iniuriaꝝ damni
iniurie quod intel
lige lit. non ↄteſt.
contra defunctuʒ
etiam ſi ad here=
des furtū perue=
nerit p maleficiuʒ
et poſſē cū iſto.§.
coniungere illum
.§.penales actio
nes ꝛc. dicendo ꝙ
penales ac.deſcē=
dentes ex malefi=
cio lit.conteſt.cuʒ
defūcto cōpetunt
vel dant heredibꝰ
eoꝝ qui maleficiū
paſſi ſunt excepta actione iniuriarum et ſi qua alia ſi=
milis inueniatur.

¶ Penales actiones preto
rie vel ciuiles cōtra heredes
nō dent:niſi lis ↄtra defun=
ctos fuerit cōteſtata.heredi
vero cōpetūt:excepta actio
ne iniuriarū ꝛ ſimilibus.Ex
contractu vero competunt
cōtra heredes preter actio
nē de dolo:niſi aliqd ad eos
peruenerit. Aretinus.

¶ Non aūt[a] oēs actiōes q̄ i
aliquē aut ipo[b] iure ↄpetūt
aut a p̄tore dant et in here=
dē eq̄ cōpetūt aut dari[c] ſo=
lent. Eſt enī certiſſima iuris
regula ex maleficiis[d] pena=
les actiōes in heredē rei nō
cōpetere[e]:veluti furti:vi bo
noꝝ raptoꝝ:iniuriaꝝ:dāni
iniurie[f]. Sed heredibꝰ[g] hu=
iuſmodi actiōes competunt
nec denegantur:excepta in
iuriarū actiōe[h] ꝛ ſi qua alia
ſimilis inueniat[i]. Aliquan
do tn̄ etiā[k] ex ↄtractu actio[l]
contra heredem nō compe=
tit:veluti cum teſtator dolo
ſe[m] verſatꝰ ſit:ꝛ ad heredē[n]
eius nihil ex eo dolo puenit
Penales autem actiōes q̄s

Actiōis duplex diuiſio.
a ¶ Non autem. Hic ponit diuiſionem. ꝙ alie ſunt
tranſitorie alie nō.ſed ſuperior fuit ꝙ alie erant perpe
tue alie non.vt.ſ.eo.in princi.
b ¶ Ipſo iure. Scilicet ciuili.
c ¶ Dari ſolent. Scilicet iure pretorio.
d ¶ Ex maleficiis. Scʒ priuatis:vt ſubiicit in exem=
plis:ꝛ ſubaudi vel quaſi maleficiis.vt.ſ.de obli.ex q̄ſi
delic.§.fina.(i) Quid in publicis de quibus tractatur
.j.de pub.iudi.? Rn̄.idē et plus quia etiā lite cōteſtata
nō tranſeunt ↄtra heredes.vt.ff.de actu.l.ex iudicioꝝ:
niſi in quinqꝫ caſibus.primus eſt legis iul.maieſta. in
duobus capitulis tantum eius legis.vt.ff.ad.l.iul.ma
ieſta.l.fi. Secundus eſt crimen hereſis.vt.C.de apoſta.
l.ij.et.l.apoſtatarum.in fi. Tertius eſt crimen repetun
darum. Quartus de reſiduis. Quintus peculatus cri
men.vt.ff.ad.l.iul.pec.l.fina. Additio.(i) Dic ꝙ eſt verꝫ
in quaſi delicto omittendo commiſſo:ſecus ſi commit
mittendo.vt.l.iiij.§.fina.ff.de dam.infec.vel dic. vt ibi
per Bartho. Ange.
Actōes ex maleficio in duobus caſibus trāſeūt in heredes.
e ¶ Non competere. Niſi lis fuerit conteſtata.vt.j.
eo.§.penales.et.ff.de accu.ex iudiciorum.in fin̄. Item
niſi aliquid ad heredem peruenerit:tunc enim tenet.
vt.ff.de calum.in heredem.et.ff.ꝙ me.cau.videamus.
In duobus tamen caſibus eſt contra.vt in actione vi
bo.rap.que non datur in heredem:licet ad heredem a
liquid peruenerit:ſed furtiua datur condictio.vt.ff.vi
bo.rap.l.ij.§.fina. Item in interdicto vnde vi:quod nō
datur in heredem.ſed in factum actio.vt.ff.de vi et vi
arma.l. .§.fina.
f ¶ Damni iniurie.i.legis aquilie actio.
g ¶ Sed heredibus. Id eſt heredibus eorum qui
paſſi ſunt hec maleficia.
Iniuriaruʒ actio non dat heredi rōe duplici.
h ¶ Iniuriarū actione. Nā hec non dat heredi niſi
lis ↄteſtet.hoc iō qꝛ nō eſt in bonis nr̄is ante lit.cōteſt.
vt.ff.de iniur.l.iniuriarū.§.iij.in pn̄.et.l.intereſt. Et eſt
alia rō:qꝛ nichil michi de patrimonio abeſt:nec reo a=
deſt.vt.ff.de col.bo.cū emācipati.§.emācipatus. Sūt
et alie ſimiles ei:vt ſubiicit:in quibus nec actori aliqd
de patrimonio abeſt:nec reo aliqd adeſt.vnde idem iu
ris eſt qd ꝛ in iſta:vt ē actio in factū q̄ dat ↄ libertum
vocantē patronū in ius ſine venia.in.l.aureos:vel fi=
liū vocantē patrē:vt.j.de pena teme.liti.§.fina.ꝛ.ff.de
in ius vo.l.pe. Idē in popularibꝰ actionibꝰ:vt ſi qs ha
beat poſitū vel ſuſpēſū.vt.ff.de his q̄ deie.vel effu.l.ſi vo
.§.q̄ aūt. Quidaʒ
dicūt idē de actiōe
in factū de calūnia
toribꝰ.vt.ff.de calū.
l.hec actio. Sʒ cer
te ibi alia eſt rō:qꝛ
hʒ cōdictionē ob
turpē cauſam vt
ibi dicit. Itē quia
abeſt ibi aliqd a=
ctori:ꝛ adeſt aliqd
reo:vnde non eſt
ſimilis ſupradictꝫ
Iniuriarum actio aliquando ſiles cō uenientes,
i ¶ Inueniat.
Hic ↄtinuat ille.§.
qui eſt.j.penales.
¶ Aliq tn̄. Caſꝰ
¶ Qꝛ ppter quā
dam generalitatē
quam vidiſtis mō
in.§.p̄cedēti. Vidi
ſtis enim ꝙ certiſſima iuris regula eſt que dicit ex ma
leficio penalis act.in heredē competere.ꝛ habetis re=
gulam iſtā.ff.de pri.deli.videbat a ↄrio ſēſu ꝙ oēs act.
que nō ſunt penales ex maleficio dent in heredes.ꝛ ſic
ꝙ oēs actiones ex ↄtu puenientes dent ↄ heredes:
ideo ↄ generalitatē iſtā ſumptam a ↄrio ſenſu ex iſta
generali regula loquit littera iſta:ꝛ dicit. Aliqñ tamen
actio ex ↄtu non datur contra heredem:veluti ſi do=
loſe verſatus fuerit teſtator in ↄtu et ex dolo teſtato=
ris ad heredem res peruenit.ꝛ.h.d.
k ¶ Etiam ex ↄtu. Non ſolum ex delicto. Accurſiꝰ.
Dolꝰ aliqñ dat cām ↄtui:aliqñ icidit in ↄtū.
l ¶ Actio. Scʒ de dolo nata.ppter dolū adhibituʒ
in ↄhendo. Nam ſi dedit dolus cām ↄtui non agitur
actione ex eo ↄtu cū nullus ſit:ſed de dolo.vt hic.ꝛ.ff.
de dolo.l.elegāter.in prin. Si eīm eſſet incidēs ageret
actione ex eo ↄtractu vt purgaret dolus.vt.ff.de acti.
emp.l.iulianus.§.ſi vēditor et daretur in heredes.vt
ff.de acti.et obli.l.ex contractibus. Vel pone caſum ꝙ
dolus fuit incidens vel ſupueniens et remanet contra
ctus et nō agitur cōtra heredē niſi puenerit aliqd ad
eum:vt in actione depoſiti que datur in duplū contra
eum qui dolū cōmiſit in depoſito cauſa tumultus vel
incendij:vel ruine:vel naufragij:ſed in heredē non da
tur in duplū ex dolo defuncti:licet in ſimplū detur. vt
ff.depo.l.j.§.j. Itē qualis eſt actio in factū que datur
cōtra agrimēſorem:non aūt aduerſus heredē.vt.ff.ſi
menſor fal.mo.di.l.iij.§.pe. Itē alius eſt in ſtipulatiōe
iudicio ſiſti in eo qui erat conuentus iniuriaꝝ. vt.ff.ſi
quis cau.ſi eū.§.q iniuriaꝝ. Idem eſt in actione tribu
toria.vt.ff.de tribu.l.illud.§.fi.ꝛ de his caſibus loquit
hic.§.cū dicit ex ↄtu in heredē nō dari qn̄qꝫ. Als autē
ex contractu agit ↄ heredē etiam de dolo defuncti re=
gulariter.vt ff.de acti.ꝛ obliga.l.ex contractibus.et.l.
ex depoſiti.que ſunt huic cōtrarie.et hanc ſpecialitatē
ſi velis tenere primam opinionem denotat hec littera
cum dicit aliquando tamen ꝛc̄.
Actio depoſiti dat in dupluʒ i quattuor caſibꝰ ñ tñ in heredem.
Actōes ex ↄtu deſcēdentes q̄ nō dant in hr̄des.
m ¶ Doloſe. Dolo dante cam ↄtui. Vel dic inciden
ti vel ſuperuenienti vt modo diximus. Accurſius.
n ¶ Ad heredem. Sed ſi ſuperueniſſet actio in fa=
ctum perpetuum contra heredem et contra defunctū

daretur. vt. ff. de dolo. l. itaq̃. Sed de dolo ol im infra annum vtilem: hodie infra bienniũ continuum datur. vt. C. de dolo. l. fina.

¶ Penales actiones. Caſus. ¶ Supra vidiſtis ꝙ certiſſima eſt iuris regula q̃ dicit ex maleficio petentis ꝙ penales actiones de quib⁹ ſupra dixit. ſi ab illis principalibus ꝑſonis in eis lis fuerit ꝯteſt. heredib⁹ dant: ⁊ i heredes trãſeũt. et hoc dicit.

a ¶ Diximus. vt. ſ. eo. §. nõ autẽ omnes. Accurſi⁹.

b ¶ Cõteſtate. Immo vt dent he redi ſola preparatio ſufficit. vt. ff. de offi. teſta. poſthumus. §. fina. Jo. Vel ſine ꝑparatione datur querela heredi hodie.

c ¶ Dant. Niſi in duob⁹ caſib⁹. Prim⁹ cũ agit ad opas ꝯ libertuz ⁊ moꝛit patron⁹ extraneo herede relicto ad quem nõ tranſeũt ope etiã lite ꝯteſtata. vt. ff. de oper. liber. l. operarum iudicio.

Ope liberto impoſite n̄ trãſeũt ad hr̃dẽ extraneuz.

ſupra dixim⁹ a ſi ab ipſis principalib⁹ ꝑſonis fuerint conteſtate b: ⁊ heredibus dant c et cõtra heredes trãſeunt d.

¶ Condẽnãd⁹ debet abſolui ab obſeruatiõe iudicij ſi ante ſententiam ſoluerit qð debet. Aretinus.

¶ Supereſt e vt admoneamus ꝙ ſi ante rẽ iudicatam iscũ quo actũ eſt ſatiſfaciat actoꝛi: officio iudicis conuenit eũ abſoluere f: licet in ea cauſa fuiſſet iudicij accipiẽdi tempoꝛe vt dãnari debeat: et hoc eſt quod vulgo antea dicebatur omnia iudicia abſolutoꝛia eſſe.

¶ De exceptionibus

¶ Exceptiones ſunt arma reoꝛum: ⁊ eq̃tate nitũtur ad excludendum actiões que competunt actoꝛi ipſo iure: quales ſunt metus/ doli: ⁊ in factum exceptiones. Areti.

SEquit vt de exceptiõib⁹ diſpiciam⁹.

¶ Cõparate g ãt ſũt exceptiões defendendoꝝ eoꝝ h gratia cũ quib⁹ agit. Sepe ei accidit vt licet ipſa ꝑſecutio qua actoꝛ experitur iuſta ſit i. tñ iniqua ſit aduerſ⁹ eũ cũ quo agitur. ¶ Verbi gr̃a. ſi metu coactus/ aut dolo inductus k: aut erroꝛe lapſus ſtipulãti titio ꝓmiſiſti l qð nõ debueras ꝓmitere: palam ẽ iure ciuili te obligatum m eſſe: ⁊ actio qua intenditur dare te opoꝛtere efficax eſt n:

Secundus in parte repetẽte dotẽ filie q̃ a viro diuerterat et decedat pater extraneo herede relicto: etiam lite conteſtata. vt. C. de rei vxo. ac. l. vnica. §. videamus Additio. Nam eo ipſo ꝙ pater moꝛitur vel aliter filia efficit ſui iuris: ſtatim actio ꝯſolidat in filiã. vt. d. §. videamus. lꝫ pater fuerit lit. conteſta. ⁊ ſic ꝓpter hoc nõ facit tranſitũ in ſuũ heredẽ. ⁊ ſic eſt ſpãle in dote qꝛ eſt ꝓpꝛiũ pr̃imoniũ filie. vt. l. iij. §. ſed vtrũ. l. fi. ff. de mino. facit. l. põponius philadelphus. famil. her. Ange.

d ¶ Trãſeũt. Niſi in duob⁹ caſib⁹. Prim⁹ in actione de dolo. C. de dolo. l. fi. Secũdus in retractiõe alicuius in ſeruitutẽ vel libertinitatẽ q̃ ꝑ colluſionẽ ꝓnũciat⁹ fuerat ingenuus. vt. ff. ne de ſta. defun. l. i. §. ſed interdum.

¶ Supereſt. Caſus. ¶ Omnia q̃ iam dixi a princi. ti. vſq̃ nũc in duobus cõſiſtũt. ſ. in vita ⁊ trãſitu actionũ. Modo vult dicere de officio iudicis ⁊ parũ defecit ꝙ nõ poſuit hũc totũ ti. de offi. iudi. ſꝫ reſiduũ ſeruat vſq̃ ad ti. ſpãlē de offi. iudi. Dicit ergo Juſti. Volo ꝙ vos ſciatis ꝙ ſi ille qui ꝯuenit añ ꝯdẽnationem debeat ſatiſfacere off. iudi. ꝯuenit eũ abſoluẽ: lꝫ erat taliſq̃ debebat ꝯdẽnari. Et lꝫ iſtud iudiciũ de ſui natura debebat eſſe ꝯdẽnatoꝛiũ. ꝑ ſolutionẽ tñ ante ꝯdẽnationem factã fit abſolutoꝛiũ. hoc ẽ ꝙ vulgo d̃r oĩa iudicia eẽ abſolutoꝛia

Contĩuat dicta dicẽdis.

e ¶ Supereſt. Hec de vita ⁊ tranſitu actionum ſm ꝙ in rubrica promiſit dicta ſunt: nunc de iudicis officio dicit: ꝙ cũ exponere debeat: iã pauca vt modicũ reſpiret deliberat. nã conceptũ ſermonẽ quis retinere põt: qꝛ iam concepit in aĩo tractare de officio iudicis quõ poterit tacere quin dicat aliquid hic Accurſius.

f ¶ Abſoluere. Scilicet ab obſeruatione iudicij: nã principalis cauſa eſt ſublata ſolutione. vt. ſ. quib. mo. tol. ob. in princi. Accurſius florentinus.

Continuatio. ¶ De exceptionibus. ¶ Quia exceptio tenet vicem actionis. vt. ff. de excep. l. j. ideo poſt actiones ponit de excep. Vel qꝛ de armis actoꝝ vidimus/ et de reoꝛũ armis videndum eſt. ideo dicit vt ſequitur. Accurſius.

SEquitur. ¶ Totus iſte titulus diuiditur i quinq̃ partes principales. Primo continuat ad precedentis rubꝛicam. Secũdo ponit cãm quare fuerũt exceptiões inuente. Tertio id demonſtrat ꝑ exẽpla taꝫ in actiõibus realibus q̃ꝫ ꝑſonalib⁹. Quarto põit duplicẽ vel poti⁹ triplicem diuiſioneꝫ exceptionũ. Quinto id exemplificat. Sc̃da ibi: cõparate ſunt. Tertia ibi verbi gr̃a. Quarta ibi in. §. appellantur: vel potius in. §. alioqui. q̃ꝫ ex multis. Quinta ibi perpetue et peremptoꝛie. diuiſio.

¶ Comparate. ¶ Caſus. ¶ Viſo de actionib⁹ ſequitur dicit Juſt. vt de exceptionibus videamus. Et dñe iuſt. ꝓ deo inſtruatis nos cõpetenter in materia de exceptionibus. Frater dicit ipſe ſcire debes ꝙ inuente ſunt ſeu inſtitute exceptiões ad defenſiones reorum. ſunt enim arma reoꝝ. Frequẽter enim contingit ꝙ actio competens actoꝛi pꝛima facie iuſta videt. Iniquum tñ eſſet reũ condẽnari: vtputa ſi metu coactus aliquid ꝓmiſit. ⁊ ideo datur reo cõtra actoꝛẽ exceptio de dolo vel exceptio quod metus cauſa. Omnis enim exceptio adinuenta fuit ad actionẽ impugnandã. h. d.

g ¶ Comparate. Al's inuente.

h ¶ Eoꝝ. Id eſt reoꝝ. Nam ipſi ſunt cum quibus agitur. vt. ff. de iureiuran. l. iij. in prin. ⁊ in. §. eum.

i ¶ Juſta ſit. pꝛima facie.

k ¶ Dolo inductus. Hoc ẽ in ſtricti iuris iudicijs. in bonefidei autem iudicijs ipſo iure non tenet ꝯtractus ff. de dolo. et eleganter. in prin. Accurſius. Hoc verum in odium doloſi: ſed in ſui preiudicium tenet contractus et ex eo poteſt conueniri: niſi lex reſiſtat actui: quia tunc ex neutra parte datur actio: vt eſt gloſa. in. l. a diuo pio. ff. de re iudicata. ⁊ Baldus. in. l. j. C. plus vale quod agi.

l ¶ Promiſiſti. Credẽs te debere cum nõ deberes: vt hic. et. ff. de excep. doli. l. ij. §. circa. ✝

m ¶ Obligatum eſſe. Scilicet inſpecto iuris rigoꝛe. ſed de equitate obligatus nõ es. vt. ff. de libe. cauſa. l. vel obligatus eſt. §. obligatum. et. ff. de verboꝝ ſignificatione. ſi creditoꝛ. que ſunt contra.

✝ Sed ſm An. ille tex. nõ facit ad ꝓpoſituꝫ qꝛ loq̃t qñ ſtipulatio fit ſine cã. h̃ ꝓo ſec⁹.

n ¶ Efficax eſt. Scilicet in ſui ſubſtantia. Nam ciuiliter et naturaliter eſt obligatus et pure. ſed non eſt efficax q̃ꝫtum ad opem exactionis. Vel dic efficax eſt inſpecto genere. nam pꝛima facie condẽnandus videtur: ſed inſpecta qualitate quia ſit de dolo facta vel metu vel ſimili cauſa impediatur eſt inefficax. et ita expone in ſequentibus caſibus.

a ¶ Iniquum. Additio. Nota contra iniquitatem. et ſic ecōtra ex equitate daṫ reo exceptio.l.qui equitate.ff.de do.excep. Ange.
b ¶ Metus cauſa. hoc qñ metu fuit compulſus.
c ¶ Doli. hoc quando inductus fuit per dolum.
d ¶ In factum. Redde ſingula ſingulis propoſitis cauſis. ſ3 Johā. ſed nōne hoc ter tio caſu ſcil3 qñ ꝑ errorē ꝓmiſi datur doli exceptõ? Certe ſic.vt.ff.d do.excepti.l.ij.§. circa quare dic ꝙ hec actio in factū eſt ꝓponenda in ſubſidiū doli exceptionis. ſc3 contra patronū ⁊ parētē: ꝯtra q̄s turpes exceptiones non ꝓponunṫ.vt ff.de except.doli. apud celſū.§.ad uerſus. et ita hic accipiṫ. Accur.

Exceptiões turpes non opponūṫ i pſonos ⁊ parentes.

¶ Idē iuris ⁊c. Caſus. ¶ Iā dixi vobis vnū exē plum i quo videṫ equū pria facie: vt actor debeat obtiere. Iniquū tñ inſpecta perſona rei: q² competenti except. pōt ſe defendere. ⁊ d hoc eodē recito vobis hec aliud exemplū: ſcil3 de eo qui cauſa credendi pecuniam ſtipulatus eſt pecuniā ſibi reddi: ⁊ poſtea pecuniam non numerauit. vnde ſi agat ſtipulator cōpetit ꝓmiſſori exce. non nūerate pecunie.h.d.

ſed iniquū[a] eſt te cōdēnari. Idq3 datur tibi exceptio ꝙ met[b] cauſa: aut doli[c]: mali: aut in[d] factū ꝯpoſita ad ipugnādum actionem.

¶ Exceptio nō nūerate pecunie debitori ꝯpetit: qui cōfeſſus fuit ſe pecuniam recepiſſe quam nō receperat: ei ipam per ſtipulationē reſtituere ꝓmiſerat: ⁊ in equitate fundatur. Aretinus.

¶ Idē iuris eſt ſi quis quaſi credēdi cauſa pecuniā a te ſtipulatus fuerit: neq3 numerauerit: nā eam pecuniā a te petere poſſe eum certū eſt: dare enim te oportet: cū ex ſtipulatiōe tenearis. S3 q² iniquum eſt eo noīe te cōdemnari: placet exceptione pecunie nō numerate te defēdi debere. Cuius tempora nos (ſm ꝙ iā ſuperiorib⁹ libris ſcriptū eſt[e]) cōſtitutione[f] noſtra coartauimus.

¶ Exceptio pacti de nō petendo actionē non tollit: ſ3 eā elidit: que exceptio nitiṫ equitate. Aretinus.

¶ Preterea debitor ſi pact⁹ fuerit cū creditore ne a ſe pecunia peteretur: nihilomin⁹ obligat⁹ manet: q² pacto cōuēto obligatiões nō oīno[h] diſſoluunṫ: quade cā efficax eſt aduerſ⁹ eū actio: q̄ actor intendit ſi apparet[i] eū dare oportere. Sed q² iniquu3 ē contra pactionem eū cōdēnari defendiṫ per exceptionem pacti conuenti.

¶ Exceptio iuriſiurandi actionē nō tollit: ſed eam elidit que etiā nitiṫ equitate: ⁊ ꝯtra realē actionē exceptio iuriſiurādi opponi pōt: que repellit agentem in rē. Af.

¶ Eque ſi debitor creditore deferente iurauerit nihil ſe dare oportere: adhuc obligat⁹ ꝑmanet. ſ3 q² iniquū[k] de ꝑiurio q̄ri defenditur ꝑ exceptionē iuriſiurādi. In his quoq3 actionib⁹ quibus in rem agiṫ eque neceſſarie ſunt exceptiões: veluti ſi petitore deferente poſſeſſor iurauerit eā rem ſuā eſſe[l]: ⁊ nichilomin⁹ petitor eandē rē vēdicet: licet eñ verū ſit qd intendit: id eſt rem eius eſſe iniquum tamen eſt poſſeſſorem condemnari.

e ¶ Idē iuris Scriptum eſt.ſ.de lit.ob.
f ¶ Cōſtitutione.vt.C.de nō nu.pe.l.in ꝯctibus.

¶ Preterea. Caſus. ¶ Iam vidiſtis duo exempla in quibus prima facie equū videtur ꝙ actor debeat obtinere. Iniquum tñ videtur inſpecta perſona rei: q² competēti exce. ſe defendere poteſt. Modo ponit tertium exemplū: puta cū creditor fecerit debitori pactū de non petendo ſicut patet in littera.

g ¶ Preterea Peteret. No. ꝙ pactū de nō petēdo tria operatur. Nā tollit naturalē ipſo iure.vt.ff.de ſol. ſtichū.§.naturalis. Itē elidit ciuilē: vt in hoc.§. Ite3 obligat naturaliter paciſcētem nō petere. Nā ⁊ alias q̄s eſt obligatus naturaliter aliquid nō facere: vt nō facere furtū.vt.ſ.de obliga.que ex deli.naſ.§.j.

h ¶ Nō oīno. Q² nō ciuilis ſ3 naturalis tm̄ vt.ff.de ſo.ſtichū.§.naturaṫ. In caſib⁹ tñ etiā ipo iure vtrūq3 tollit pactū vt in maleficijs factis ſi q̄s paciſcatur ne agatur.

Nota.

Item in pignore remiſſo per pactum.vt.ff. de pac.l.ſi tibi.§.quedā actiões.⁊.§.de pignore.

tñ ꝙ q̄ remittit actões ex maleficio nō vſ remittere dānū vl' intereē vt ꝑ Dy. Bar. et Ange. i §.q̄da3 in gl. al. vbi ē vi de an ꝑ remiſſione iniuriaꝝ factā in fo ro pnia li tollantur iſte actiões ex maleficijs.

i ¶ Si apparet. Oratio poſita loco actiōis. ſm. P. Sed ſm Io. cōtra: vt diximus.ſ.de ac.§.ſic itaq3.

¶ Eque ſi debitor. Caſus. ¶ Iam vidiſtis tria exempla in quibus prima facie videtur equū ꝙ actor debeat obtinere. Iniquū tñ videtur inſpecta ꝑſona rei: q² cōpetenti excep. ſe defendere pōt. Hic ponit quartum exemplū de eodē: puta in excep. iuriſiurandi cū iuramentū delatū fuerit debitori a vero creditore. ⁊ ipſe ſe nichil debere iurauerit ſi agat actor ꝯ reum qui iurauit defendere ſe pōt reus ꝑ exceptionem iuriſiurandi.

k ¶ Eque Iniquū eſt. Hoc not. ſic.ff.de in li.iu.l. ſi.et.ff.de iureiu. na3 poſtea.§.dato.⁊.ff.de dolo.l. nam ſufficit. hoc tamen fallit quotiens eſt cōtra legem iuratū: quia nō ſeruaṫ ſacramentū.vt in aut. ſce.nō ſolum.§.j. colla.v. que ē de nup.C.aut.quod eis.⁊.ff.de iu.patro.l.adigere. et C.de leg. ⁊ cōſti. nō dubium. in fi. Item quādo veritas alias per teſtimoniū poteſt inueniri vt.C.de re. cre.l.fina. Item quādo defertur ſacramentum a iudice.vt.ff.de iureiur.l.admonendi. alias autem obtinet quod hic dicitur.

Iuramētū ꝯ leges ñ eſt ſeruandū.

¶ In his quoq3 actionibus. Caſus. ¶ In ſuperioribus habuiſtis qualiter exceptiones opponūtur contra actiones ꝑſonales. Modo intendit trac. de exceptionibus que opponuntur cōtra eos qui agūt actionibus realibus: vt ſi rem tanq3 meā vendicē dicēs rē meā eſſe: ⁊ verū dico: quia res mea eſt. Tamē iniquū eſſet ꝙ ipſe reus qui iurauerit condemnetur contra ſtilum ſui iuramenti.h.d.

l ¶ Rē ſuā eē. Diſtinguiṫ tñ vtrū iuret ſuā rē eē vl' petitoris nō eſſe: q² ſi iuret ſuā eſſe daṫ ſibi actio ⁊ exceptio: ſ3 ſi iuret petitoris nō eē naſciṫ ſibi exceptio ꝯ petitorē tm̄ vt.ff.de iureiu.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.j.⁊.ij.rn̄.

Iuro rē meā eē, ⁊ iuro tuā non eſſe differunt.

¶ Itē ſi. Caſus. ¶ Adhuc de q̄bus ſupra dictū ē mētio facta reperitur ꝑter exce. q̄dā alia exceptio ꝑ quā pōt re⁹ ſe tueri: veluti ſi ver⁹ debitor ꝑ ſniam iudicis fuerit abſolutus ſentētialiter. Licet eñ ꝑ imperitia3 ver⁹ debitor abſoluaṫ naturaliṫ: tñ manet debitor: ſ3

contra creditorē agentē poterit ſe tueri excep.rei iudi. et.h.d. Sed q̇d eſt qđ hic dicit̄ ꝙ ex ſola naturali obligatiōe poſſit agi. Frater dicit Iaco. ꝙ ex ſola naturali a princi.nō agit̄:ſed qn̄ naturalis ⁊ ciuilis fuerint coniuncte a pn̄.ſi tollatur vna ipſarum ipſo iure ex altera poteſt agi:licet agenti obſtet exceptio.

a ¶ Itē ſi. Actū fuerit.ſubaudi et fueris abſolutus ſicut hic innuit. Addit. Intelligas iſtū tex. cū iſta gl. q̄re⁹ fuit abſolut⁹ vt.j.patet. Ange.

b ¶ Obligatio durat.ſcʒ ſi primo erat obligat⁹. vnde ſi ſoluat nō repetit cum debitū ſoluat.vt.ff.de cōdi.inde.iulianus. et.l.iudex. Et cave tibi:quia ꝑ iuſiurandū ⁊ ꝑ pactū naturalis tollitur obligatio ⁊ remanet ciuil̄.vt.ff.đ iureiu.l.ſi.i pn̄.⁊.ff.đ ſol.l.ſtichū aut pāphilū.§.naturaliſ Sed ꝑ ſniam tollitur ciuilis ⁊ remanet natural̄. vt.ff. de ꝯdi.inde.l.iulianus. Sʒ cū actionē inducat res iudicata vbi nulla oīo erat.vt.C.đ re.cre.l.actori.q̄re non tollit vbi ē:ꝛ Rn̄.res iudicata đ iure ciuili ē:⁊ iō tollit et inducit ea q̄ ſūt de iure ciuili:⁊ ita obligationē ciuilem tollit ⁊ actionē q̄ eſt de iure ciuili iducit.vt.ff.đ orig.iur. l.ij.§.deinde ex his. Ea aūt q̄ ſūt iurʒ natural̄ nō tollit vt obligationē naturalē.vt ar.ꝫ.de leg.ag.iu.§.fina. ✠

Obligatio naturaltollit̄ ꝑ pactū ⁊ iuramētuʒ ſʒ ciuilis ꝑ ſniam. Snia ē de iure ciuili.

✠ Iſtā glo.itellige đ iuramēto voluntarie:'⁊ ſic delato a parte ꝑti: non aūt đ neceſſario qꝛ illud hʒ eādē vi ſicut reſ iudi. vt.l.ij.ff de iureiur.

¶ Abſolutaria lata i perſonali ſiue reali eādē actionē nō ꝑimit:ſed exceptionē rei iudicate parit ꝯuēto. Areti.

¶ Itē ſi i iuditio tecū actū fuerit[a]:ſiue i rē:ſiue i pſonā nihilominus obligatio durat[b]:⁊ iō ipo iure de eadē re poſtea aduerſ⁹ te agi p̄t ſʒ debes per exceptionem rei iudicate adiuuari.

¶ Exceptiones quarū vſ⁹ ē valde neceſſarius ſūt duplices:qꝛ quedā ſūt:ciuiles: et quedam pretorie. Angelus

¶ Hec exempli cauſa retuliſſe ſufficiat ¶ Alioqnq̄ʒ ex multis variſq̄ʒ cauſis exceptiones neceſſarie ſint:ex latioribus digeſtoꝝ ſeu pandectaꝝ libris intelligi pōt Quarū q̄dā ex legibus[c] vel ex his q̄ legis vicē obtinēt[d] vel ex ipſius p̄toris [e]iuriſdictione ſubſtantiā capiunt.

¶ Quedā exceptiones ſūt ꝑpetue ⁊ quedā tꝑales. Itē quedā exceptiōes ſunt perēptorie.vt doli/met⁹/pacti/et ſiles.q̄dā dilatorie:iō ſic vocate qꝛ negocium differre dicuntur que olim actorem temere litigantem facievnt cadere a cauſa.

¶ Appellātur autem exceptiones:alie perpetue ⁊ peremptorie:alie tēporales ⁊ dilatorie ¶ Perpetue ⁊ perēptorie ſuut que ſemp[f] agentibus obſtant:⁊ ſemꝑ rē de qua agitur perimūt: qualis eſt exceptio doli mali:⁊ qđ met⁹ cauſa factū eſt:et pacti ꝯuēti cū ita ꝯuenerit ne oī

¶ Hec exēpli cauſa Caſus. ¶ In multis ⁊ varijs exemplis iam vidiſtis naturam exceptionum:⁊ hec exempli cauſa ſufficiant alioquin ſi plene velis videre naturam oīm exceptionuʒ huius poteris videre ex latioribus digeſtorum ſeu pandectarum libris.

c ¶ Hec exēpli. Ex legibus.vt ne quis conueniatur niſi coram ſuo iudice.vt.C.de excep.l.fina.

d ¶ Legis vicem obtinent. Ut ſenatuſcōſultis.vt.ꝫ. titu.j.in pn̄.ſicut eſt exceptio macedoniani: et velleiani.vt.ff.ad macedo.⁊ velleia.per totum titu.

e ¶ Pretoris iuriſdictione.vt de dolo malo ⁊ metus cauſa.vt.ff.de excep.do.per totum. Itē pacti.vt.ff.de pa.iuriſgentium.§.pretor ait.

¶ Appellant̄ exceptiones. Caſus. ¶ Supra vidiſtis multa de exceptiōibus.adhuc aūt circa naturā excep. ſcire debetis:ꝙ quedā exceptiones dicunt̄ ꝑpetue et perēptorie:vʒ ille q̄ ſemꝑ agētibus obſtāt.⁊ ſemꝑ rem ꝑimūt de qua agit̄:ſicut eſt exēplū de excep.doli mali: et de excep.pacti ꝯuēti qn̄ ꝯuenit ne oīs pecunia peteretur.i.ſine tꝑis p̄finitione:⁊ illud eſt qđ ſemper dicūt canoniſte eccleſiam debere ſemper reſtitui.

¶ Appellantur. ¶ Diuiditur principalit̄ in tres partes. Primo ponit duplicem diſtinctionē exceptionū:qꝛ quedam ſunt perpetue ⁊ quedā tēporales. Item quedam ſunt ꝑemptorie/et quedā dilatorie. Secūdo ponit exēpla cuiuſlibet. Tertio ponit quam penam olim patiebatur ⁊ quam hodie patit̄ qui pendente dilatione legali vel lata ab homine ante dilationem finitam egerit. Secunda ibi perpetue ⁊ peremptorie. Tertia ibi.alioquin ſi. Aretinus.

f ¶ Semper.i.ſine prefinitione tēporis.vt.ff.de do.excep.l.pure.§.ſi. Ita tn̄ ſi ante ſniaʒ opponāt̄.vt.C.ſētentiā reſcin. non poſſ.l. ꝑēptorias. Niſi in ſeptem caſibus in q̇bus etiā opponi p̄nt poſt ſententiā vt rōne etatʒ.vt.C.eo.l.peremptorias.⁊.ff.de mi.l. minor. xxv. an.omiſſam. Itēʒ miles.vt.C.de iu. ⁊ fac.igno.l.j. Itē in macedoniano ⁊ velleiano.vt ff.ad mace.l.tā ⁊ ſi. Itē in donatore q̇ oppōit vt conueniatur inq̄ʒtum facere poteſt etiā poſt ſniam.vt.ff. de re iudi.l. neſennius. §.ſi. Itē exceptio falſi ꝓcuratoris. vt.C.de ꝓcu.l.licʒ Secus ſi rōne ꝑſone procuratoris opponatur exceptio.vt quia ſit miles vel mulier:quia talis exceptio ē dilatoria.vt.j.eo.§.preterea. Item vbicunq̄ʒ dicerem nullū fuiſſe iudicium vt quia ſit venalis ſnia:vel falſis teſtib⁹ vel inſtrumētis iudicata.vt.C.qn̄ nō eſt neceſſe ꝓ.l.venales.vel cū iudex nō ſuus.vt.C.ſi a nō cōpe.iudi.ꝑ ꝛo. ✠ Itē ſi inique ſub iudice ꝯpulſus ē eo tꝑe quo cōpelli nō debuit.vt.ff.de fe.l.j. Sed dilatoria ꝓponit̄ ante litē cōteſtatā:ſed ꝓbat̄ poſtq̄ʒ actor mōſtrauerit qđ aſſeruerat.vt.C.de ꝓba.l.exceptionē.⁊.C.e.l.ſi quidē. Secus in exceptiōe fori:qꝛ ante litē ꝯteſtatā opponi ⁊ ꝓbari dʒ ſ'm quoſdā.vt.ff.e.l.pe. Sed q̇d de exceptione nō numerate pecunie nunquid eſt perpetua vel temporalis:ꝛ Rn̄.quidam anormalā eam eſſe. Nos dicimus ꝙ eſt temporalis bienniȷ.ſcilicet vel.xxx. dierū. vt.ꝫ.de lit.ob.§.fina.⁊.C.de nō nu.pe.l.in ꝯtribus.§.j. et.§.ſuꝑ ceterʒ. Sed in hoc poteſt dici anormala: ꝙ cū al's probet qui excipit:hic tamē non ꝓbat.vt.C.de non nume.pe.l.ſi ex tua cautione. Idē quere in exceptione nō numerate dotis:⁊ eodē modo ſolue.vt.C.de do.cau.nō nūe.l.ſi.⁊ aut.ibi poſita. Itē quid de ea q̄ opponit̄ vt q̇s ꝯueniat̄ inq̄ʒtū facē pōt:ꝛ Rn̄.eā tꝑalē:qꝛ preſumo ꝙ aliqua acquiret:⁊ ſic poſtea poterit ſoluere. vt.C.arbi.tute.l.ſi defunctus.nam nō reperitur quod ſoluitur licet facere non poſſit cōmode.vt.ff. de condi. inde.l.nam et maritus qđ fieret ſi eſſet perpetua cum ſit fauorabilis.vt.ff.de conditio.indebi.l.qui exceptionem. Et circa hoc vide quod notatur in.l.j.C.de iuris et fac. ignoran.

Exceptiones ꝑēptorie i.vſq̄. caſibus p⁹ ſnias opponi p̄nt.

✠ Hoc vex itellige qn p⁹ ſniaʒ oppōit tale exq̄ appꝫ dicū iudicē nō habuiſſe iuriſditionē ſaltem ſcā de q̄ iudicauit: nec fuit fcā ꝓrogatio tacite vl' expreſſe vt late per Ange.

¶ Temporales atq̄ʒ dilatorie. Caſus. ¶ Tu vidiſti exemplum de exceptionibus ꝑemptorijs. modo vidimus exemplū de tꝑalibus dilatorijs q̄ ⁊ tēpore nocent

vtputa ſi ſit pactum factū de nõ petēdo vſqꝫ ad tpā pe titionis. Si em̄ aliquis creditor debitori ſuo fecerit pa ctū de nõ petēdo vſqꝫ ad tpā: ⁊ hic habes aliqd de ma= teria poſt quinquēniū. ꝑterea actionē ſuā nõ ꝑdit: ſꝫ infra quinquēniū olim iuſtā cām ꝑdebat nec āplius a= gere poterat: ſꝫ nõ vult dñs iuſti. ꝙ hoc hodie ita ſtricte ꝓcedat. ſꝫ vult i ca

ſu iſto ꝙ locū ha= beat ꝯſtitutio ze= noniana: ꝺ qua fa cta eſt ſupra men= tio. de act. §. ſꝫ hoc quidē. ſ. ꝙ debeāt inducie duplicari ⁊ poſt quinquēniū duplicatū adhuc nõ audiaꝛ: niſi oēſ expēſas quas re⁹ in lite fecerit eo ꝓ mittere eū ꝯuene= rit reo ſoluat. et hoc idē ꝯſtitutum eſt: vt tali pena ꝑ= territi tpā litiū ob ſeruare doceant.

a ¶ Pacti cõuē ti. ſ. exceptio.

b ¶ Pacti con= uenti. ſ. vſqꝫ ad qn quennium.

c ¶ Alia ſimi= lis. veluti ſi quis ſtipuleꝛ: id qḋ in vtero eſt. vel fru= ctus futuros: vel domū certo loco edificari. vel cum rome eſſet: ephe= ſi dare ſtipulatus eſt. vt. ff. de verbo. obliga. l. interduꝫ ſm̄ Azo.

d ¶ Rem amit= tebant. facit. ſ. de ac. §. ſi qs agens. et. ff. de libe. leg. l. nõ ſolū. §. fi. ⁊. C. ꝺ iure fiſci. l. iuſtas. lib. x. Accurſius.

no pecunia peteretur: Tpa les atqꝫ dilatorie ſūt que ad tpā nocēt et tēporis dilatio nem tribuunt. qualis eſt pa cti cõuēti[a] cum ita conuene rit: ne infra certū tempus a gereꝛ veluti intra quinquē= nium: nā finito eo tpē nõ im pediꝛ actor rem exequi. Er go hi qb⁹ intra certū tpā a gere volentibus obijcit ex ceptio: aut pacti cõuenti[b] āt alia[c] ſiſis: differre debent a= ctionē ⁊ poſt tpā agē. Ideo eni ⁊ dilatorie iſte exceptio nes appellanꝛ. ¶ Alioqn ſi īra tpā egerit obiectaqꝫ ſit exceptio: neqꝫ eo iudicio qc ꝗ̃ ꝯſequebanꝛ ꝓpter exce= ptionem: neqꝫ poſt tpā olim agere poterāt: cum temere rem in iudicium deducebāt et conſumebent: qua ratiõe rem admittebant[d].

¶ Hodie ſi actor plus petat tpē ſiue pendente dilatione reo iducie duplicanꝛ: ⁊ eidē reo actor in expenſis factis in cauſa dānabitur: ãte qua rum refectionem ſuper prin cipali negocio audientia de negabitur. Aretinus.

¶ Hode aūt non ita ſtricte hoc ꝓcedere volum⁹: ſed eū qui an̄ tempus pactionis vl' obligationis litē inferre au ſus eſt: zenoniane[e] ꝯſtitutiõi ſubiacere cenſem⁹: quam ſa cratiſſim⁹ legiſlator de hiſq̇ tempore pl⁹ petierūt ꝓtulit vt ⁊ indutias quas iṗe actor ſponte indulſerit: vl' quas na tura actionis cõtineꝛ[f]: ſi cõ tempſerit in duplum[g] habe= ant hi q̇ talē iiuriā[h] paſſi ſūt et poſt eas finitas nõ aliter litē ſuſcipiāt: niſi oēs expē= ſas litis ãtea acceperint: vt actores tali pena ꝑterriti[i]: tpā litiū doceanꝛ obſuare.

¶ Exceptionū tertiū gen⁹ eſt quia quedam vocatur di latoria iudicij ꝑſonā reſpici ens: vt exceptio incõpetēt̄ ꝓcuratoris ⁊ ſimilis. Areti

¶ Preterea etiam ex perſo na ſūt dilatorie exceptiões quales ſūt procuratorie. ve luti ſi per militem aut mulie rē[k] agere quis velit. Nā mi= litibus nec pro patre vl' ma= tre[l] vel vxore: nec ex ſacro reſcripto ꝓcuratorio noie= exeriri cõcediꝛ ſuis ꝓ pro ne gocijs ſuꝑeſſe ſine offenſa[m] militaris diſcipline poſſūt.

velit. Mulier enim non poteſt eſſe procurator niſi pro patre: ſimiliter miles non poteſt eſſe ꝓcurator patris vel matris vel alicuius alterius: etiā ſi hoc ꝑ reſcriptū imꝑiale ſibi fuerit indultū: qḋ intelligo niſi i reſcripto inſeraꝛ cl'a. hoc non obſtante ⁊c. Pro cauſa tamen ſua vel iure ſuo ſine offenſa diſcipline ſue bene poteſt eſſe ꝓcurator ⁊ agere Et illud verbū ita intellexerunt qui= dam ꝙ miles ſuis proprijs negocijs intereſſe poteſt: ſꝫ per hoc non impe diatur officium di ſcipline ſue: aliter non: de hoc plene habes in gl.

k ¶ Preterea. Mulierem. que ꝓ alio agere non po teſt niſi pro paren tibus: ſi morbus aut etas eos im= pediat: nec ſit qui eorum nomine a= gat. vt. ff. de pro= cu. l. feminis. Ac= curſius. Additio. Mater tamen nõ admitteretur pro filio minore etiam ad defendendam niſi in cauſa ap= pellationiſ. Et eſt ratio quia eſt ma ioris preiudicij ꝗ̃ principalis. Ang.

Mulier ꝓ parētibus agit.

l ¶ Nec ꝓ pa= tre vel matre ⁊c. niſi ꝑ eorum liber tate. vt. ff. de li. ca. l. iij. que eſt cõtra ſecundū Johan. Additio. Dic ꝙ iſto caſu dicitur defendere cauſaꝫ propriam pro ſuo intereſſe. vt. l. ſ. ij. iij. et. iiij. ff. de li= be. cau. facit. l. non tantum. ff. de appel. Ange.

e ¶ Hodie autem zenoniane cõſtitutioni. ſcꝫ grece cuius meminit. ſ̃. de ac. §. ſed hec quidem.

f ¶ Continet. quod dic. vt modo dixi per. l. interduꝫ ff. de verbo. obligat.

g ¶ In duplum. Sed videtur ꝙ nullam patiatur penaꝫ. vt. ff. de peti. here. ꝙ ſi in diem. in pan. q̄ eſt huic contra. Sed dic illam corrigi. Uel melius ſpāle eſt ibi: qꝛ ad hoc ſolū agebaꝛ vt eodē iure penes agētē habe= reꝛ quo erat apḋ defūctum vñ nõ fuit plus petitum.

h ¶ Iniuriam. Non tamen talem propter quam a= gere poſſent.

i ¶ Tali pena ꝑterriti. Facit. C. ad. l. iuliā repe. l. ſ. et. ff. de penis. l. capitalium. §. penultimo. et. C. de inof= fici. teſtamento. ſi quis in ſuo.

¶ Preterea ex perſona. Caſus. ¶ Scire debetis ꝙ quedam exceptiones dilatorie ſunt que quidem ex. l. vel ex natura rei dantur. quedam ſūt dilatorie que ex perſona dantur. veluti ſi aliquis per mulierem agere

m ¶ Sine offenſa. id ē hoc ſit ſine offenſa diſcipline. non autem ſic intelligitur. vt ⁊ hoc non poſſit fieri ſi di ſciplina. id eſt exercitum militare offendatur. ſed ſiue offenſa datur ſiue non: preſumitur non offendi: vt hic. et. C. de procurato. l. qui ſtipendia.

¶ Eas vero exceptiones. ⁊c. Caſus. ¶ Iſte. §. tota die in iudicium frequentatur ad probandum ꝙ infa= mis poteſt eſſe procurator ꝗ̃uis non poſſit eſſe ad= uocatus. et rationem diuerſitatis reddunt quidam: quia procuratio eſt tantum onus: aduocatio autem eſt onus cum honore. His pretaxatis venio ad ca= ſum in hunc modum. Olim ita erat ꝙ ſi tu eras procu rator petri contra me: ſe potuit repellere propter infa miam tuā: vel propter infamiam petri: ſed hodie non vult Iuſtinian̄. ꝙ iſte exceptiones infamie in iudicijs frequentētur: ne diuꝫ ſuper eis altercatū fuerit ipſius principales negocij diſceptatio protelertur.

a ¶ Eas vero. Conquieſcere. Sed contra. ff. de poſtu. l. j. §. ſecundo loco. ⁊ in §. hoc edicto. So. ibi. de maxima infamia, hic de parua. Uel illud de aduocato qui emolumentum tantum habet: hic in procuratore qui tantum habet onus.

Aduocatus lucrũ ꝓcuratori onus h₃.

¶ De replicationibus. ¶ Quia exceptio per replicationes elidit ideo per conſequẽs de replicatione dicit vt. j. eo. in princi. ⁊ ff. d̕ excep. l. ij. §. replicatio. Accur.

Continuatio.

Diuiſio.

I ¶ Nterdum. ¶ Tot⁹ iſte ti. diuidit in duas partes principaliter. Primo ponitur de replicatiõe que prodeſt actori ⁊ que nõ. Scdo que exceptiones competentes reo principali proſunt fideiuſſori et que non proſunt. Secunda ibi: exceptiones autem.

¶ Interdũ euenit. Caſus. ¶ Ca. po. ſic. In ſuperioribus dictũ eſt q₂ illud qd videtur iuſtũ prima facie ex parte actoris videtur iniquum inſpecta ꝑſona rei petentis ſe defendere ꝑ exceptionem legitimam ⁊ ad ſimilitudinem illius ſcire debes naturaʒ replicationis. Sepius enim ꝯtingit ꝙ reus prima facie habebat exceptionem. ſed forſan actor habet replicationem cõtra ſuam exceptioneʒ q₂ iniquuʒ eſſet ꝙ ſua exceptio poſſʒ nocere actori cũ exceptionem rei per ſui replicationem poſſit elidere ⁊ de hoc ponit hic exẽplum faciendo mentionem eius quod dicitur in §. pactus ne peteret.

b ¶ Noceat. i. nõ ꝓſit. Uel dic ꝓprie. ſ. actori. Accur.

c ¶ Conuenit. i. ita fuit conuentum.

d ¶ Excludi. Scilicet per exceptionem. Accurſius.

¶ Rurſus interdum. Caſus. ¶ Supra habuiſtis ꝙ replicatio datur proprio actori contra exceptioneʒ rei. Sed quandoqʒ contingit ꝙ replicatio actoris aliquando prima facie videtur iuſta. ſed inſpecta rei perſona qui ſe per duplicationem competentem poteſt defendere videtur iniuſta. Iniquum eniʒ eſſet ꝙ actoris replicatio ei noceret: et propterea datur ipſi reo contra replicationem actoris duplicatio: et ſic vlterius poteſt varietas negociorum iſta nomina multiplicare. Contra enim duplicationem rei datur actori triplicatio: et contra triplicationem actoris datur reo contra actoreʒ quadruplicatio. Tunc enim plerũqʒ infringit ſuũ ꝓpoſitũ precedẽs: ⁊ ſi naturã iſtaꝝ oĩm actio. plene velitʒ videre hoc ex latioribꝰ digeſtoꝝ voluminibꝰ face poteritʒ. ff. d̕ exce. l. ij.

¶ Infamis põt eſſe ꝓcurator: ⁊ põt ꝓcuratorem cõſtituere. Aretinus.

¶ Eas [a] vero exceptiões q̃ olim ꝓcuratoribus ꝓpter infamiam vel dantis vel ipiꝰ procuratoris opponebãtur (cum i iudicijs frequentari nullo modo perſpeximꝰ) cõquieſcere ſenſimꝰ: ne dũ de his altercatur ipſius negocij diſceptatio proteletur.

¶ De replicationibus.

¶ Replicatio exceptionẽ: tol li q̃ ad tollendã eã nitit̃ equitate: q̃ replicatio ad adiuuandã intentionẽ actoris competit: ⁊ cõtra replicationẽ duplicatio eſt inducta ad ſummouẽdã eandã q̃ prima facie equa videbatur: cõtra quã duplicationẽ actori dat̃ triplicatio. Aretinus.

I Nterdum euenit: vt exceptõ que prima facie iuſta videtur tñ inique noceat. [b] qd cũ accidit alia allegatione opus eſt adiuuãdi actoris grã: q̃ replicatio vocatur: q₂ ꝑ eã replicat̃ atqʒ reſoluitur ius exceptionis. Ueluti cũ pactꝰ eſt aliqs cũ debitore ſuo ne ab eo pecuniã petat deide poſtea in cõtrarium pacti ſunt: id eſt vt creditori credẽ liceat: ſi creditor agat: ⁊ excipiat d̕bitor vt ita demum condemnetur ſi non conuenerit: ne eã pecuniã creditor petat: nocet ei exceptio ꝯuenit [c] eni ita. nãqʒ nihilominꝰ hoc veruʒ manet: licet poſtea in cõtrarium ii q pacti ſunt: ſ d q₂ iniquũ eſt creditorem excludi [d]: replic tio e. dabit̃ ex poſteriore pacto ꝯuẽto. Rurſꝰ interdũ euenit vt replic tio q̃ prima facie iuſta ẽ inq̃ noceat [e] qd cũ accidit alia allegatõe opꝰ eſt adiuuãdi rei gratia: que duplicatio vocat̃. Et ſi rurſus eaf prima facie iuſta videat̃: ſed ꝓpter aliquã cauſã actori inique noceat rurſus alia allegatione opꝰ ẽ q̃ actor adiuuet̃: que dicit̃ triplecatio. Quarũ omniũ exceptionũ vſũ iterdũ vlteriꝰ q̃ʒ diximꝰ varietas negociorũ itroduxit: quas oẽs a pertiꝰ ex digeſtorũ [g] latiore volumine facile ẽ cognoſcere.

¶ Exceptio reo ꝯpetens ſi eſt in rem ꝯ derit eiꝰ fideiuſſori propter actionẽ mandati qua reus ſibi tenet̃. Exceptio vero ꝑſonalis: vt ceſſiones bonorũ vel ſimiles ad fideiuſſorem nullatenus ſe extendunt. Aretinus.

¶ Exceptiões [h] autem quibus debitor defenditur plerũqʒ accõmodari ſolent etiã fideiuſſoribꝰ [i] eius ⁊ recte q₂

e ¶ Noceat. Id eſt non proſit. Accurſius.

f ¶ Ea. Scilicet duplicatio. Accurſius.

g ¶ Digeſtorũ. Ut. ff. d̕ excep. l. ij.

¶ Exceptiones. Caſus. ¶ Iſte §. debere ret poni in fine precedentis tituli hic tamen ſatis conuenienter ponitur: quia omnes replicationes exceptiones dicũtur. Dicit enim Iuſtinia. i iſto §. omnis exceptio q̃ cõpetit alicui reo debet competere et eius fideiuſſori parum enim vel nichil ipſi reo prodeſſet niſi ſuo fideiuſſori competeret qui recurſum haberet ꝯ eum.

h ¶ Exceptiones. hic §. videt̃ ꝙ deberet eſſe in fine ſuperioris ti. Sed certe cum ⁊ replicatio ſit exceptio bene ponitur hic generaliter: taʒ ad exceptiones q̃ʒ ad replicatiões pertinẽs. Accurſius.

i ¶ Fideiuſſoribꝰ. Appellatione fideiuſſoris omne acceſſorium accipe: ſiue ſit mandator. ſiue fideiuſſor: ſiue alius. ex eo dictus fideiuſſor ꝙ pro alio fidem ſuam aſtrinxerit. Et nota ꝙ dicit plerumqʒ: quia exceptio reo competens gratia ſue perſone vt quia ſit minor ⁊ fideiuſſori non competit. vt ff. de mino. l. in cauſe. in princ. et. ff. de excep. l. exceptiones. in fi. l. Item ſi eſt dãnatus in omnibus bonis ſuis ratione ſui delicti. vt. C. de fideiuſſo. l. j. vel ſi ceſſit bonis vnde ꝑſonaliter ei ſubuenit̃ ne in plus ꝯueniatur q̃ʒ inquantum facere poteſt. vt. ſ. de act. §. fina. et. j. eo. in fi. Itẽ vbicũqʒ quis inq̃ʒtum facere poteſt condem-

Fideiuſſorẽ nomẽ gñale r dicit̃ a fide.

Exceptiones reo ꝯpetentes grã ꝑſone fideiuſſori ñ ꝯpetũt ſʒ bñ ſi rei coherens.

natur/nam fideiuſſori nõ datur exceptio. ✠ vt.ff.ꝑ ſo. l.verum.§.j.ꝛ.ff.ſo.ma.l.alia. Ubi autẽ exceptiones rei coherent: vt pacti ↄuenti: ꝛ rei iudicate fideiuſſoribus cõpetũt vt hic etiam inuito reo.vt.C.de excep.l.defenſiones.ꝛ.ff.de except.l.oẽs. Additio. Dicvt in l.pe.et in.l.tam mandato ꝛi.C.de non nu.pec. Ange.

✠ Ut.ff.de re iu di.ꝛ.l.ſi fideiuſ.i ꝑnc.niſi fideiuſ. vt defẽſor ↄueniatꝫ tũc eivt defenſori nõ vt fideiuſſo. datur.

a ¶ Ab his.Scꝫ fideiuſſoribus.
b ¶ Qua rõne. Exẽplificat. Ac.
c ¶ Quis.Scꝫ creditor. Accur.
d ¶ Illis quoqꝫ.Scꝫ fideiuſſoribus.ꝛ ſilibus.
¶ Sane excepti ones ꝛc. Caſus. ¶ Dixi vobis ſupra ꝙ exceptio q̃ cõpetit reo competit ꝛ eius fideiuſſori. Hoc autẽ fallit in vno caſu ſcꝫ qñ debitor ceſſerit bonis. Hec eñ exceptio fideiuſſoribus nõ prodeſt. Illi eñ qui alios ꝓ reo obligãt hoc maxime ꝓſpiciũt ꝙ ſi reus ꝑncipalis fuerit facultatibus ſuis lapſus poſſint a fideiuſſoribus totum ſuum debitum conſequi hoc dicit.

qꝺ ab his [a] petiẗ id ab ipõ ꝺ bitore peti videẗ: qꝛ mãdati iudicio rediturus eſt eis qꝺ hi ꝓ eo ſoluerint. Qua [b] ratione ꝛ ſide nõ petẽda pecunia pact⁹ quis [c] cũ reo fuerit placuit ꝑ ide ſuccurrẽdũ eẽ ꝑ exceptionẽ pacti ↄuẽti: illis [d] q̃qꝫ q̇ ꝓ eo obligati ſunt acſi etiã cũ ipſis pact⁹ eſſet ne ab eis ea pecunia peteretur. Sane q̃dã exceptiones nõ ſolẽt his accõmodari: ecce eñ debitor ſi bõis ſuis ceſſerit: ꝛ cũ eo creditor experiaẗ defendiẗ ꝑ exceptionẽ [e] ſi bonis ceſſerit: ſed hec exceptio fideiuſſorib⁹ non daẗ: iꝺ ſcilꝫ qꝛ qui alios ꝓ debitore obligat: hoc maxime [f] ꝓſpicit vt cũ facultatib⁹ lapſus fuerit debitor poſſit/ab his q̃s ꝓ eo obligauit ſuum cõſequi.

e ¶ Per exceptionem. Propter hũc caſum dixit. ſ. plerumqꝫ ꝛ propter alios vt diximus.
f ¶ Maxime. Facit.ſ.de fideiuſſo.in prin.
¶ De interdictis. ¶ Quia interdicta vicem ſuſtinẽt ſeu obtinent actionum: ideo poſt actiones ꝛ de interdictis proponitur.vt.j.e.in prin. Accur. Sed iſta rubrica cõgruentius poſita fuiſſet ante titu.de excep.vt fecit iuriſcon.in digeſtis: quia ante titu.de excep.poſuit iſtum titu.ſed de hoc non eſt vis.

diuiſio. Sequitur. ¶ Totus iſte titu.diuiditur in quattuor partes. Primo ponit quid olim erãt interdicta. Scđo ponit vnam diuiſionem interdictorum. Tertio ponit aliam diuiſionem. Quarto ponit vnaꝫ aliam diuiſionem interdictoꝝ. Scđa ibi: ſumma aũt. Tertia ibi: ſequens. Quarta ibi: tertia diuiſio.

☞ ¶ Sequitur. Caſus. ¶ Dixi iuſti. Domine que ſunt ergo interdicta? Frater dicit ipẽ. olim interdicta erãt quedam ſolemnis conceptio verborum per quã volebat pretor aliquid fieri vel ꝓhibebat ꝛ maxime hoc faciebat quando diſceptabatur de poſſeſſiõe vel quaſi hoc dicit.

g ¶ Actionibus. Scilicet in factum.vt.j.eo.§.fina.
h ¶ Conceptiones verborum. Id eſt dicere verba concepta ꝛ formata a pretore proponente interdicta. Sed ſm hoc que erat differentia olim inter interdicta et actiones: cum et actio erat formula.vt.ff.de origi.iur.l.ij.§.deinde ex his? Reſpon. quidam vt preceptor meus Azo.ꝙ interdicta formabantur in perſona volentium ea intentare tantum loquendo eis. vnde interdicta inter duos dicuntur reddi a pretore loquẽdo duobus.vt.j.e.§.exhibitoria. et hoc etiam colligitur.ff.ſub multis titulis in tractatu de interdictis. ſic enim dicitur vnde vi illum deieciſti ꝛc.vt.ff.de vi ꝛ vi ar.l.i.in princ. Item vti edes de q̃bus ꝛc.vt.ff. vti poſ.l.i.in prin.ꝛ ſic de aliis. Sed actiones generaliter et in perſonam omnium formabantur vt quicũqꝫ emerit ex empto agat: et ſic de ceteris. quod colligitur.ff.de orig.iu.l.ij.§.omnium.ꝛ.§.de his. Uel dic breuiter differentiam talẽ fuiſſe: quia interdicta a pretoribus: ſed actiones a ceteris magiſtratib⁹ formabantur: vt pꝫ ex eo ꝙ omnia interdicta ſunt pretoria.vt.ff.de interdic.per totũ librũ. Sed hodie nichil aliud ẽ interdictũ q̃ꝫ actio pretoria in factũ.vt.j.e.§.fi. Additio. Dic ſm Jo.fab. Immo ẽ aliud. ꝛ põt agi vel interdicto vel actione in factum ad electionẽ actoris.vt.ff.ne vis fiat ei.l.ſi q̇s miſſ⁹.§.cum pretor.ff.vti poſ.l.j.§.reſtituẽde.ꝛ not.ff.de vi ꝛ vi ar.l.i.§.fi.licet glo.not.idem quod hic in rubri.ff.eo.ſed Dy.repꝛhẽdit glo.ꝛ hoc eſt verũ. Ange.

Interdicta ꝛ actiones olim differebãt

¶ De interdictis.
¶ Interdicta oli nil aliꝺ erãt niſi certe ↄceptiões ꝟborũ late a ꝑtore iterdictũ interponẽte: cũ int duos de poſſeſſione agebatur. Aretin⁹.

SEquiẗ vt diſpiciamus de iterdictꝭ ſeu actionib⁹ [g] q̃ ꝓ his exercẽtur. Erãt. interdicta formeatqꝫ ↄceptiões ꝟboꝝ [h] quib⁹ ꝑtor aut iubebat [i] aliq̃d fieri: aut fieri ꝓhibebat [k]: qꝺ tũc maxime [l] fiebat: cũ de poſſeſſiõe [m] aut q̃ſi [n] poſſeſſione inter aliquos ↄtẽdebaẗ.

i ¶ Jubebat. Quod eſt in interdictis reſtitutoriis ꝛ exhibitoriis.vt.j.e.§.reſtitutoria.ꝛ.§.exhibitoria.
k ¶ Prohibebat. Quod facit in prohibitoriis interdictis.vt.j.e.§.prohibitoria.
l ¶ Maxime. Hoc ideo dicit: quia quandoqꝫ per interdicta non ſuper poſſeſſione: ſed ſuper iure rei contenditur: vt patet in interdicto de mortuo inferendo. vbi licet inferre et ſepulchro medificando. vbi licet in edificare.vt.ff.de mor.infe.l.j.in prin.et.§.pretor ait. Item quandoqꝫ proprietatis ꝛ poſſeſſionis ſimul.vt ff.de aqua quo.ꝛ eſti.l.j.§.fina.ꝛ.ff.eo.l.interdictorũ.§.quedam. Sed nunquid alio modo q̃ꝫ per interdicta.i.de iure ciuili agitur de poſſeſſione? Reſpon. ſic. vt per conditionem indebiti.vt.ff.de con.inde.l.indebiti.§.ſed et ſi nũmi. Item per triticariam.vt.ff.de cõdi.tri.l.i.in fi.et.l.ij. Item per condictionem ex lege. vt.C.de acqui.poſ.l.fi.in fine.et.ff.de rei ven.l.fi.et.C.loca.l.ſi quis. Accurſius.

Interdictꝭ q̃nqꝫ litigaẗ ſuꝑ proprietate

Poſſeſſio põt peti ſine interdictis.

m ¶ De poſſeſſione. Siue retinenda. ſiue recuperãda: ſiue adipiſcenda.vt.j.e.§.ſequens diuiſio.
n ¶ Quaſi poſſeſſione. Ut cum contenditur de poſſeſſione rerum incorporalium: vt vie et itineris: et actus et aqueductus vbi nõ eſt vera poſſeſſio ſed quaſi.vt.ff.de acqui.re.do.l.ſeruus.§.incorporales.ſed tamen eſt ibi quedam quaſi poſſeſſio: et de ea retinenda competunt interdicta de itinere: et actu: ꝛ via: et aqua. quando contendo me eſſe in quaſi poſſeſſione predictorum iurium.vt.ff.de itine.actuqꝫ pri.per:to.ꝛ ff.de aqua quoti.et eſti.per totum.et.ff.de ſerui.l.pe nul.et.ff.ſi ſerui.ven.l.ſicuti.§.ariſto.

Res incorpales q̃ſi poſſidentur.

¶ Sũma autẽ ꝛc. Caſus. ¶ Dixi vobis ꝙ olim erãt interdicta quedam ſolemnis conceptio verborũ per

quam ꝛc. Modo volo ꝙ ſciatis primam diuiſionē interdictorum. et eſt trimembris. Interdicta enim aut ſunt prohibitoria: aut reſtitutoria: aut exhibitoria. Interdicta prohibitoria appellantur ab effectu prohibitionis: vt puta cum aliquis ſine vitio iuſſu iudicis vel aliquo alio legitimo modo poſſidet: prohibetur pretor ei vim fieri.

Item, phibet edificari aliquid i loco publico: vel in itinere ſolito. Itē prohibet aliquid poni in flumine publico ripa ve eius quo peius per flumen nauigetur. h. d.

¶ Interdictorū quedā ſūt prohibitoria: vt interdictū ne vis fiat. itē de mortuo inferēdo quedam ſunt reſtitutoria. vt interdictum quorum bonorum: quedam vero ſūt exhibitoria: vt interdictū de libero homine exibendo. et ſimilia. Aretin⁹.

¶ Sūma[a] aūt diuiſio interdictorū hec eſt: ꝙ aut prohibitoria ſūt: aut reſtitutoria[b] aut exhibitoria ¶ Prohibitoria ſunt quibus ꝑtor vetat aliquid fieri: veluti vim ſine vitio poſſenti[c] vel mortuū[d] inferenti quo ei ius erat inferendi[d]: in vl' ſacro loco edificare[e]: vel in flumine[f] publico ripa ve eius aliquid fieri quo peius nauigetur.

¶ Reſtitutoria ſūt qb⁹ reſtitui aliquid iubet: veluti bonorum poſſeſſori[g] poſſeſſionem eorū que quis ꝑ herede aut pro poſſeſſore[h] poſſidet[i] ex ea hereditate: aut cū iubet ei qui vi de poſſeſſione fundi deiect⁹ ſit: reſtitui poſſeſſionen[k].

¶ Exhitoria ſūt ꝑ q̄ iubet[l] exhiberi: vel uti eū de cui⁹

a ¶ Summa. Iſt eſt prima nō minima: quia et de duobus membris aliqua inuenitur. vt. j. eo. §. tertia.

b ¶ Reſtitutoria. Quandoqꝫ tamen quedam inueniuntur mixta tā prohibitoria ꝙ̄ exhibitoria. vt. ff. eo. l. j. §. interdictorum. ꝛ. ff. de lib. ho. exhi. l. i. Nā petitur exhiberi: et prohibetur inuitus retineri. vide glo. in. d. §. interdictorum. que plenius loquitur. Ange.

c ¶ Poſſidenti. vt ſi quis miſſus fuit in poſſeſſionē iuſſu pretoris. vt. ff. ne vis fi. ei. qui in poſſeſ. miſ. eſt. l. i. in princi. Nam iuſte poſſidet ei ſine vitio qui auctore pretore poſſidet. vt. ff. de acqui. poſ. l. iuſte.

d ¶ Inferēdi. Quod interdictum eſt. ff. de mortuo inferendo. l. i. in prin. ꝛ. §. hoc interdictum.

e ¶ Edificari. Quod interdictuꝫ habes. ff. ne quid in loco ſacro. l. i. in prin. Accur.

f ¶ Vel in flumine. et hoc habes. ff. de flu. l. i. in ꝑn. et. ff. ne quid in flumine. pu. l. i. in fi.

¶ Reſtitutoria ſunt ꝛc. Caſus. ¶ Item, vidiſtis que ſunt interdicta prohibitoria: modo videatis que ſunt reſtitutoria. Et dicuntur reſtitutoria ab effectu reſtituendi: videlicet cum pretor iubet interdicto alicui reſtitui. verbi gratia. Si ego ſum bo. ſi. poſſeſſor. de iure preto. pretor iubet michi reſtitui quicquid aliquis de hereditate illa vel pro herede: vel pro poſſeſſore poſſidet: et aliquid cōpetit michi per interdictū: quorum bo. Et nota ꝙ cum dicitur ꝙ interdictum quorum bo. eſt reſtitutorium ſumitur hoc verbum reſtituere improprie ſcilicet pro eo quod eſt per ſe dandi: ſicut et verbum reddendi ſignificationem per ſe reddendi habet. Vel potes dicere ꝙ proprie dicitur hoc verbum reſtituere habito reſpectu ad perſonam defuncti qui res ipſas poſſedit: et heres cenſetur eadeꝫ perſona cum perſona defuncti. Sed diceret aliquis. Domine qualiter poteſt interdictum: quorū bo. eſſe interdictum recuperande poſſeſſiōis cum ſit interdictum adipiſcende. Frater verbum reſtituendi ſumitur improprie: vt iam dictum eſt.

Bonoꝝ poſſ. q̄s dicitur.

g ¶ Bonorum poſſeſſori. Non rerum ſed iuris. id ē ſuccedenti de iure pretorio tantum: vt filio emancipato vel cognato qui dicuntur bonorum poſſeſſores ex bonorum poſſeſſione edictali et decretali. nam ſtatiꝫ habent hoc interdictum directum vt conſequantur poſſeſſionem hereditatis quod appellatur quorum bonorum. vi. j. e. §. adipiſcende. Utile vero datur illi qui ſuccedit de iure ciuili vel ex teſtamento: vel ab inteſtato. vt. ff. quorum bo. l. i. in principio. C. quorū bo. l. i. Sed contra eſt in hereditatis petitione. Nam directa datur heredi de iure ciuili. vtilis vero ei qui ſuccedit de iure pretorio. vt. ff. de bo. poſſeſſo. heredi. pe. l. i. Eſt et aliud nouum auxilium per nouam conſtitutionem inuētum per qđ petitur poſſeſſio hereditatis ſit teſtamentum apparet non vitiatum vel vituperatum in aliqua ſui parte vt. C. de edic. diui. diui adriani tol. l. fina. Sed quare dicitur hoc reſtitutorium: cum nunqꝫ hic bonorum poſſeſſor hūerit poſſeſſionem. Reſpon. improprie dicitur reſtituere pro dare. vt. ff. de ver. ſigni. l. verbum reddendi. ꝛ. ff. de le. ij. l. cum quidam. Vel dic ꝙ inſpecta perſona defuncti dicitur reſtitutorium: ſed natura ſui dicitur adiſpiſcēde poſſeſſionis. vt. ff. quorum bo. l. i. §. fina.

Interdictū quorum bonorū ē duplex ſcꝫ directū ꝛ vtile.

Hereditatis petitio eſt duplex.

Reſtituere qñqꝫ ſumit pro dare.

Additio. Hec vltima verior quia licet vera poſſeſſio non transferatur ad heredem. vt. l. cum heredes. ff. de acqui. poſſeſſ. in princi. fingitur tamen transferri preſertim decreta. bo. poſſeſ. et hec reſpectu ꝛ hoc attento dicitur reſtitutorium. attenta tamen veritate adipiſcende et ſaluatur iſte text. vbi dicitur adipiſcende. Angelus.

h ¶ Pro poſſeſſore. Due ſunt vie ſuccedendi ſcilicet iure ciuili et iure pretorio. Prima ſubdiuiditur in poſſeſſorium per conſtitutionem diui adriani et petitorium: vt per petitionem hereditatis directam. Itē ſecūda ſimiliter ſubdiuiditur in poſſeſſorium: vt per interdictum quorum bonorum per quod petit ſucceſſor de iure pretorio ſe mitti in poſſeſſionem bonorum que tenebat defunctus tempore mortis. vt hic. Item in petitorium vt per petitionem hereditatis bonorum poſſeſſoriam.

i ¶ Poſſidet. Vel dolo fecit quo min⁹ poſſideat. vt. ff. quorum bo. l. i. in prin. et expone hec verba pro herede et poſſeſſore. vt. j. eo. §. pro herede. et. §. pro poſſeſſore. Accurſius.

k ¶ Reſtitui poſſeſſionem. per interdictum vnde vi quod intra annum locum habet pro his q̄ peruenerunt ad violentum: pro aliis perpetuo. vt. ff. de vi ꝛ vi ar. l. i. in prin. et hoc ſi ciuiliter et naturaliter poſſideat deiectus. Si autem naturaliter tantum vtile habet tantum: vt fructuarius. vt. ff. de vi et vi. ar. l. iij. §. vnde. vi.

Violēti aꝫ daſſ⁹ qđ reme diū hꝫ.

¶ Exhibitoria ꝛc. Caſus. ¶ Iam vidiſtis q̄ ſunt interdicta prohibitoria et reſtitutoria modo videatis que ſunt exhibitoria. ꝛ vocantur exhibitoria interdicta ab effectu exhibēdi cū ſcꝫ pretor iubet aliq̄d exhiberi michi. Et de hoc ponūt tria exēpla in lfa q̄ ſatis patēt.

l ¶ Iubet. Scilicet pretor.

a ¶ Libertate. Ut q liber homo detinentur inuit' quod interdictum habes. ff. de li. ho. exhi. l. i.
b ¶ Indicere velit. Id eſt iniũctas opas dicere ve‑lit vel conuentas iniungere. quo caſu ageret de libe‑ro hoie exhibendo. vt. ff. de lib. ho. exhi. l. fina.
c ¶ Parẽti. In hoc caſu duo ſunt interdicta. Unũ de liberis exhibẽdis. Alterũ de li‑beris deducẽdis vt. ff. de li. exhi. l. j. j. reſpon. ⁊ l. iij. j. reſpon. in princi‑pio.
¶ Sunt tamẽ q̃ putant ⁊c. Caſ⁹. ¶ Scire debetis ꝙ tam prohibito‑ria q̃ʒ reſtituto‑ria et etiam exhi‑bitoria interdictã vocantur. ſũt ta‑men q̃ putant ꝙ ſolũmodo prohi‑bitoria iterdicta debeant dici. ⁊ q magis debeant dici decreta q̃ʒ in‑terdicta. Nos au‑tem dicit iuſti. di‑cim⁹ ꝙ omnia de‑bent dici interdi‑cta q̃ſi inter du‑os dicta non ha‑bendo reſpectuʒ ad hoc ꝙ interdi‑ctũ reſonat ꝓhi‑bitionem h. d.
d ¶ Obtinuit Inter ſapiẽtes.
e ¶ Inť duos dicũtur. i. a p̃tore formanť. vt no. ẽ.

libertate[a] agitur: aut liber‑tum cui patronus operas indicere[b] velit aut cum pa‑rẽti[c] liberos qui in poteſta‑te eius ſunt. ¶ Sũt tamen qui putãt ꝓprie iterdicta ea vocari q̃ ꝓhibitoria ſunt: q interdicere ẽ denũciare ⁊ ꝓ‑hibere. Reſtitutoria aũt ⁊ ex‑hibitoria ꝓprie decreta vo‑cari. Sʒ tñ obtinuit[d] omnia interdicta appellari: q inter duos dicuntur[e].

¶ Interdictoꝝ quedã ſunt: adiſpicẽdi poſſeſſionis: que‑dã retinẽde: quedã recupe‑rande. Adipiſcẽde võ inter‑dictum quoꝝ bonoꝝ quod cõpetit heredi vẽ iure p̃torio in poſſedentẽ res heredita‑rias ꝓ herede vel poſſeſſore ſic dictũ: q anteq̃ʒ adipiſcať poſſeſſionẽ ꝯpetit. Itẽ ſalui‑anũ interdictũ ꝓ rebus i fũ‑do illatis. Aretinus.

¶ Sequẽs diuiſio interdi‑ctorũ hec eſt: ꝙ quedã adi‑piſcẽde poſſeſſionis cã ꝯpa‑rata ſunt: quedã retinende: quedã recuparãde. ¶ Adi‑piſcẽde poſſeſſiõis cã inter‑dictũ accõmodatur bonorũ poſſeſſori qd̃ appellať quoꝝ bonoꝝ eiuſq̃ʒ vis ⁊ poteſtas hec ẽ: vt quod ex his[f] bonis quiſq̃ʒ quoꝝ poſſeſſio[g] alicui data[h] eſt ꝓ herede[i] aut ꝓ poſ‑ſeſſore poſſideat: id ei cui bo‑norum[k] poſſeſſio data eſt re‑ſtituere debeat. ¶ Pro he‑rede[l] autẽ poſſidere videtur qui putat ſe heredem eſſe. ¶ Pro poſſeſſore is poſſi‑det q̃ nullo iure rẽ heredita‑riã vel etiã totã hereditatẽ ſciens[m] ad ſe nõ ꝑtinere poſ‑ſidet. Idõ aũt adipiſcẽde poſ‑ſeſſiõis vocať interdictũ: q ei tantum vtile eſt qui nunc primũ conatur adipiſci poſ‑ſeſſionem rei. Itaq̃ʒ ſi quis adeptus: poſſeſſionem[n] ad‑miſerit eã[o] hoc interdictum ei inutile[p] eſt.

uerſale. vt. ff. quo bo. l. j. §. fi. Sed certe nichilominus eſt vniuerſale licet ad vnam rem detur: ſic em̃ ẽ in he‑reditatis petitiõe vt. ff. de peti. he. l. reglarit. ⁊ l. lʒ quã conſtat vniuerſalem eſſe. vt. ff. de rei ven. l. j. j. reſpon. bonoꝝ ⁊ petitõ heredi‑tatis ꝑ vna ſola re pñt ꝯpetere
g ¶ Poſſeſſio. Scʒ decretalis.
h ¶ Data eſt. ſcʒ a voce p̃toris viui. vel hodie corã quolibet iudice. vt. C. q̃ admit. ad bono poſ. l. fina. Additio. Dic ꝙ non eſt neceſſe ꝙ iudex ſiue pretor ſiue alius iudex bonoꝝ poſſeſſio‑nẽ ꝯcedat ſʒ An.
i ¶ Pro here‑de. Sed nunqd hi tituli ſũt ꝯ' Rñ. non. vt. C. qui. ca. ceſ. lon. tẽp. pre. l. hereditatẽ. ergo vſucapio nõ põt ꝓcedere. Sʒ cõ‑tra. ff. quo. bo. l. j. j. reſpõ. Sed illũ expone vt ibi.
k ¶ Bonorum poſſeſſio. Scilicʒ decretalis.
¶ Pro herede. Caſus. ¶ Dixi ꝙ interdictũ quo‑rum bo. appella‑tur interdictum adipiſcẽde poſ‑ſeſſiõis. Sʒ dñe Iuſti. ꝓ deo dica‑tis michi quare ſic appellať. Fra‑ter dicit ipſe tãtũ vult hoc dicere ꝙ nunc primũ velit adiſpiſci poſſeſſionem bo. quorũ poſ. nũq̃ʒ habuit. vñ ſi aliquis habuit poſ. bo. ⁊ poſtea eam amiſerit nõ cõ‑petit ei hoc interdictum. ſed magis interdictum recu‑perande poſſeſſionis.

¶ Sequens diuiſio. Caſus. ¶ Supra vidiſtiſtis vnã diuiſiõem interdictorum hic ſequitur alia. ⁊ eſt hec. ſ. ꝙ quedã ſunt interdicta adipiſcende poſſeſſiõis tria ꝓdita: vel etiã inuenta: ⁊ quedã etiã retinende poſ‑ſeſſionis gr̃a ⁊ quedã recuꝑande. Adipiſcẽde poſſeſ‑ſionis gr̃a inuentũ eſt interdictũ quoꝝ bo. ⁊ quoꝝ le‑ga torũ: q̃ʒuis de eo nõ fiat hic mentio: ⁊ ſaluianũ in‑terdictũ. Per interdictum em̃ quoꝝ bo. poteſt ille cui bo. poſ. data eſt petere poſ. oĩm rerũ hereditariarum ab eo q̃ ꝓ herede vel ꝓ poſſeſſore poſſidet. ⁊. h. d. Et notare debetis circa hunc. §. ꝙ ſucceſſores de iure p̃‑torio vocantur bo. poſ. Succeſſores aũt de iure ciuili vocanť heredes: ⁊ directe cõpetit ei hoc interdictum qui eſt heres de iure p̃torio. Utilis aũt datur heredi de iure ciuili ecõuerſo aũt eſt in petitiõe hereditatis Scire etiã debetis ꝙ duo ſũt neceſſaria ad hoc ꝙ mi‑chi cõpetat interdictũ quoꝝ bo. directũ. ſ. ꝙ ego ſucce‑dam de iure p̃torio: ⁊ ꝙ ille cõtra quẽ ago hoc interdi‑cto poſſideat res aliquas hereditatis: vel totã here‑ditatẽ ꝓ herede vel poſſeſſore. Et nota ſil'r ꝙ vbicũq̃ʒ reperis operis reſtituendi interdicto adipiſcẽde poſ‑ſeſſionis improprie poniť: vel potes dicere ꝙ proprie ponitur habito reſpectu ad ꝑſonã teſtatoris q̃ res il‑las poſſidet. heres tñ cũ eo cenſetur eadem ꝑſona.
Intẽdi‑ctũ q̃uiʒ
f ¶ Sequens. Qd̃ ex his innuiť hic ꝙ hoc interdi‑ctũ etiã ꝓ vna re cõpetat. Sʒ cõtra videť ꝓ ſit vni‑

l ¶ Pro herede. (l) Hec or̃o qñq̃ʒ accipiť ꝓ p̃o titu‑lo. vt. ff. ꝓ he. ꝑ totũ qñq̃ʒ ꝓ falſo: vt q credebat ſe he‑redẽ cũ nõ ſit; et ita hic accipiť. ⁊ qñcũq̃ʒ agiť petitiõe hereditatis. vt. ff. de peti. here. l. pro here. Additio. (l) Oportet tamen ꝙ non ſit pro quota: vel ꝙ licet ſit he‑res aliter ꝙ habeatur pro legatario vt. l. quotiens. C. de here. inſti. cum ibi no. Ange.
m ¶ Sciẽs. Unde ſi queriť ab eo quare poſſideat dicit quia poſſideo, vel ſi dicat ꝓ herede tamẽ falſum ſcienter dicit. vt. ff. de peti. he. l. qui interrogatus.
n ¶ Poſſeſſionem. Que eſt facti. Accurſius.
o ¶ Eam. Scilicet: poſſeſſionem, que eſt facti.
p ¶ Inutile eſt. Sed aget amodo rei vendicatio‑ne cum ſit dominus. Accur.
¶ Interdictũ quoq̃ʒ ⁊c. Caſus. ¶ Iaʒ habuiſtis vnũ exemplũ de interdicto adipiſcẽde poſſeſſiõis. adhuc dicã vobis aliud exẽplũ de eodẽ. Interdictũ em̃ ſal. l. cum hʒ ad adipiſcẽdã poſſeſſionẽ oĩm rerũ quas poſ‑ſedit colonus tp̃e illo quo fundũ meũ ꝯduxit: q̃ quidẽ res ꝓ mercedibus fundi tacite erãt obligate: cõpetit michi hoc interdictũ vtile cõtra quẽlibet extraneum

¶ Interdictū quoq̄ qđ appellatur ſeruianū adipiſcēde poſſeſſiõis cā cõparatū[a] eſt: eo quoq̄ vtitur dñs fundi de reb⁹ coloni quas is ꝓ mercedib⁹[b] fundi pignori futuras pepigiſſet[c].

¶ Interdictū retinēde poſſeſſionis dr̄ vti poſſidetis ꝛ vtrobi. Nā cū inter aliquos de ꝓprietate queſtio ē mouēda/ ꝛ vterq̄ ſe poſſeſſorē cõtendit: ꝓpter magnū poſſeſſiõis cõmodū nõ põt aliſup petitorio diſceptari niſi vni⁹ ſit: petitor alius poſſeſſor: ad qđ diſcernēdū ꝓpoſitū hec interdicta. Aretin⁹

¶ Retinēde poſſeſſiõis cā cõparata ſunt iterdicta vti[d] poſſidet̄: ꝛ vtrobi: cū ab vtraq̄ pte de ꝓprietate[e] alicui⁹ rei cõtrouerſia ſit: ꝛ ante q̄ritur vter ex litigatorib⁹ poſſidere/ ꝛ vter petere[f] debeat. Nāq̄ niſi añ exploratū fuerit vtri⁹[g] eoꝝ poſſeſſio ſit: nõ põt[h] petitoris actio inſtitui: qꝛ ꝛ ciuilis[i] et naturalis[k] rõ facit vt ali⁹ poſſideat et ali⁹ a poſſidēte petat. Et qꝛ longe cõmodi⁹ ē poſſidere poti⁹ q̄ȝ petere: iõ plerūq̄ ꝛ fere ſemꝑ ingēs[l] exiſtit contētio de ipſa poſſeſſione[m]. Cõmodū aũt poſſidēdi in eo ē: q̄ etiā ſi ei⁹ res nõ ſit q̇ poſſidet ſi mõ actor ñ potuerit: ſuā eē ꝓbare: remanet[n] i ſuo loco poſſeſſio. ꝓpt quā cām cū obſcura ſũt vtriuſq̄ iura ꝯtra petitorē iudicari ſolet.

¶ Vti poſſidetis pro rebus immobilibus: vtrobi vero ꝓ reb⁹ mobilib⁹ competit.

¶ Sed iterdicto[o] quidē vti poſſidetis de fundi vel edium poſſeſſione cõtenditur.

poſſidentē res: quas colonus tpe ꝯductiõis poſſedit cõtra colonū aũt poſſidentē res illas daṫ michi iſtud interdictū directū. h.d. ꝑ vltimū verbū iſti⁹ §. ſ. ꝑ illđ verbū pepegiſſet videtur infringi ſnia dñi Ia. quā recitaui. ſ. de acti. § Itē ſeruiana. vbi dixi vobis q̄ do. Iaco. dicit ſic. Seruiana actio ita vocaṫ: qꝛ vere ſeruit. Seruit enim dño fūdi ſine facto ſuo. habȝ em̄ locū ꝓ reb⁹ tacite obligatis: ſed hoc interdictū. ſ. ſaluianū videtur exigere factū dñi cū dicat lr̄a. pepegiſſet. ſed glo. pepegiſſet. i. obligatus tacite itellexiſſet. et ſic ſtabit ſnia do. Ia.

a ¶ Cõparatū eſt. Contra colonum directū. contra extraneos vtile. vt. C. de ſal. interdict. l. j. ꝛ ff. de ſal. interdic. l. j.

b ¶ Pro mercedib⁹. Itē ꝛ pro dāno ſi qđ ꝯtulit in eodē. vt. ff. de ſal. interdic. l. j. et ar. ff. q̇. ca. pig. ta. cõ. l. nõ ſolū. Ac.

Intdicti ſaluiani: et actiõis ſuiane drña.

c ¶ Pepegiſſet Scilicet tacite. vt C. locati. l. certi iuris. Sed quid differt inter hoc interdictum et ſeruianā actionē? Rñ. in ſeruiana opȝ locatorē ꝓbare colonū fuiſſe dñm tēpore obligatiõis vt. ff. de pig. l. j. §. cum predium. in fi. et l. ꝛ que nõdū ſũt. § qđ dicitur. Sed in interdicto iſto ſufficit ſi ꝓbet ipm poſſediſſe. vt. ff. de ſal. interdi. l. j.

¶ Retinende poſſeſſionis ꝛc. Caſus. ¶ Materia iſti⁹ §. eſt materia retinēde poſ. Ca. po. ſic. Supra vidiſtis exemplū de interdicto adipiſcēde poſ. modo videatis de modo interdicti retinēde poſ. Retinēde aũt poſ. cā adinuēta ſunt duo interdicta. ſ. interdictū vti poſſi. ꝛ vtrobi. Sed dñe ꝓ deo qñ habēt locū hec interdicta? Frater dicit do. iuſti. qñ ab vtraq̄ pte de ꝓprietate alicui⁹ rei q̄ritur: ꝛ etiā qñ de poſſeſſiõe eiuſdē rei ē cõtentio: qꝛ quilibet eoꝝ dicit ſe poſſidere: vt aduerſarium ad onera ꝓbatiõis cõpellat. Tunc em̄ datur hoc interdictū ad hoc vt appareat quis eorum poſſideat. quia non poteſt actoris petitio inſtitui: anteq̄ appareat q̇s rē poſſidet. Quādiu em̄ quis rē detinet eam petere nõ põt: ſed qꝛ lõge cõmodius eſt rē poſſidere q̄ȝ petere. ꝓpterea ſup poſſeſſionē frequēter magna cõtentio exiſtit. Sed dñe ꝓ deo dicatis michi qđ ē illud cõmodū poſſeſſiõis? Frater dicit ipſe magnū q̄ȝ q̄ȝ ille qui poſſidet nõ ſit dñs rei: ſi tñ ille qui petit rē nõ põt ꝓbare rem illam ſuā eſſe. remanebit res illa penes poſſidētē. ꝛ etiā aliđ qꝛ i dubio ſi iura poſſeſſoris ꝛ petitoris ſũt dubia ꝓ poſſeſſore iudicari ſolet. h.d.

Vti poſſidetꝫ et vtrobi differũt

d ¶ Retinende. Vti poſſidetis. quod de rebus immobilibus dicit. ſed vtrobi de mobilibus. j. eo § ſed interdicto.

e ¶ Proprietate. Ob hoc quidem cõparatū eſt: ſed et ſine hac cõtrouerſia proprietatis dabitur: vt ſi de ſola poſſeſſione contendatur. ſm Iohan.

f ¶ Vter petere debeat. i. q̇s ſit actor/ ꝛ quis reus.

g ¶ Vtrius eoꝝ poſſeſſio ſit. Id eſt quis poſſideat.

h ¶ Nõ põt. vt de iudi. l. inter litigantes. Accur.

i ¶ Ciuilis. Vt quia parit actionem in rē aduerſario. vt. C. de ali. mu. iu. cau. fa. l. j.

k ¶ Naturalis. vt quia nemo a ſeipſo poſſet petere ſm naturaȝ. vt. ff. de ar. l. pe. ꝛ facit ad hoc bene. ff. vti poſ. l. j. § hoc iterdictū. ꝛ ff. de acqui. poſſeſ. l. exitus.

l ¶ Ingens. id eſt magna. ꝛ hec eadē contētio et in aliis interdict. retinende poſſeſſionis eſt. vt in illo de ſuperficiebus. vt. ff. de ſup. l. i. i. rñ. Itē in illo de itinere actuq̄ pri. ꝛ via priua. vt ff. de iti. actuq̄ ꝑ ua. l. i. j. rñ. Item de aqua quoti. et eſti. Item inter eos qui ducunt aquam ꝑ eundem riuum: qui corriuales dicunṫ. Item inter eos qui ex eodem caſtello. vt. ff. de aqua quoti. ꝛ eſti. l. j. i. rñ. ꝛ §. ſi inter corriuales. ꝛ § ait pretor qui ex caſtello. In his em̄ oibus interdictis vbi de incorporalium quaſi poſſeſſione agitur eſt idem modus agendi qui i duobus iſtis. vnde in. ff. nouo continue poſt illum tit. vti poſ. illi ſupradicti ponuntur per ordinem.

Intdicta ſunt multiplicia.

m ¶ Poſſeſſiõe. Additio Nota q̄ maxime lites ſũt in poſſeſſorio: quia vt ſequitur in tex. eſt maximum cõmodum poſſidere. Ange.

n ¶ Remanet. facit. C. de edē. q̇ accuſare. in fi. ꝛ. C. de rei ven. l. res. et. ff. ſi vſufru. pe. l. vtifrui.

¶ Sed interdicto ꝛc. Caſus. ¶ Iā habuiſtis de interdicto vti poſſidetꝫ ꝛ vtrobiq̄ qñ locū hñt ſȝ do. Iuſti. que ē drña inter interdictū vti poſſidetꝫ ꝛ vtrobi. Frater dt ipe. ſcire debes: q̄ olim erāt due differētie inter iſta duo interdicta: quaꝝ vna adhuc remanet ꝛ alia ē ſublata. oli aũt ꝛ hodie ē drña q̄ qñ de poſſeſſiõe immobilie tractatur inter duos. veluti. de poſ. fūdi vel ediū tunc locū habet interdictū vi poſ. Pro poſ. rerū mobiliū datur interdictū vtrobi. ſed dñe que oli fuit differentia: que hodie nõ ē in vſu? R. i. differētia fuit iſta. olim in interdi. vti poſ. vincebat ille qui tpe iudicij. i. tempore litis cõteſta. cõperiebaṫ poſſidere nõ vi nõ clā nõ precario ab aduerſario. Dicit aũt Iuſt. q̄ ipe vult q̄ hodie q̄ȝtū ad poſ. retinēdā adequata ſint iura: hodie igiṫ in vtroq̄ modo obtiebit ille q̇ ſe ꝓbauerit poſ. tpe lits ꝯte nõ vi. nõ clā. nõ pca. ab aduer.

o ¶ Sȝ interdicto. Sed ediū. ff. vti poſ. l. j. j. rñ. Ac.

Utrobi[a] vero interdicto de rerũ mobilium poſſeſſione.

Licet iterdictũ vti poſſi deiſ ꝛ vtrobi oli plurimũ differrẽt: tñ hodie ille obtinet i vtroq; qui tpe litis ↄteſtate nõ vi. nõ clã: nec p̃cario ab aduerſario poſſidet. Aretī.

Quorũ[b] vis ac ptãs plurimã int ſe drĩaz apõ veteres habeãt. Nã vti poſſidetis interdicto is vicebat q̃ intdicti[c] tpe poſſidebat: ſi mõ nec vi: nec clã: nec p̃cario nactꝰ fuerit ab aduerſario poſſeſſionẽ etiã ſi aliũ[d] vi expulerat aut clã arripuerat alienẽ poſſeſſiõez: aut p̃cario rogauerat aliquẽ vt ſibi poſſidere liceret. Utrobi ṽo intdicto is vicebat q̃ maiore[e] pte eiꝰ ãni: nec vi: nec clã: nec p̃cario ab aduerſario poſſidebat[f]. Hodie tñ aliť obſuať: nã vtriuſq; itdicti ptãs q̃tũ ad poſſeſſionẽ[g] ꝑtieter eq̃ta ẽ: vt ille vicat ꝛ i re ſoli: et in re mobili q̃ poſſeſſionẽ nec vi: nec clã[h] nec precario ab aduerſario litis cõteſtate tempore detinet.

Quis dr̃ poſſidere etiã ſi ꝑ aliũ poſſidet. Et poſſeſſio ſolo aĩo retinet: lz ſolo animo nõ acquirat. Angelus.

Poſſidere autẽ videt. q̃ſ q̃: non ſolum ſi ipſe poſſideat: ſed ſi eiꝰ noĩe aliq̃s i poſſeſſione[i] ſit. lz is eiꝰ iuri ſubiectus non ſit: qualis eſt colonus[k] ꝛ inq̃linus. Per eos quoq; apõ quos depoſuerit quis aut quibus commodauerit ipe poſſidere[l] videtur. Et hoc ẽ qð dicit retinere[m] poſſeſſionẽ poſſe aliquẽ per

Utrobi vñ dr. Poſſeſſio nõ ẽ ꝓprie ð mobilibus. Poſſeſſio vnde dicitur.

a Utrobi. hoc dicitur ab vtrum et vbi: vt vtrũ ponatur pro ad vel apud. vbi ponatur pro quẽ. q. d. apud quẽ eſt: apud eũ ſit. Nõ fit aũt mẽtio hic poſſeſſionis: cũ mobilia ꝓprie nõ poſſideant: ſed immobilia tm̃: cuz dicat poſſeſſio q̃ſi pedũ poſitio. vt. ff. ð acq̃. poſ. l. j. i pn. Abuſiue tñ tã mobilia q̃ imobilia dr̃ poſſideri. Ac.

b Quorũ. ſcz duorũ iterdictorũ.

c Interdicti tpe. i. tpe quo proponitur interduz.

d Aliũ. Dũmodo non aduerſarium.

e Maiore. ſcz q̃ aduerſarius. vt ff. de ṽbo. ſig. l. maiore parte.

f Poſſidebat et ſic citius vincebat in vti poſſidetis/ q̃ in vtrobi. et erat forte ratio: q: citiꝰ mobilia transferuntur q̃ imobilia. vt. ff. ↄmo. l. j. ꝛ ff. ð re iudi. a diuo pio. §. j. ꝛ. ff. ð acq̃. poſſ. l. ſi rem.

g Quantum ad poſſeſſionem. No. q̃tũ ad poſſeſſionem. nam q̃tũ ad alia remanſit differẽtia: vt olim vt vti poſſidetis i rebꝰ imobilibꝰ. et vtrobi imobilibus locũ habeat. vt hic ðr. et. ĩ. §. proxi.

Uis inq̃etatia q̃ parit interdictũ qð vi ãt clã: qualiter fit.

h Necclam. Cũ multa ſint gñaviolentiarum que ad preſens omitto: de hac vi q̃ inquietatiua dicit q̃ parit hoc interdictum: dic vt ſi me arare vel edificare/ vel aliquid in meo me facere ꝓhibes contendens te poſſidere: hz locum hoc interdictũ. vt. ff. de vi et vi arma. l. vim facit. ꝛ. ff. qð vi aut clam. l. j. §. quid ſi vi. Quid ſi ille non contendat ſe poſſidere: ſed ſolum iniuriat michi? Rñ. adhuc locum hz hoc interdictum. vt. ff. vti poſ. ſi duo. §. ſi vicinus. Sed et actione iniuriarum michi tenetur. vt. ff. de actio. empť. l. qui pendentem. Quid ſi nec poſſeſſionis rõne nec iniurie: ſed quia ſeruitutem ſe habere contendit? Rñ. ſi poſſidet: intentabo negatoriam: ſi ego poſſideo: intentabo hoc interdictum. vt. ff. ſi ſer. ven. l. ij. §. j. Clam autẽ poſſidet qui clanculo me abſente ſibi poſſidere volens ingreditur fundum meũ quem ego poſſideo nec tñ ſuſpicor me poſſe repelli: et ita me abſente ꝛ iuito ſepiſſime facit. vt. ff. ꝙ vi aut claz l. iij. §. fi. ꝛ de acqui. poſſ. l. clam. Ille em̃ qui ingreditur habet naturalẽ ꝑ introitũ ſuuz: ꝛ ego ciuilẽ. Uel dic ꝙ ego retineo naturalẽ ciuiliť igrediẽs naturalẽ naturaliter. Sed nõne eã naturalẽ ꝑdit ſtatim cum de fundo exit: ꝛ ad iudiciũ venit: vel etiã als iret? Rñ. non immo animo retinet eã naturalẽ: vt facit fructuarius: qui ſolam naturalẽ hz. Uel dic ꝙ ſi amittat eam: nõ. tñ nocet q: adhuc hoc interdicto teneť. lz ego poſſideam tm̃. vt diximus ꝑ. l. ff. vti poſſi. ſi duo. §. ſi vicinꝰ. Precario aũt poſſidet aduerſarius a me. vt ſi p̃cibus ſuis motus cõceſſi ſibi p̃cario. vt. ff. de preca. l. j. in prin. ꝛ. §. j. Et diſtingue in precario: q: aut agitur vt omnis poſſeſſio in acci pientem transferatur qð fieri põt. vt. ff. de preca. in rebus. et. ff. de acq̃. poſſ. põponius. §. ſi is qui. Aut vt nulla: et hoc valet. vt. ff. de preca. certe. §. is q̃. Aut vt habeat naturalẽ tantũ q̃ accipit: ꝛ hoc valet. vt. ff. de p̃ca. l. et hz. §. eũ ✠ Sed nunq̃d in omni p̃cario vinco habẽtem a me ꝑ hoc interdictũ. ſ. vti poſſidetis? Rñ. non illum q̃ hz omnem poſſeſſionẽ: cũ hoc iterdictũ poſſeſſorez tueať. vt. ff. vti poſ. l. j. §. j. et. §. ij. ergo vinco ſupradictos etiã ſi ego habebam poſſeſſionem ab alio vi vľ clam vel p̃cario. vt vt hic. ꝛ. ff. vti poſ. l. j. §. fiñ. et. l. ij.

Clandeſtina poſſeſſio. Poſſeſſor clãdeſtinꝰ hz naturalẽ poſſeſſionẽ et deiectꝰ ciuilem.

✠ Dic i dubio p̄ſumiť naturaľ tm̃mõ poſſeſſiõ trãſlata vt not. gl. Bar. ꝛ Ang. i d. §. eũ.

Poſſidere autez. Calus. Iã habuiſtis ꝙ tam i interdictis vtrobi q̃ in iterdicto vti poſſi. que ſunt interdicta retinende poſſi. ille vincit qui in poſſeſſione inuenitur tempore litis conteſta. Sed domine pro deo dicatis michi qualiť aliquis dicatur poſſidere? ꝛ ipe reſpõdet. Frater dicit ipſe nõ ſolum dicitur quis poſſidere ſi per ſe hoc eſt ſi corpore ſuo poſſideat: ſed etiam ſi corpore alterius poſſideat q̃uis eius iuri non ſit ſubiectus. dum tamen nomine ſuo poſſideat ſicut per colonum et inquilinum et depoſitarium et commodatarium: hoc eſt ꝙ communiter dicitur aliquem retinere poſſe poſſeſſionem per quemlibet qui eius nomine eſt in poſſeſſione: et non ſolum per corpus ſuum et per corpus alterius qui eius nomine poſſidet poteſt aliquis poſſidere. ſiue poſſeſſionem retinere: ſed etiam ſolo animo poteſt aliquis poſſidere: ſeu poſſeſſionem retinere: licet ipſe non ſit in poſſeſſionem vel aliquis eius nomine: dum tamen animo deſerende poſſeſſionis eam non deſerit: ſed poſtea reuerſus ad illam. Et hoc dicit.

i Poſſidere. In poſſeſſione ſit. caute dicit. vt. ff. de acqui. poſſeſſio. ſi quis autem. nam non poſſident iſti: nec ciuiliter: nec naturaliter. ſm Ioh. ſcz colonus/ et inquilinus/ ꝛ ſimiles. vt hic. et. ff. de vſuc. non ſolum. §. quod vulgo. Sed M. dicit eos naturaliter poſſidere. vt. ff. cõmuni di. l. cõmuni diui. §. neq;. Sed illud intellige colonum poſſidere. ſcz aliĳ.

Colonꝰ et inq̃linus nec ciuiliter nec naturaliť poſſideť

k Colonus. ſcz in villa. ſed inquilinus in ciuitate vt. ff. de acqui. poſſ. l. re pignoris.

l Poſſidere videtur. ſi ergo per alium poſſidet ergo nõ poſſidet. vt. ff. de acqui. poſ. l. quod meo. licet quidam dixerint eos naturaliter poſſidere. ſicut ꝛ colonũ vt ſuperiori caſu diximus.

m Retinere. licat animo retineatur non tamen animo queritur. vt. ff. de acqui. poſſ. l. quemadmoduz. et C. de acqui. poſſ. l. licet. et. j. proxi.

quelibet q̃ ei⁹ noīe ſit ī poſſeſſiõe. Qui etiã ſolo aĩo q̃z retinere poſſeſſionẽ placet id eſt vt q̃uis neq̃ ipſe ſit in poſſeſſione: neq̃ eius noīe ali⁹ tñ ſi nõ relinquẽde poſſeſſiõis aĩo: ſz poſtea reuerſur⁹ inde diſceſſerit. retinere poſſeſſionẽ videt̃. Adipiſci vero poſſeſſionẽ ꝑ q̃s aliquis põt: ſcdo libro expoſuim⁹ [a]. Nec vlla dubitatio eſt: quin animo ſolo adipiſci poſſeſſionem nemo poteſt.

¶ Recuparande poſſeſſionis dicitur interdictum vnde vi ꝯpetẽs ſpoliato ꝓ poſſeſſione quã etiã hz a ſpoliãte vi vel clam vł precario ex interuallo. Aretinus.

¶ Recuperãde poſſeſſiõis cauſa ſolet interdici. ſi q̃s ex poſſeſſione fundi vel ediũ [b] vi deiectus fuerit: nã ei ꝓponit̃ [c] interdictũ vñ vi [d] ꝑ q̃d is qui deiecit cogit̃ ei reſtituẽ poſſeſſionẽ licet is [e] ab eo q̃ vi deiecit vi vł clam: vel precario poſſideat.

¶ Hodie ꝑ vi ſpoliãs ſi dñs eit a dominio rei cadat: aľs rẽ ſpoliatã ꝛ ei⁹ eſtimationẽ reſtituit: qui aľs. l. iulia d̃ vi publica vel priuata criminaliter punitur. Et armorũ appellatione lapides ꝛ fuſtes continentur. Aretinus.

¶ Sed ex ꝯſtitutionib⁹ [f] ſacris (vt ſupra dixim⁹ [g]) ſi q̃s rẽ ꝑ vi occupauerit: ſi q̃dẽ in bonis eius eſt: dñio eius priuatur: ſi aliena poſt eius reſtitutionez etiã eſtimationem rei⁹ dare vim paſſo cõpellitur. Qui autem aliquẽ de poſſeſſione per vim deiecerit: tenet̃ lege iulia de vi [i] ꝓuata ãt d̃ vi publica ſz d̃ vi priuata ſi ſine armis vim fecerit. ſin autem cũ armis eũ de poſſeſſione vi expulerit: de vi publica tenet̃. Armorum autez appellatione nõ ſolũ ſcuta ꝛ gladios et galeas: ſed et fuſtes et [k] lapides ſignificare intelligimus.

¶ Interdictorꝫ tertia ẽ ſpecies q: quedã ſunt ſimplicia in quib⁹ actor ꝛ reus cognoſcitur vt oĩa reſtitutoria et exhibitoria: ꝛ q̃dã ꝓhibitoria vt ne q̃d in loco ſacro et ſiĩa. Quedã vero duplicia ſic dicta: q: ĩ iis nõ ꝑt diſcer

a ¶ Expoſuimus. ʒ. per quas pſo. no. ac. §. ex his. ¶ Recuperande poſſeſſionis. Caſus. ¶ Vidiſtis ſupra per exempla de interdicto adipiſcende poſſeſſionis: et etiam de interdictis retinende poſſeſſio. modo videndum eſt de interdictis recuperande poſ. Recuperande autem poſſ. interdictum eſt: interdictũ vnde vi. per quod cogitur deijciẽs vi deiectũ reſtituere. ſcz in illam poſ. a qua ipſum deiecit: lz deiectus a deijciente vi vel clam vel precario poſſederit: quod videtur mixtum in glo. tñ habes hoc expeditum vno verbo. ſ. illd ꝟbũ ex interuallo: ꝛ hec erat pena violenti ſꝫ iura antiqua. ſed alio modo punit̃ hodie violentus iſte ꝑ nouas conſtitutiones per. l. ſi quis in tantã: C. vnde vi. cuius effectus talis eſt. Si quis rẽ mobilem vel immobilem inuaſerit violẽter ſi dñs erat illius rei quã inuaſit violẽter dominium illi⁹ rei amittit: ſi autem non erat illi⁹ dominus rei cõpellitur reſtituere ꝛ ſoluere eſtimationem rei ꝑ violentiã poſſeſſe: et oẽs pene iſte imponũtur. nõ ſolũ per actionẽ ciuilẽ: ſed etiã ꝑ actionẽ criminalẽ. Põt eñ qui aliũ vi de poſſeſſiõe deiecit accuſari. l. iul. de vi ꝓuata ſi ſine armis. Sed dñe q̃d appellatis vos arma. Sũt eñ q̃dã ſolũmodo credũt cũ armis deijcere q̃ loricat⁹ ꝛ cũ gladio ꝛ ſcuto ꝛ lancea et conſimilibus armis aliquẽ deiecit. Frater non eſt ita. Armorum eñ appellatione non ſolum ſcuta: gladios: et etiam cetera arma appallari volumus: ſz etiam fuſtes ꝛ lapides. ꝛ. h. d.

b ¶ Recuperãde. Ediũ. Aliud in reb⁹ mobilib⁹. nã ꝓ his cõpetit vi bonoꝝ raptoꝝ actio. vt. ff. de vi et vi ar. l. i. §. hoc interdictũ ꝛ. §. illud. ꝛ. §. plane. Niſi mobilia cũ immobilibus petantur hoc interdicto. vt. ff. de vi ꝛ vi. ar. l. i. §. qui autem.

Vnd vi ꝯcernit, res immobiles vi bonorum raptorum res mobiles. Ponit caſum.

c ¶ Proponitur. id eſt datur.

d ¶ Vñ vi. Sed q̃re d: vñ vi: Rñ. q: talia erãt ꝟba ꝑtoris. vñ illũ vi deieciſti ꝛc. ꝛ ita ꝓncipio ꝟboꝝ pretoris ſumpſit denominationem: ſicut ꝛ alia vt quorum bonorũ: ꝛ ſiĩa. vt. ff. de vi ꝛ vi ar. l. j. in prin.

e ¶ Is. ſcz deiect⁹. vt q: hodie expoliaui te. Vel q̃a cepi poſſidere rẽ tuam clã vel vi. in ſequenti vero die me expuliſti. (j) nã teneris michi hoc interdicto. Sec⁹ ſi incontinenti me deijcis. vt. ff. de vi ꝛ vi ar. ar. l. iij. §. cũ igit̃. ꝛ. l qui poſſeſſionẽ. Q̃d incontinenti accipe anteqũ ad alios actus extraneos diuertat. vt. ff. de duobus reis ſti. duos reos. Additio (j) Nota iſtã glo. cuz ver. ſeq̃n. ꝙ incõtinẽti dicit̃ eadẽ die vt in hac glo. et vide tex in. l. cõtinuus in ꝓnci. ff. de ꝟb. obli. Ang.

f ¶ Sed ex cõſtitutionibus. vt C. vñ vi. ſi quis in tantam.

g ¶ Supra dixim⁹. vt. ʒ. vi bo. rap. §. q: tamen.

h ¶ Rei. ſ. proprietatis. ſed in interdicto vti poſſidetꝫ poſſeſſio eſtimatur. vt. ff. vti poſ. l. pe. §. fi. Additio. Dic ſꝫ Jo. fa. ꝙ immo Dy. tenet ꝙ in hoc interdicto fiat eſtimatio poſſeſſiõis ſicut in iterdicto vti poſſeſ. ſed ip̃e Jo. fa. dicit ꝙ ad ꝓprietatem/ꝛ ad poſſeſſionem põt fieri eſtimatio ſꝫ ꝙ ꝯcludit̃. Ang.

i ¶ De vi priuata. Pena autẽ hmõi legis ẽ tertie partis bonoꝝ publicatio ſi ſine armis. ꝛ relegatio ſi cum armis vt. j. de pub. iudi. §. item lex iulia de vi pu. et. C. ad l. iu. de vi pu. l. q̃niam. et. l. ſi. et. ff. de act. l. hos accuſare. §. omnib⁹. vñ verſus. Vis priua ta reum deponit ab ordine rerum. Sed deportatur/ſi vis armata probatur. Vide. c. ſi. extra de ordine cognitio. in glo.

Lex iulia de vi ꝓuata ꝛ de vi publica q̃liter punit.

k ¶ Et lapides facit. j. de pub. iudi. §. item lex. ꝛ. ff. de vi et vi ar. l. iij. in prin. ꝛ. ff. de verbo. ſign. l. armorũ. Sed nunq̃d debet aliquis expectare ſe primo percutiq̃ percutiat? Dicunt quidam ꝙ ſic. vt arg. C. vnde vi. l. j. et. ff. ad. l. aquil. ſi ex plagis. §. tabernari⁹. Nos contra. ſed ſufficit iuſtus timor. vt. ff. ad. l. aquil. ſed ꝛ ſi quẽcũq̃. et. ff. ad. l. cor. de ſicc. l. is qui. et. ff. de vi ꝛ vi arma. l. iij. §. qui armati. Additio. Aduerte tamen ꝙ aliquando vis infertur perſone: aliquando rebus. vt no. glo. ſi. in. c. ſignificaſti. ij. de homici. et ibi vide qualiter intelligitur illud commune dictum. Vim vi repellere licet cum moderamine inculpate tutele.

Inuaſor ꝑſo ꝑcutiat̃. Violentia q̃nq̃ ꝑſonis: q̃nq̃ rebus infertur.

¶ Tertia diuiſio. Caſus. ¶ Poſitis duabus diuiſionibus interdictorũ: quarũ vt aq̃ eſt bimẽbris. hic ponit do. Juſti. tertiam: ꝛ eſt t̃alis interdictorum que

Actionũ q̃daz ſũt ſimplices. q̃dam duplices.

dam ſunt ſimplicia: ⁊ quedã duplicia. Simplicia au-
tem ſunt iſta in quibus non reperitur niſi reus: ⁊ vnꝰ
actoꝛ cuiuſmodi ſũt omnia reſtitutoria ⁊ exhibitoria.
Duplicia ſunt illa in quibus quilibet reperitur reꝰ ⁊
actoꝛ. Sed inter dictoꝛũ quedã ſunt ꝓhibitoria: ⁊ iſto
rum quedam ſũt ſimplicia: quedã duplicia. Simpli-
cia ſunt veluti cũ
ꝓhibet pretoꝛ in
loco ſacro: vel in
flumine publico
ripa ve eius ali-
quid fieri. Dupli
cia ſunt veluti in
terdictũ vti poſſi
detis ⁊ vtrobi: et
hec ideo vocant
duplicia: qꝛ in eiſ
vnuſquiſq; tã rei
q̃ȝ actoꝛis vicem
ſuſtinet. h. d.
a Tertia di-
uiſio. Duplicia.
Similis põt fie-
ri diuiſio actio-
num ciuiliũ. Nã
quedã duplices
ſunt vt fami. her.
ſi. regun. ⁊ cõmu
ni diuidum. vt
ff. de iu. l. i. tribꝰ.
b In loco ſa
cro. vt. ff. ne q̃d in
loco ſacro. l. i.
c Publico vt
ff. ne quid in flu.
pu. per totum.
d Vtrobi. Itẽ
interdictũ de ſu-
perficie bus. vt. ff. de ſuperfici. l. i. §. proponitur. et dic
vt. ſ. eo. §. retinende.

ni actoꝛ a reo. Et q̃dã prohi
bitoria: vt eſt v ti poſſidetis
et vtrobi. h. d. Aretinus.

Tertia diuiſio iterdicto
rũ hec ẽ: ꝙ aut ſimplicia ſũt
aut duplicia [a]. Simplicia
ſunt veluti i q̃bꝰ alter actoꝛ
alter reus ẽ. qualia ſunt oĩa
reſtitutoria aut exhibitoria
nam actoris ẽ qui deſiderat
aut exhiberi aut riſtitui: reꝰ
autẽ is ẽ a quo deſideratur vt
reſtituat aut exhibeat. Pro
hibitoriorum aut iterdicto-
rum alia ſimplicia ſunt: alia
duplicia. Simplicia ſunt: ve
luti cũ p̃toꝛe ꝓhibet i loco[b]
ſacro vel i flumie publico[c] ri-
pa ve eiꝰ aliq̃d fieri. Nã actoꝛ
ẽ q̃ deſiderat ne q̃d fiat: reꝰ
ẽ q̃ aliq̃d facere cõat. Dupli
cia ſũt: veluti vti poſſidetis in
terdictũ / ⁊ vtrobi[d]: Ideo au
tem duplicia vocant: qꝛ par

De ordine veteri Caſus. Dixi Iuſti. Domi
ne quare non recitatis vos totam naturam ⁊ ſolẽni-
tatem antiquoꝛũ interdictorum? Frater dicit ipſe. Su
peruacuũ eſſet hodie de ordine ⁊ ſolẽnitate antiqua
interdictorum dicere. Nam quotienſcũq; extra ordi-
nem. i. ſolemnitatem antiquam ius dicitur: quod ho-
die in omnibus iudicijs nõ eſt neceſſe interponere in
terdictum. Domine bene dicitis: ſed bene dimitterẽ
ſolemnitatem interdictorum niſi loco interdictorum
eſſent michi actiones prodite a pretore. Frater dicit
iuſtinianus ſic poteris illas hodie ꝓponere ſine aliq̃
ſolẽnitate: ſicut poſſes ſi ea tibi dediſſet pretoꝛ hodie
Similiter q̃n dat tibi petoꝛ hoc interdictũ poteris ho
die loco illius interdicti actionem in factum vtilẽ pro
ponere. perinde ac ſi iſtam actionem vtilem pretoꝛ ti-
bi accommodaſſet h. d.
e De ordine. i. de antiq̃ ſolẽnitate cũ qua ꝓpone
bat interdicta ſub certꝫ formis. vt diximꝰ. ſ. e. in pñ.
f Exitu interdictoꝛũ. ſ. cũ antiqua ſolẽnitate. ſine
ea tñ reddi põt et ꝓponi. vt. ff. de ope. no. nũ. l. pretoꝛ
ait. §. nõnulli. Vel etiam in factũ actio loco cuiuſlibet
interdicti. que vtilis vocatur: vt ſubijcit.
g Extra ordinẽ. i. extra antiquã ſolemnitatem q̃d
ſemp fieri videtur. vt ſubijcit. vt. ſ. de ſucce. ſub. in pñ.
⁊ ff. de neg. geſ. l. act. ⁊ C. de foꝛ. ⁊ ipe. ac. ſubla. l. j. ⁊ ij.
h Sine interdictis. l. ſolẽnibus.
i Vtilis actio. ſcilicet in factum q̃ datur loco cu-

iuſlibet interdicti. Et nota q̃ttuoꝛ eſſe genera actiõis — Actiõis in factũ q̃tuoꝛ ſũt genera.
in factum. Vna eſt q̃ ex omni edicto vel interdicto pre
toris datur: vbi ſpẽalis actio nõ datur. vt h. Alia eſt le
gis aquilie ſubſidiaria q̃n damnum datur de non coꝛ
poꝛe in non coꝛpus. vt. ſ. ad. l. aquil. §. fi. q̃ ⁊ ipſa preto
ria eſt. vt. ff. de pre. ver. l. quia actionum. in fi. Tertiũ
genus eſt extra-
ordinariũ: quod
ex varijs figuris
cauſarũ eſt intro
ductum quotiẽs
equũ eſt actionẽ
dari. vt. C. de ſa-
croſan. eccle. l. ſã-
cimus. Quartuȝ
genus eſt q̃d eq-
paratur actioni
preſcriptis ꝟbis.
q̃ actio preſc. ver.
vna cũ iſta in fa-
ctum ciuilis dici-
tur. vt. ff. de preſ.
ꝟ. l. j. in fi. Et ha-
bet locũ in tribꝰ
generibus nego — Actio ꝑ ſcriptis ꝟbis in tribꝰ gñibus negociorũ hꝫ locũ.
ciorum. Primo in
cõtractibꝰ inno-
minatis tribꝰ. do
vt des: ⁊ do vt fa
cias: ⁊ facio vt fa
cias. vt. ff. de pre-
ſcrip. ver. l. natu-
ralis. §. i. et. ij. et
iij. Sed in quar-
to innoĩato ꝯctu
ſcilȝ facio vt des
habet locũ actio
de dolo. vt. ff. de
preſ. ꝟ. l. naturalis. §. ꝙ ſi facio. Item in ſecundo ge-
nere habet locũ preſcriptis verbis. ex omni pacto in-
continenti ante vel poſt appoſito iuxta aliquẽ cõtra-
ctũ. vt. C. de pac. int emp. ⁊ ven. l. ij. ⁊ C. de pact. l. pe-
tens. Item in tertio genere vbicũq; dubitatur de no
mine cõtractus. vt patet in exemplis. vt. ff. de eſtima-
ac. l. j. ⁊ ff. de preſcrip. ꝟ. l. i. per totum ⁊ l. iij. Quid ſit
actio in factũ ⁊ ad quid competat: textus cum glo. eſt
in. l. quotiens. ff. de preſcrip. ver. et in. l. in factum. cum
ibi notatis. ff. de acti. ⁊ oblig. Additio. Nota hanc glo.
quot ſunt actiones in factũ. et ad quid vnaquaq; cõ-
petat. et adde gl. in. l. quotiens. ff. de preſcp. ꝟb. et tex.
in. l. in factũ. ⁊ ibi glo. ff. de actio. ⁊ obligatio. Angelꝰ.
k Reddita. ſ. ab illo eodem pretore.

vtriuſq; litigatoris i his cõ
ditio ẽ: nec q̃ſq; p̃cipue reꝰ
vel actoꝛ intelligit: Sȝ vnuſq̃ſ
q; tã rei q̃ȝ actoꝛiſ ptẽ ſuſtiet.

Interdicta hodie ſine ſo
lenitate ꝓponũt ⁊ ꝓ his a-
ctio i factũ ſibi locũ vẽdicat

De ordine[e] ⁊ veteri exitu
interdictoꝝ[f] ſupuacuũ ẽ ho
die dicere. Nã quotiens ex
ta ordinẽ[g] ius dicit (qualia
ſunt ho die oĩa iudicia) nõ ẽ
neceſſe reddi iterdictũ: ſȝ p
inde iudicat ſine interdictꝭ[h]
ac ſi vtilis actio[i] ex cauſa in-
terdicti reddita[k] fuiſſet.

De pena temẽ litigantiũ

Temere litigãtes tripli
ci pena coartantur pecu-
niaria periurij: ⁊ infamie.
Aretinus.

Nunc admonẽdi ſu
mus magnã curã
egiſſe[l] eos q̃ iura

De pena temere litigantium. Vſq; nunc de pro — Continuatio.
poſitione actionũ dictum eſt: ſed quia cõtingit eas in
terdum temere proponi: nunc de pena temere propo
nentium dicit. Accurſius.
Nunc admonẽdi. Totus iſte titulus titu. diui- — diuiſio.
ditur in tres partes. Primo continuat rubu. ad
precedentia. Secundo ponit tres penas que temere
litigantem coercent. Tertio dictas penas ſigillatim
per exempla declarat. Secunda ibi. ideq; eo maxime.
Tertia ibi. ecce enim.
l Nunc admonendi. Caſus. His prenotatis acce
dimus ad caſus poſitionẽ. ⁊ po. caſ. in hunc modũ. Di
xi iuſti. Dñe tot et tãta audiuimus ꝙ tedio afflicti ſu
mus. et vos eſtis nobis tedioſus factus. Pro deo di-
catis nobis quid amplius vos intẽditis dicere? Fra

ter dicit Iusti. Scire debes ꝙ multum studuerūt ma
giſtratus antiqui ꝙ non de facili litigaretur calūnio=
ſe. ⁊ nos ſil'r circa hoc ſtudeamus: q̄ꝛ hoc maxime fie=
ret: niſi temeritas litigantium. tam actorum q̄ꝫ reoꝝ
aliquod de tribus modis. ſ. vel pena pecuniaria. vl' iu
reiurādo. vel metu infamie punirentur. h. d.

ſuſtinebant[a] ne facile hoīes
ad litigandū ꝓcederent q̄ꝺ
et nobis ſtudio eſt. ¶ Idq̄ꝫ
eo maxime[b] fieri poteſt ꝙ te
temeritas tā agentiū q̄ꝫ eoꝝ
cum q̄b⁹ agit: mō [c] pecunia
ria[d] pena: mō iuriſiurādi[e] re
ligione: modo īfamie [f] metu
coercetur.

¶ Reus de calumnia iura
re debꝫ: ꝙ putat ſe vti bōa cō
traditione. Aretinus.

¶ Ecce eñ iuriſiurandū oī
b⁹ ꝗ̄ꝯueniunt ex ꝯſtitutiōes
nr̄a deferf: nā reus nō aliter
ſuis allegatiōibus vtit' niſi[h]
prius iurauerit ꝙ putans ſe
bona inſtātia vti ad contra
dicēdum [i] peruenit.

¶ Negans id q̄ꝺ debet: aliq̄
qñ in duplo punitur. Are.

¶ At aduerſus inficiantes
ex quibuſdā cauſis dupli vl'
tripli[k] actio ꝯſtituitur veluti
ſi damni iīurie aut legatorū
locis venerabilib⁹ relictoꝝ
nomie agatur[l].

a ¶ Suſtine=
bāt. ſcꝫ magiſtra
tus. qui iura red
debant. vt. ff. de
ori. iu. l. ij. §. poſt
originem.
b ¶ Maxime.
id eſt certe.
c ¶ Modo id ē
aliquādo. Et ita
cōmuniter expo=
nitur qñ bis aut
ter repetitur: vt
ſ. q̄ꝺ cuꝫ eo §. ce
terū. ℣. ſed ſane.
d ¶ Pecunia=
ria pena. vt. j. eo.
§. fina.
Periu= e ¶ Iuriſiurā
rus in a di. ſ. calumnie. vt
lio ſclo j. prox. §. Sꝫ qñ
punief. Rñ. in futuro ſe=
culo: licet non in
iſto. vt. C. de iu
de iureiu. l. ij. Ad
ditio. (i) Dic vt
habetur in. l. iij. ⁊
ibi Bar. ff. de cri.
ſtel. et in. d. l. ij. C.
de iureiu. Ange.
f ¶ Infamie. j.
eo. §. ex quibuſ=
dam.
¶ Ecce ei. Caſ⁹.
¶ Dñe vos iam
dixiſtis ꝙ temeritas litigant' inm modis pluribus co
hercetur. Pro deo dicatis ſi vobis placet qualiter de
beāt primo cohercerī. Frater dicit ipſe. prīo debet ꝑ
iuramentum cohercerī. q̄ꝛ oībus litigatoribus preci=
pitur ꝙ iurent de calumnia. h. d.
g ¶ Ecce cōſtitutiōe. C. de iureiu. ꝓpt' cal. l. ij. in p̄n.
h ¶ Niſi prius. non dicit ꝙ prius reus q̄ꝫ actor iu=
ret ſed priuſq̄ꝫ audiatur actor: aut priuſq̄ꝫ reus iuret.
vt. C. de iur. ca. l. ij. in prin. q̄ eſt contra.
Iuramē i ¶ Ad cōtradicendū. Nota diligenter capitula hu
tū de ca ius ſacramēti. Actor eñ iurat ꝙ bona inſtātia venit
lūnia ꝓ= ad agendū. vt. C. de iura. ca. l. ij. in p̄n. Itē ꝙ nō dabit
ſtaf taꝫ vel dedit aliq̄d iudici vt ꝓferat ꝓ ſe ſnīa. vt in aut. vt
ab acto liti. iurent in exordio litis. Itē ꝙ nullā exiget vel faci
re q̄ꝫ a et ꝓbationē calūnioſā. vt in aut. de his qui ingre. ad
reo. appella. §. fi. col. v. Ecōtra reus iurat hec eadē. niſi ꝙ
Iuramē in prīo capitulo iurat ſe vti vti bona ꝯdictiōe. Addi.
tū de ca Quid continere debeat iuramentū calūnie notat gl.
lūnia cō in ca. j. extra de iura. ca. vnde verſus. Illud iuretur ꝙ
tinet q̄n lis ſibi iuſta videtur. Et ſi queretur verum non infi=
q̄ꝫ capi= cietur. Nil ꝓmittef: vt falſa ꝓbatio detur. Ut lis tar
tula. detur dilatio nulla petetur. Nota gloſam que ponit
ea que dꝫ iurare actor: ⁊ q̄ dꝫ iurare re⁹. Angelus.
¶ At aduerſus ⁊c. Caſus. ¶ Dñe bene vidim⁹ qua=
liter iuramenti religione litigatorū temeritas coher
cef, modo dicere debetis ſi vobis placet qual'r pena

pecuniaria cōpeſcatur. Certe dicit ipſe. bene. verū ē
ꝙ pena pecuniaria litigatorū temeritas cohercef. q̄ꝛ
quādoq̄ꝫ act. q̄ ex ſui natura in ſimplum cōpetit pro=
pter inficiationem ipſius rei datur in duplū. veluti ſi
dāni iniurie ⁊ legatorum locis venerabilibus relicto
rum noīe agitur. ⁊ tamen bene ſunt alique act. q̄ ſine
aliqua inficiatio
ne bene dantur
pluſq̄ꝫ in ſimplū.
vt ē act. furti ma
nifeſti q̄ datur in
quadruplum.

¶ Reus i certꝫ caſib⁹: ſiue
neget: ſiue fateaf: vltra ſim=
plum condēnatur. Aretin⁹.

¶ Stati aūt ab initio plu=
ris q̄ꝫ ſimpli ē actio[m] veluti
furti manifeſti q̄drupli: nec
manifeſti dupli: nā ex his et
alijs quibuſdā cauſis ſiue q̄ſ
neget ſiue fateatur pluꝝ q̄ꝫ
ſimpli eſt actio.

¶ Actor ꝺ calumnia iurare
tenetur. Aretinus.

¶ Itē actoris[n] q̄ꝫ calūnia
coercef nā etiā actor ꝓ calū
nia iurare cogif ex noſtra=
conſtitutione.

¶ Aduocati actoris ⁊ rei ꝺ
calūnia iurare debant. Ar.

¶ Utriuſq̄ꝫ etiā ꝑtis aduo=
cati iuſiurandū ſubeunt[o] q̄ꝺ
alia noſtra cōſtitutione cō=
prehenſum eſt.

¶ Olim actor calūnioſe li=
gās ideciā ꝑte litis punie
batur hodie vero pena piu
rij et victori ꝯdēnabif in ex=
penſis. h. d. Aretinus.

k ¶ At aduer=
ſus. Tripli. vt. ſ.
de acti. §. tripli.
vbi quis per mē=
daciū in dolū pl⁹
petens q̄ꝫ debe=
at in triplū ꝯdē=
natur. Aliq̄ depo
nunt de libris ſu=
is illud vel tripli/
eo ꝙ ſubiecta ex
empla nō ſūt hu
ic ℣ſiculo apta.
l Agaf. Itē
alibi. vt. C. de nō
nu. pe. auf. cōtra Menda
qui ꝓpriam. Itē ciū facit
alibi. vt ſi credi= quē pu=
tor negat ſibi de= niri.
bitū ſolutuꝫ. Nā
poſtea q' ſit debi
tum ꝓbare cogi=
tur. vt. ff. de ꝓb. 1.
l. cū de indebito.
Itē poſſeſſor: ne=
gans ſe poſſide=
re ſi probaf: ꝑdit
poſſeſſionē. vt. ff.
de rei vē. l. pe. et
in auf. de trien. ⁊
ſe. §. ad hec. coll'. iij. Item alias. vt. ff. de iudi. l. eū. Ad
ditio. Nō penas aliq̄s patif calūnioſe negās. ⁊ maxi=
me no. qñ aliq̄s poſſidet ⁊ negat interrogat⁹ ſe poſſi=
dere ꝙ ꝑdit poſſeſſionē ſi de mēdatio conuincatur. vt
l. penul. ff. de rei vendi. Ange.
m ¶ Statim. Eſt actio etiam a principio non ſoluꝫ
inficiatione. vt hic. ⁊. ſ. de a. §. at ille.
¶ Item actoris. Caſus. ¶ Dixi iuſti. Dñe vidimus
ſupra qualiter ꝑ iuramentū ⁊ penā pecuniariā rei te
meritas coartaf: ſed de auctore quid dicetis: certe di
cit ipſe: non ſolum reus ſm ꝙ ſuperius diximus ſꝫ et
actor ꝯpellif ſubire calūnie iuramētū: imo pl⁹ adhuc
dico tibi ꝙ nō ſolū re⁹ ⁊ actor iurat ſicut diximus: ſed
etiā vtriuſq̄ꝫ aduocati iuſiurādū ſubeūt ſm q̄ꝺ eſt in
alia nr̄a ꝯſtōne ꝓuiſū: ⁊ hec oīa introducta ſūt loco a
ctiōis veteris calūnie que in diſſuetudinē abijt: q̄ te=
nebaf actor q̄ temere litigabat in decima parte litis
quod nūq̄ꝫ inuenit factū eſſe iudicium vt hic dicit. Sꝫ
ꝓ ea introductū eſt iuſiurandū: ⁊ vt in expenſis ⁊ dā
nis litis puniatur improbus litigator. h. d.
n ¶ Iē acto. q. d. nō ſolū re⁹ iurat de calū. vt. ſ. e. §. ſ.
ſꝫ ēt acto. in ꝯſtōne nr̄a dr̄. vt. C. de iura. ca. l. ij. in p̄n.
o ¶ Utriuſq̄ꝫ. Subeūt. ſ. ꝙ iuſtū ⁊ fidele ꝓ̄ocīniū ꝑ= Aduo=
ſtēt vt in conſtitutiōe dr̄. Sꝫ tñ i ꝯſuetudine nō dabe= cati ꝑti=
tur ꝙ iurent. lꝫ lege. caueatur vt. C. de iudi. rem. non um an
nouā. §. ꝓ̄oni. ⁊ facit in auf. ꝺteſti. §. fi. col. vij. debeāt
iurare

Hec aūt[a] oīa ꝓveteris calūne actione[b] introducta ſūt q̄ ī diſſuetudinē abijt:q2 in partē decimā litꝭ actoris mulciabat:qḋ nuſq̄ factū eſ ſe inuenim⁹.ſed ꝓ his intro ductū eſt ꝛ prefactū iuſiurā dum:ꝛ vt improb⁹ litigator etiā dānū ꝛ impēſas litis in ferre ad verſario ſuo cogať

Condēnat⁹ vł pactus ex criminib⁹ q̄ hic numeranť vł cōdēnat⁹ actionib⁹ directis non contrarijs deſcēdētib⁹ ex cōtractib⁹ hic enumeratis erit infamis. Aretinus.

Ex quibuſdā iudicijs dā nati[c] ignominioſi fiunt.veluti furti:vi bonoꝝ raptoꝝ:iniuriarū de dolo. Itē tutele mandati:depoſiti:directis[d] non contrarijs actionibus. Item pro ſocio q̄ ab vtraq3 parte directa eſt:ꝛ ob id quilibet ex ſocijs eo iudicio dā nat⁹ ignominia notať. Sed furti quidē aut vi bonoꝝ raptorū:aut iniuriarū: aut de dolo nō ſolū dānati notanť ignominia.ſed et pacti[e]:ꝛ recte. plurimū enim intereſt: vtruz ex delicto aliquis aut ex contractu debitor[f] ſit.

Citatio pria ps iudicij dicit cui⁹ reſpectu etiā fit punitio. Nā ſi filius ꝛ libert⁹ in ius vocauerit parētes vł patronos ſine venia puniunť i quinquaginta aureis. Are.

Oi3[g] aūt actionū iſtituē darū pricipiū ab ea pte edicti ꝓficiſcit:quia pretor edicit[h] de ī ius vocādo. vtiq3 ei ī pmis aduerſari⁹ ī ius vocādus ē.i.ad eū vocād⁹ q̄ ius dictur⁹ ſi. Qua pte ptor parētib⁹ ꝛ pronis/itē parentib⁹ libertiſq3 patronoꝝ ꝛ patronaꝝ hūc pſtat honorē[i]:vt nō aliť liceat liberꝭ libertiſq3 eos ī ius vocare:q̄ ſi id ab ipo ptore poſtulauerit ꝛ impetrauerit. Et ſi q̇s aliter vocauerit:in eū pena ſolidorū[k] quinquaginta cōſtituiť

De officio iudicis.

Iudex debz iudicare ſm ius ſcriptū:vł ꝯſuetudiariū: et ſententiā ſuā ſecundū naturā actionis ꝓpoſite ferre quod primo oſtenditur noxalis actione. Aretinus.

a Hec autem.ſ.q̄ de ſacramento calūnie dicta ſūt ꝫ.eo.§.j.et.ꝫ.eo.§.item actoris.et.§.proxi.
b Actiōe. Actio eñi q̄dā erat q̄ tenebať actor qui ꝑ calūniā litigabat in decimā ptē litꝭ.qḋ hodie corrigiť. Sz ꝛ hoc hodie iure autēticoꝝ in antiquū redit ſtatū. lz nō iure illius actiōis:ſed ꝑ iudicis offm̄.vt in aut.de litig.§.ad excludēdas.col.viij. ✠ Et nota ex hoc.§.ꝛ ex dicto aut.ḋ litig.ꝛ ex.l.ff.ḋ reg. iur.l. q̄ in ius.§.nimo.ꝛ ex.l.ff.ḋ peti.he.l. illḋ.ꝙ niſi iprobe ꝛ calūnioſe litigauerit:nō debeat ꝯdēnari in expēſis.vt ff.de iudi.l.eū quē ꝛ.C.de fru.ꝛ li.ex: pen.l.nō ignoret: lz in.C.ḋ iu.l. ꝓperandū.§.ſin autē. indiſticte dicat victū ꝯdēnari victori in expēſis. Sed eſt intelligendum cū iā dicta determinatōe ſi calūnioſe agit: vt in aut.de iudi.§.opz.col.vj. Addit. Nō ex glo. ꝙ lz vna lex gn̄alr loq̄tur tn̄ per alias leges patiť limitatiōes ꝛ reſtrictiones.ꝛ ſic lex patitur iterp̄tationez paſſiuam.vt.l.j.§. lex falcidia. Ang.
Ex quibuſda3 iudicis ꝛc. Caſus.
Viſo qualr ꝛ in reū.ꝛ pena pecuniaria litigatoꝝ ꝓteruitas ꝯpeſcať. vidēdū eſt qualr metu īfamie refrenetur:ꝛ certe q̄dā ſunt iudicia ſiue acť.in q̇bus ſi quis fuerit dānatus īfamis efficiť quas acť. lfa enumerat: et hoc intellige qn̄ directe intētať:q2 tūc ꝛ nō alr dānatus in illlis efficiť īfamis. In actiōe aūt ꝓ ſocio q̄ directa eſt ab vtraq3 pte:hoc eſt tā a parte intētantis q̄ a parte eius ꝫ quē intētať.ſecus eſt:ꝛ iō q̇cūq3 ſocioꝝ in acť.ꝓ ſocio fuerit ꝯdēnatus īfamis efficiť. Sz tn̄ ſcire debes ꝙ dfia eſt inter acť.hic notatas deſcendētes ex cōtractu vel q̄ſi:q2 nō ſolū illi q̇ dānati ſunt in acť.deſcēdentibus ex delicto hic notatis ſūt īfames:ſz ēt illi qui in iſtis acť.tranſigūt:q2 certū vr̄ ꝯfiteri q̇ trāſigit:in actionibus aūt his notatis deſcēdētibus ex ꝯctu vel q̄ſi ſolum dānati fiūt infames:nō aūt illi qui trāſigūt.h.d.
c Ex quibuſdā. Dānati.ſ.ſuo nomine. niſi ꝓuocauerint:non ſi procuratorio. vt.ff.de his qui no. infa.l. furti.§.ſi quis.ꝛ hoc ſi a iudice ordinario vel delegato ſint condēnati.ſecus ſi ab arbitro. vt.ff.de his qui no. infa.l.quid ergo.§.ex compromiſſo.
d Directis.ꝛ ob id tutor ꝯuētus a pupillo ꝛ dānatus infamatur. Idem in alijs directis:ſecus ſi econtra tutor pupillum faciat cōdēnari.vt hic.et.ff.de his qui no.infa.l.j. Et nota ꝙ in caſu etiā contraria infamat. vt.ff.de his q̄ no.infa.furti.§.mādati. Itē nota ꝙ quattuor hic ponūť exempla de maleficijs ꝛ q̄ttuor de ꝯctibus vel quaſi. Et iſta ꝯtinenť his ꝟſibus. Iudice dānatos infames reddic vbiq3. Quod vi diripitur/iniuria/furta/doliq3. Actio mādati/ tutele depoſitiq3. Directo:ſi ꝓ ſocio communis vtriq3.
e Sed ꝛ pacti.ſ.ꝑcio eris ſine iuſſu pretoꝝ:vt.ff. de his q̄ no. infra l.in actiōibus. ꝛ.l. furti.§.pact⁹. Ac.
f Debitor ſit vt.ff.de infa.furti. §.finali.
Oim aūt actionuz. Caſus. §. iſte q̄ a multꝭ male ꝯtinuať ſic pōt ꝯtinuari. In pri. §.trac. do. Iuſti. qualiter puniatur temeritas litigantiū metu īfamie. h̄ trac.qualiter puniť temeritas litigantiū metu pene pecuniarie.vel ſic pōt cōtinuari. Temeritas q̄nq3 conſiſtit in perſeuerādo iprobe litigando:q̄nq3 autē ꝯſiſtit temeritas ī ius vocando. Cū ergo ſupra dixerit do:Iuſti.qualiter puniť temeritas litigantiū ī perſeuerando iprobe litigando:nō diciť qualiter puniť litigantis temeritas que eſt in ius vocādo. Diciť ergo ꝙ principiū inſtruendaꝝ actionum ab edicto de in ius vocando ꝓficiſciť:ꝛ explanat ſeipſum in textu dicens ꝙ in primis debet aduerſarius in ius vocari coram iudice:ſed quo ad iſtam vocationem in ius ſatis abūde ꝓſpexit pretor parentibus et patronis. Statuit enim ꝙ non liceret libertis ꝛ libertis parētes vel patronos in ius vocare anteq̄ a pretore hoc poſtulaſſent,ꝛ etia3 impetraſſent:ꝛ ſic nō ſufficit poſtulare:ſed neceſſe eſt ꝙ obtineant anteq̄ eos in ius vocent. Si quis autem eorum aliter eos in ius vocaret ſtatuit in eum penam xl.ſolidorum.hoc dicit.
g Oim. Edicit.i.edictum ꝓponit de in ius vocando.vt.ff.de in ius vo.l.iij.§.pretor.et per totum titulū.
h Dicturus ſit.vt.ff.de in ius vo.l.j.
i Honorē. Additio. Nota ꝙ patribus ꝛ patronis eſt honor pſtādus et reuerētia.vt hic.ꝛ.l.honori.ff.de obſe.liber.ꝛ habeť in.l.vt vim.ff.de iuſti.et iur. Ange.
k Solidorum quinquaginta.al'as quaſi inofficioſus caſtigatur ſi pre inopia penā ſoluere non poſſit.v.

Dic vt ibi ꝑ gloſ. et Ange.ꝛ vid tex.ꝛ gl.bar. cy. bal. ꝛ Saly. in auct. gn̄alr.C de epiſ. et cle. ſz vt dicit ꝫ.ḋ ſatiſda.§. ſz hodie.ꝛ Bar. in di.auct. gn̄alit. hodie hmōi ſatiſdatio ḋ lite ꝓ ſeq̄nda et decia pte litis ꝛc. nō ē in vſu. Ange.

Actiōes octo ſūt que īfamant.

Pſib⁹ ꝛ pronis ē honor ꝓſtādus.

ff.de in ius vocando.l.pe.et fi.Et intellige hoc in emancipatis filijs:al's non poſſet eſſe iudicium inter patrē et filium.vt C.de in ius vocan.l.fina.et diximus.ſ.de actio.§.in eum quoqꝫ.al's eſt verſi.et in eum in.§.penales. Item nota hic ꝙ aureus pro ſolido accipitur.cum.ff.de in ius vocan.l.ſi libertus.et.l.in eum dicat.l.aureorum.et hic dicit ſolidorum. Itē nota ꝙ.lxxij.aurei faciunt libram auri.vt.C.ſuſcep.et archi.l.quotiens.lib.x.

Aureus pſolido ſumitur
Libra auri ↄtinet.lxxij aureos

Continuatio rubrice duplex.

¶ De officio iudicis. ¶ Iſta rubrica continuatur ſm Iohan.fab.vt ſum eſt.ſ.de actionibus:veruꝫ quia officiuꝫ iudicis loco actionis aliquādo habetur.vt.l.actionis verbo.ff.de actionu.⁊ obligatio.ideo poſt actiones ponit de officio iudicis. Vel potes continuare ꝙ iudicium conſiſtit ex tribus perſonis/videlicet ex perſona actoris/rei/ et iudicis.vt.c.foris.de verborū ſignificatione.ſed.ſ.dictum eſt de actionibus:et ſic de perſona actoris.de exceptionibus.et ſic de reo.ſequitur neceſſario videre de tertio:et ſic de iudice:et de eius officio. Et iſtam continuationem infert glo.hic in nigro.

SUpereſt[a] vtō officio iudicis diſpiciam⁹.Et q̄dē i p̄mis[b] illō obſeruarē dꝫ iudex ne alit̄ iudicet q̄ꝫ q̄ legib⁹/[c] ut ↄſtitutionib⁹[c]:āt morib⁹[d] p̄ditum eſt. ¶ Ideoqꝫ ſi noxali[e] iuditio adit⁹[f] ē obſeruaē debꝫ.vt ſi cōdēnand⁹ videt̄ dn̄s:ita debeat ↄdēnare:publiū meuium lucio titio i.x.aureos cōdēno:aut noxam[g] dedere.

divisio.

SUpereſt. ¶ Totus iſte titulus diuiditur in ſex partes. Primo ponit generaliter quid ſpectat ad officium iudicis circa ſententiam. Secundo quid ad ipſum pertinet circa condemnationem malorū ſeruorum.Tertio quid in actione in rem. Quarto quid in actionibus vniuerſalibus. Quinto quid in perſonalibus. Sexto quid in iudicijs diuiſorijs.Secunda ibi: ideoqꝫ Tertia ibi: et ſi in rem. Quarta ibi: et ſi hereditas.Quinta ibi:ſi ad exhibendum.Sexta ibi:ſi familie herciſcunde.

¶ Supereſt. Caſus. ¶ Viſo de actionibus quomodo intentantur ab actoribus contra reos:ſupereſt vt de officio iudicis diſpiciamus.et in primis ſcire debes ꝙ iudex tenetur ad hoc vt ipſe iudicet ſm leges vel ſm conſtitutiones vel ſm mores hoc eſt ſm conſuetudinem.hoc dicit. Et iſtud pro toto titulo aliquibus poſſet ſufficere.Ideoqꝫ ſi noxali ⁊c.Dixi vobis.ſ.ꝙ iudex debet pronunciare ſm leges.⁊ ita patet ꝙ dominū cōuentum in act.noxali condemnare debeat pro delicto ſerui:⁊ debet eum condēnare in hoc modum.Lucium titium dominum talis ſerui publio meuio in.x.ſol.condenno aut noxam dare pmitto:q̄ leges volunt ꝙ dn̄s damnum datum a ſeruo debeat reſarcire:vel ꝙ poſſit liberari ſi velit ſeruum dare p noxa.Sicut enim vult lex ꝙ damni eſtimatio ſit in condemnationem licet noxe deditio ſit in ſolutionem.

a ¶ Supereſt.Sed vn̄ ſupeſt.R̄n.q̄ de actoribus diximus:et de reis:ſequit̄ vt de iudice qui ſedet in medio dicamus ⁊ eius officio circa que verſatur.

b ¶ In primis.id eſt in principalibus vel inter principalia.Nam primo libellus dandus eſt.vt.C.de lit.conteſta.auten.offeratur.et cauſe examinatio precedere debet hanc obſeruantiam que circa ſententiam adhibetur.vt.C.de iudi.l.iudices.Vel dic in primis.ſcilicet obſeruantijs ſcilicet circa ſententiā adhibendis.Nam et alia ſunt obſeruanda.ſcꝫ ꝙ detur in ſcriptis.vt.C.de ſen.ex per.reci.l.ſi.⁊ ſedendo:vt in autē.vt ab illuſ.et qui ſuper.§.ſancimus.collat.v.Sed hoc eſt principale ꝙ ſm leges iudicet:vt hic dicitur.Accurſius.

Libell⁹ in cā eſt dādus.
Snia in ſcriptis

c ¶ Conſtitutionibus.Scilicet imperatorum.
d ¶ Moribus.Id eſt conſuetudine que pro lege ſeruatur.vt.ſ.de iure naturali.§.ex non ſcripto. Sed quid ſi vnum eorum alteri contradicit:R̄n.conſtitutio legi antique p̄iudicat vt.ff.d leg.⁊ ſenatuſconſul.l.non eſt nouum.⁊ conſuetudo preiudicat vtriqꝫ ſiue ſit generalis.vt.ff de leg.et ſenatuſcon.l.de quibus.in fine.ſiue ſit ſpecialis in illo loco.ſcilicet tantū preiudicat vtriqꝫ.vt.ff.cōia predi.l.venditor.§.ſi conſtat.

etſ den do crēda eſt. Conſtitutio legem:et vtrunqꝫ ↄſuetudo vicit. Cōſuetudo eſt duplex.

¶ Iudex i actiōe reali reū ad reſtitutionem rei cū fructib⁹ cōdēnat. Inq̄ ſtatim ſi et executio:niſi re⁹ non habeat facultatē rei reſtituende nā tūc datis fideiuſſorib⁹ executio differtur. Aretin⁹.

¶ Et ſi i rē actū ſit corā indice:ſiue cōtra petitorē iudicauerit:abſoluē debꝫ poſſeſſorē.ſiue cōtra poſſeſſorē:iubē eū[h] dꝫ vt rē ipam[i] reſtituat cū fructib⁹[k].Sed ſi ne

e ¶ Noxali.id eſt ſuper.Accur.
f ¶ Aditus eſt.ſcilicet iudex.Accur.
g ¶ Noxam dedere.Scilicet permitto.Nam damni eſtimatio tantum eſt in condemnatione.vt.ff.de re iudi.l.miles.§.j.et.ij.al's eſſet incerta ſentētia quod eſſe non debet.vt.ſ.de actioni.§.curare. Additio. De hoc an iudex debeat ferre ſententiam certam:et an valeat ſententia incerta dicvt p Ange.in dicto.§.curare.

¶ Et ſi in rem. Caſus. ¶ In titulo iſto nō poſſent poni exempla omnia que ſunt neceſſaria in materia iſta.Neceſſe enim eſſet ꝙ hic ponerent̄ exempla omnium actionū de mūdo.aliqua tn̄ hic ponunt̄ exempla forte illa de quib⁹ dubitāt magis legiſlatores.Iſtis premiſſis venio ad caſum ſic.Vidiſti qualiter iudex debeat formare verba ſnie in act.noxa.Sed domine p deo dicatis ſi placet quale debeat officium iudicātis inter aliquas in act.reali:Frater dicit ipſe libēter.Nam aut videt iudex ꝙ ferenda eſt ſnia contra petitorem:⁊ tūc nichil aliud incumbit ei niſi ꝙ abſoluat poſſeſſorē:aut videt ꝙ eſt ferenda ſnia contra poſſeſſorē:⁊ tunc debet condēnare poſſeſſorem vt rem cum fructibus petitori reſtituat:⁊ tenetur condemnatus in iſta actio.reali incontinenti rem cum fructibus reſtituere:ſed in actio.perſonali non tenetur incontinenti rem reſtituere:ſed habet inducias a.l.ſed domine:quid ſi dixerit poſſeſſor condēnatus et non poſſit rem reſtituere incontinenti et petit tempus reſtituendi. Frater ſi videat iudex ꝙ calumnioſus ſit ⁊ tempus petat fruſtratorie non dabit ei tempus ⁊ niſi rem reſtituerit iurabitur contra eum in litem.ſi vero fruſtratorie nō petat tempus bene dabit ei iudex tempus infra quod reſtituat ſm quod ſibi videbitur.ita tamen ꝙ caueat per bonos fideiuſſores ꝙ ſi infra tempus quod ſibi datum eſt non reſtituat ꝙ eſtimationem litis ſoluat.h.d.

h ¶ Et ſi in rem Eum.ſcꝫ poſſeſſorem.
i ¶ Vt rem ipſam.idem ⁊ ſi in perſonam.[✠] vt ſi res petatur vi poſſeſſa per actionem ꝙ me.cauſa.vel ex ſtipulatu ad rem tradendam.Si autem q̄ntitas:vel in genere aliquid petatur tunc a petitione actoris abſoluitur vel condēnatur in re petita.

[✠] Scꝫ agat̄ nō ſolū ſi ī rem.

k ¶ Cum fructibus. Sed de quibus fructibus loquitur hic.Nunquid de naturalibus vt de pomis:et

⁊.j.

get in pñti[a] ſe poſſeſſoꝛ reſtituere poſſe: ⁊ ſine fruſtratione videbitur tempus reſtituendi cauſa petere: idulgendum eſt ei: vt tñ de litis eſtimatione caueat cū fideiuſſoꝛe: ſi intra tempus q̄d ei datum non eſt reſtituiſſet.

¶ In iudicio vniuerſali ita fruct⁹ veniūt ſicut in ſingulari: et in vtroq̄ iudicio maleſidei poſſeſſoꝛ de non preceptis tenetur: ſecus in boneſidei poſſeſſoꝛe: niſi poſt litem conteſtatem.

¶ Et ſi hereditas[b] petita ſit eadem circa fructus interueniunt que diximus interuenire de ſingularū reꝝ petitione[c]. Illoꝛum aūt fructuum quos culpa ſua poſſeſſoꝛ nō ꝑcepit[d] ſiue illoꝛum quos perceperit i vtraq̄ actione[e] eadē rō pene[f] habet[g] ſi ꝑdo fuerit. Si vero bone ſidei poſſeſſoꝛ fuerit non habet[h] ratio cōſumptoꝛū neq̄ nō ꝑceptoꝝ. Poſt inchoatā aūt petitionē etiā illoꝝ fructuū ratio habet⁹ qui culpa poſſeſſoꝛꝭ ꝑcepti nō ſunt: vꝉ percepti conſumpti ſunt.

¶ Re⁹ nō exhibēs rē q̄ iudicio cepto extitit vſucapta actoꝛi ꝑ eoꝝ morā i exhibēdo ꝯmiſit ꝯdēnabit̄. i q̊ veniūt fruct⁹ ꝑcepti p⁹ litē ꝯteſtatā. Et reo nō hn̄te facultatē rei exhibēde rōſi ſtraq̄d exhibeat ſtatuit̄ q̄ ſi ꝯtumax i exhibēdo fuerit: ꝯdēnabit̄ in q̄tū actoꝛ i litē iurauerit.

¶ Si ad exhibēdū actū fuerit: nō ſufficit ſi exhibeat rē is cū quo actū eſt: ſꝫ op⁹ ē vt etiā rei cāꝫ debeat exhibē. i.

ceraſis: et ſimilibus. (i) an ꝓo de induſtrialibus? Rñ. de naturalibus non. q: illi aut extant et tunc ꝑ rei vendicationem petuntur ſicut res ipſa: cum nullus etiam bonefidei poſſeſſoꝛ facit ſuos. vt. ff. de vſur. l. fructus. Aut non extant: et tunc non tenetur: cum nec habeat: nec dolo fecerit quo minus haberet: ſed condictione ſine cauſa eſtimatio debet. ff. ſi cer. peta. l. ſi et me. et vtroq̄ caſu ceſſat officium iudicis d quo hic agitur: cū iure actionis petant. Item de induſtrialibus non. ſi a bone fidei poſſeſſoꝛe ꝑcepti ſunt quia percipiendo eos ⁊ ſeparando a ſolo ſuos facit ⁊ lucratur. vt. ſ. de re. di. §. ſi quis a non domino: ſiue habeat titulum/ ſiue non. vt. ff. qui. mo. vſuf. ami. l. ſi vſufructuarius. et. ff. fin. re. l. iiij. §. poſt litem. ſi autem nō ſepauit adhuc ipi us fundi. ſūt vt. ff. de rei vend. l. fructus. Sed dic de induſtrialibus hic loqui qui ſunt ꝑcepti: ſed non conſumpti a bonefidei poſſeſſoꝛe. nam cum ſunt facti poſſeſſoꝛis nō rei vēdicatione: ſed iudicis officio petunt̄. vt hic. et. C. de rei vendica. l. certum. §. bonefidei. Si autē maleſidei ſit: de conſumptis tenebitur condictione ſine cauſa. de extantibus rei vendicatione non dico eadem rei vendicatione qua petitur res: ſed alia omnino: licet in petitione hereditatis ſit ſecus. vt. C. de rei vendicatiōe. l. certum. j. reſponſo. De percipiendis autem tenetur officio iudicis. vt. j. eod. §. illoꝛum. et. ff. de rei vendica. ſi nauis. §. fi. Si vero maleſidei poſſeſſoꝛ titulum habeat. de conſumptis tenetur condictione ſine cauſa: de extantibus rei vendicatione: a percipiēdis ꝓpter titulum excuſatur. vt. C. de rei ven. ſi fundū. niſi in quattuoꝛ caſibus vbi de percipiendis tenetur qui habet titulum: quos dic. vt ſupꝛa diximus. de re. diu. §. ſi quis a non dño. Additio. (i) Quid de oliua ⁊ ſilua an dicant̄ fructus naturales vel induſtriales. dic ꝙ dicunt̄ induſtriales ſicut ſeges. vt eſt tex. in. l. ſi ſeruū. §. ſi oliuam ff. ad. l. aquil. ⁊ ibi doc. Ange.

Poſſeſſoꝛ maleſidei q̄ iure tenet̄ fructus reſtituere

a ¶ In preſenti. No. in actiōe in rem incōtinenti fieri executionem. ſecus in perſonalibus: quia quattuoꝛ mēſium ſpacium datur. vt. C. de vſu. rei iu. l. ij. ⁊. iij. ⁊ fi. Additio. Et in criminali ſtatim ſnīa eſt executioni mādā. C. de penis. l. cum reis. Niſi in caſibus qui notantur. xj. q. iij. cū n apud. glo. in. c. querenti. extra de offic. delegati. Primus caſus eſt qñ quis eſt confeſſus de crimine differtur execut o donec appareat an velit in cōfeſſione perſeuerare. Secundus eſt cū ſnīa lata eſt contra mulierem pꝛegnantē: differtur executio vſq̄ adē ꝑtus partus. Tertius caſus eſt qñ princeps ex iracundia tulit ſententiam: tunc enim differtur executio vſq̄ ad. xxx. dies ad videndum ſi princeps illam relaxabit. Quartus eſt qñ inſula eſt aſſignāda a principe: ad quā debeat male factoꝛ depoꝛtari. Quītus eſt ſi ſnīa eſt in ſeruum lata: differtur executio/ donec ratiocinia reddiderit dño. vñ ꝟſus. In ꝑſonali poſt mēſes q̄ttuoꝛ in re.

Snīa an ſtatī ſit exe-

Protinus ē omnis ſnīa perficienda. Verſus
Sic in criminibus ſed caſus excipe quiq̄. Confeſſus/ pregnans/ iratus/ et inſula/ ſeruus.

¶ Et ſi hrdītas. Vs
Caſus. ¶ Iā dixi vobis quale ſit offi. iudi. cum additur iudex in act. in rem. modo videamus quod eſt offici. iudi. quādo additur in actio. mixta tam in rem q̄ in perſonaꝫ: vt in petitione hereditatis: ⁊ quid dꝫ iudex tunc facere Et dico ꝙ idē debet facere in peti. here. q̄d in rei vē. q̄ dat̄ ꝑ ſingulaꝝ reꝝ petitione ad dñaꝫ peti. here. i. q̄ mlte res petunt̄. h. d. et q̄cq̄d dicat lr̄a nō ē ꝑ oīa idē: vt. j. videbitis.

b ¶ Et ſi hereditas petita ſit. i. ſi hereditatis petitione actum ſit: ⁊ ꝯdēnatio ſecuta. Nam ⁊ ipſa eſt in rē et in perſonam. vt. ſ. de actio. §. quedam.

Petitio hrdītatis ē realis ⁊ ꝑſonalis.

c ¶ Petitione. vt reſtituantur fructus cum re. vt. ſ. pꝛoximo. §.

¶ Illoꝛum autem fructuū. Caſus. ¶ Dixi Iuſti. Iā bene vidi ꝗtam in rei vendica. q̄ in peti. here. veniūt fructus percepti iudi. offi. quia debet iubere rem reſtitui cum fructibus: ſed domine quid dicemus de fructibus percipiendis in eo qui condēnatur peti. here. vel rei vendicatio. Frater dicit Iuſtinian. aut fuit bo. fi. poſſeſſio. aut maleſi. ſi fuit maleſidei poſſeſſio tunc fere idem eſt in rei vendi. ⁊ peti. heredi. vt eodem modo teneatur maleſidei poſſeſſio de fructibus quos per culpam ſuam non percepit in rei vendi. ſicut in peti. here. ſi autem fuit bone fidei poſſeſſio non tenet̄ de conſumptis: nec de percipiendis: niſi poſt litis conte. ſicut pꝛedo tenetur de fructibus culpa ſua. ſ. poſſeſſoꝛis nō perceptis. vel perceptis ⁊ conſumptis. h. d.

d ¶ Non percepit. ſcꝫ qui titulū nō habebat. alꝰs ab iſtis percipiendis excuſatur. vt modo diximus.

e ¶ In vtraq̄ actione. ſ. in rē ⁊ petitione hereditatꝭ

f ¶ Pene. pene dicit: q: in petitione hereditatis veniunt eadem actione qua res: ſed in rei vendicatione alia eſt pꝛo re: alia pꝛo fructibus.

g ¶ Non habet̄ rō. hoc eſt veꝝ ꝑ rei vendicationeꝫ: vel per iudicis officium: ſed ꝑ ꝯdictionē ſine cā ſic. cum bonū ⁊ equū ſit. vt. ff. ſi cer. pe. l. ſi ⁊ me. ſm quoſdam.

h ¶ Ratio habetur. niſi infans/ vel pupillus fuerit poſſeſſoꝛ. vt. ff. de rei vendica. l. ꝙ infans. §. j.

vt eam cauſaz habeat actor quã habiturus eẽt ſi cũ primũ ad exhibẽdũ egiſſet: exhibita reſtituiſſet. Jocq ſi iter moras exhibendi vſucapta[a]. ſi res a poſſeſſore: nihilominus ꝯdẽnabit. Preterea fructuũ medij tp̃is. i. ei⁹ qđ poſt acceptũ ad exhibẽdũ iudiciũ ante rẽ iudicatã interceſſerit: rationẽ debet hr̃e iudex. Sz ſi neget reus cũ q̃ ad exhibẽdũ actũ[b] eſt i pñti ſe exhibẽ poſſe: et tp̃s exibendi cauſa petat: idq ſine fruſtratione poſtulare videat dari ei dz: vt tñ[c] caueat ſe reſtituturũ. Sz ſi neq ſtati iuſſu iudicis rem exhibeat: neq poſtea exhibiturũ ſe caueat: condẽnãdus[d] ſit i id qđ actoris intererat ſi ab initio res exhibita eſſet.

☞ ¶ Si ad exhibendũ. Caſus. ¶ Dñe p deo dicatis ſi placet quale ſit offi. iudi. in actio. ad exhibendum que perſonalis eſt. licet ſit in rem ſcripta? Frater dicit ipſe in ac. ad exhibendum debet iudex iubere q res exhibeatur: ⁊ nõ ſufficit q exhibeat: niſi in eadẽ cauſa exhibeatur in qua cã eſſet ſi a principio fuiſſet exhibita. vñ ſi ille qui iuſſus ẽ exhibere rẽ eã exhibere diſtulit: ⁊ p eius morã fuerit res exhibẽda poſſeſſione vſucapta: nichilominus condẽnat ille qui iuſſus fuerit exhibere. Item rationez fructuũ medij tẽporis. i. eius temporis qđ interſit poſt litem ꝯteſt. et rem iudicataz debet habere iudex. Item incontinẽti debet exhibere ille qui rem exhibere iuſſus eſt: ſicut in reali condennatus debet rem reſtituere incõtinenti: et ſic hec actio ad exhibendũ perſonalis ẽ. vt. ff. ad exhi. l. ij. tñ dicitur ſcripta in rem q2 i multis habet naturam realis actionis: ſed dñe quid ſi condenatus in act. ad exhiben. dicat q incontinenti non põt rẽ exhibere? Frater dicit ipſe ſi videat iudex q ſine fruſtratione petat tp̃s infra qđ rez exhibeat dz ei dare tp̃s. ſic tñ vt ipſe caueat p bo. fi. ſe rẽ exhibiturũ. ſi aũt nec iuſſu iudicis rem exhibere velit nec cauere ſe poſtea rẽ exhibiturũ: tũc dz condẽnari actori quãti ſua intereſt nõ exhibita rẽ fuiſſe. h. d. ſup illo §. pri. q̃rit ſolet. ſuper illo ỹbo in vtraq act. eadem rõ pene habet: quare dicit pene. ad hoc põt dici ſm quoſdã ſic q ſi maleſidei poſſeſſor titulũ hz ppter ti. excuſat in rei vẽ. ſz i peti. here. nõ excuſat maleſidei poſſeſſor a fructib⁹ percipiendis ppter ti. Si aũt non hz ti. maleſidei poſſ. in rei ven. tunc eſſet in vtraq actio. eadẽ rõ ſicut dicit hic: q2 minus dz agi cũ eo qui conuenit rei vendi. eo q ipſe nõ eſt obligatus. vt. ſ. d act. §. ſ. ⁊ ideo p ti. excuſat de percipiẽdis: ſed ille qui ꝯuenit peti. here. obligatus eſt: q2 peti. here. mixta eſt tã in rẽ q̃ in perſona. ⁊ ideo per ti. nõ excuſat. Dñs autem Jaco. conſonans dictis guarnerij antiqui dixit q illud verbũ pene hic poſituz non eſt aduerbium: ſed magis nomen: ⁊ dicit q in vtroq eadem rõ pene. i. ad eandem penam tenet vterq ppter malã fidẽ. ſ. vt teneat de fructibus percipiendis.

a ¶ Si ad exhibendum. Uſucapta ſit. Sed quõ potuit vſucapi: cũ interruptione facta in actione ad exhibendum videatur facta etiam in rei vendicatione. vt C. de anna. except. l. fi.? Rñ. ſm Jo. l. illa intelligit in tribus caſibus ibi in littera poſitis non als. vt. ff. ad exhibendũ. l. iulianus. in fine. Alij dicunt illam generaliter intelligi per. l. ff. de iudi. ſolemus. Et quod hic dicit circa res mobiles intellige in quibus non interrumpitur vſucapio per litis conteſtationẽ. vt. ff. de rei vendica. l. ſi. poſt. Prima ſententia verior eſt.

b ¶ Actum eſt. et obtentum.

c ¶ Ut tamen caueat. vt. ſ. eodem. §. ſed ſi neget: et ff. ad exhiben. de eo. §. ſi iuſta.

d ¶ Condemnandus. de lato iureiurando in litem. vt. ff. de in lit. iur. l. in actionibus.

¶ Judex i actione familie herciſcũde res ſingulas ſingulariter adiudicabit. Et ſi vna plus valeat q̃ altera: in pecunia ꝯdẽnabit. Et heres q̃ pcepit fruct⁹: vł male ỹſatus fuit in re cõi tenebit coheredibus. Aretinus.

¶ Si familie herciſcũde iudicio actũ ſit ſinglas res ſingulis heredib⁹ adiudicare dz: ⁊ ſi in alteri⁹ pſona pgrauare videat adiudicatio debet:[e] hũc iuicẽ coheredi certa pecũia (ſicut iã dictũ eſt[f]) condẽnare. Eo quoq noie coheredi q̃ſq ſuo ꝯdẽnãd⁹ eſt q ſol⁹ fruct⁹ hereditarij fundi pcepit: aut rẽ hereditaria corruperit[g] aut conſumpſerit[h]. Que q̃dẽ ſiſiter inter plures q̃q q̃ duos coheredes ſubſequuntur.

¶ Si familie herciſcunde. Caſus. ¶ Uidimus iam de offic. iudi. in actio. ſimplicibus. Modo videamus quale dz eſſe of. iu. in ac. duplicib⁹ vt puta in iudicijs diuiſorijs: ⁊ dicit q ſi famil. herciſcunde iudicio actũ ſit iter duos coheredes debet iudex ſi poſſit ſingulas res ſingulis heredibus adiudicare. id eſt primo vni vnam: et poſtea alteri alteram: et ſi aliqua res precioſa vt magni precij vni fuerit adiudicata: et ad hoc alter fuerit pregrauatus. tunc debet iudex illum cui res precioſa adiudicata ẽ alteri in certa ſumma pecunie condennare: vel quod ſibi viſum fuerit facere. Et ſi vnus heres hereditariam comprehendit: vel ſolus fructus alicuius fundi percepit coheredi eo nomine tenetur: ⁊ iſtud iudicium quodammodo habet locum inter tres coheredes vel quattuor pluresve ſicut inter duos eadem inueniunt. ⁊c. Jam habuiſtis de officio iudici. in iudicio familie herciſcunde. Sed domine pro deo dicatis quod eſt officium iudicis in iudicio communi diuidundo? Frater dicit Juſtinian. eodem modo debet ſe habere in iudicio communi diuidundo iudex ſicut in iudicio familie herciſcunde: quia ſi aliqui quibus plures res ſunt communes intendant iudi. communi diuidundo inter ſe debet iudex ſi plures res ſint cõmunes: vni vnam: alteri alterã adiudicare. Si aũt de vna re negãt ſi cõmode diuidi poſſit: eam diuidere dz: ⁊ vni vnam partem: ⁊ alteri alterã partem adiudicare. Et pars vni aſſignata melior ſit q̃ altera que alteri aſſignat. tunc debet iudex eum cui meliorẽ partem aſſignauit alteri in quadam ſũma pecunie ſm q ſibi viſum fuerit condẽnare. Si autem res commode diuidi non poſſit: tunc poterit iudex eam totam adiudicare vni: ⁊ eũ alteri in certa ſumma pecunie condẽnare. hoc dicit.

e ¶ Si familie. Debet. ſcz iudex.

f ¶ Dictum eſt. ſ. de ac. §. quedam actiones.

g ¶ Corruperit. Additio Notaq coheres qui corrupit/deuaſtauit/vel maculauit/vel conſumpſit rem cõmunem tenetur alteri coheredi iſto iudicio. Ange.

h ¶ Conſumpſerit. vt hic. et. ff. fami. hercil. l. et puto §. ſed et ſi dolo.

*Uſucapio rez mobiliũ nõ interrũpit p litis ꝯteſtatiões*

a ¶ Eadē interueniunt. ſcilicet vt fiat adiudicatio rerum et pecunie: vt. ī. eo. §. ſi familie: aut circa damna data in rebus. vt. ī. §. proxi. et. ff. communi. di. l. iij.
b ¶ Non poſſit. Nota non poſſe fieri quod ſine cōmoditate fit. vt hic. et. ff. de verbo. ſigni. l. nepos procu lo. Item nota corpus. aliud diuiduum: vt fundus qui diuiditur ſm voluntatem patrisfami. vt. ff. de leg. i. l. ꝙ in rerum natura. §. ij. Aliud indiuiduum: vt homo. vt hic. ⁊. ff. de vſucapioni. l. rerū mixtura.

Corpꝰ ē duplex.

ponant ⁊ aliquis agros metiri nō fuerit paſſus. h. d.
f ¶ Furatus eſt ad quid dānabitur? Reſpon. ꝙti in litem iurauerit actor. Poteſt etiam criminaliter puniri in quinquaginta aureis ex. l. agraria ꝓ qualibet vice q̄ applicatur fiſco. vt. ff. de ter. mo. l. agraria. Nec ciuilis tollitur per criminalem cum ad rei perſecutionem altera detur vt. C. quando ciuilis actio preiudicet crimi. l. i. niſi interim donec altera exercetur vt. ff. de publi. iudi. l. is qui.

Lapides finales ſurripiēs ad qd puni

¶ In actione cōmuni diuidūdo ſi ſit plures cōmunes ſingulas ſingulariter iudex adiudicabit et vna plus valeat ꝙ̄ altera in pecunia cōdennabit. Si vero vna res ſit que diuiſionem nō recipiat adiudicabitur vni inſolidum qui cōdennabitur cōſocio in pecunia. Aretinus

¶ Eadem [a] interueniunt ⁊ ſi cōmuni diuidundo de pluribus rebus actum ſit. Sz ſi de vna re veluti de fundo: ſi quidem iſte fundus cōmode regionibus diuiſionem recipiat partes eius ſingulis adiudicare debet ⁊ ſi vnius pars pregrauare videbitur: is inuicē certa pecunia alteri condēnandus eſt. Sz ſi cōmode diuidi nō poſſit [b] veluti ſi homo forte aut mulus erit de quo actū ſit: tūc totꝰ vni adiudicādus eſt ⁊: is inuicē alteri in certa pecunia condemnandus eſt.

¶ In iuditio finiū regūdorū iudex de fūdo vniꝰ alteri adiudicat ſi viderit expedire. Eūq cui de fūdo alieno adiudicat ꝯdēnat ī pecunia etſi qd malicioſe reperit circa ꝯfinia geſtū eſſe: eo noīe cōdēnat. ⁊ adiudicās rei dominiū in eū cui adiudicauit transfert. Aretinus.

¶ Si finiū [c] regūdorꝫ actū fuerit: diſpicere [d] dꝫ iudex an neceſſaria ſit adiudicatio [e]: q̄ ſane vno caſu neceſſaria ē ſi euidentioribus finibus diſtingui agros cōmodius ſit ꝙ̄ olim fuiſſent diſtincti. Nā tunc neceſſe eſt ex alterius agro ꝑtem aliquā alterius agri dn̄o adiudicari: q̄ caſu couenieēs ēvt is alteri certa pecunia debeat condēnari. Eo quoqꝫ noie cōdēnandꝰ eſt qſqꝫ hoc iudicio ꝙ forte circa fines aliqd malicioſe cōmiſit (verbi gra) quia lapides finales furatꝰ [f] ē: vel arbores finales excidit. Cōtumacie quoqꝫ noie qſqꝫ eo iudicio ꝯdēnatꝰ [g]: veluti ſi quis iubēte iudice metiri [h] agros paſſus nō fuerit. Sz ſi autē iſtis iudicijs alicui ad iudicatum ſit: id ſtatim eius fit [i]: cui adiudicatum eſt.

¶ Si finium regundorum ⁊c. Caſus. ¶ Jam vidiſtis offi. iudi. circa iudicium familie herciſcūdi. ⁊ cōmuni diui. Modo videatis qualiter ſe debet habere iudex in iudicio finium regundorum ſcilicet corā quo eſt controuerſia. Et dicit Juſtini. ꝙ iudex in iſto caſu debet inſpicere an neceſſaria ſit adiudicatio: quod cōtingit in vno caſu: videlicet quādo fines in tali loco erant poſiti ꝙ propter loci naturam ſepius fit. contentio ſuper terminis: veluti ſi locus fuerit humidus vel moroſus. Debet enim iudex tunc in alio loco firmo et ſolido ponere fines: ita ꝙ amplius ſuper finibus non poſſit eſſe contentio: et ita ex agro alterius partem aliquam adiudicare alteri: et eū qui de alterius agro partem adiudicauerit in certa ſumma pecunie condemnare. h. d.

c ¶ Si finium regundorum. quo iudicio agitur / vt agris confinibus termini ponantur: ſed pro domibꝰ vicinis hoc iudicio non agitur. Si autem ſit domus in predium ruſticum agitur vtili finium regundorū: non directa vt. ff. fini. regun. l. ij. in prin. ⁊. l. ſed ⁊ ſi §. fi.
d ¶ Diſpicere. hoc ſcilicet quod ſequitur: ſi euidentioribus.
e ¶ Adiudicatio. facit. ff. fini. regun. l. ij. §. fina. et. l. iij. et. iiij. in principio.

¶ Eo quoqꝫ nomine. Caſus. ¶ Scire debetꝫ ꝙ in iudicio finium regun. ſi circa fines aliquid malicioſe feceri: criminaliter poteſt conueniri. ⁊. h. d. Contumacie quoqꝫ nomine ⁊c. Per contumaciam etiam debet quis in iudicio iſto cōdemnari ꝙ̄tum viſum fuerit iudicanti. veluti ſi iudex iuſſit agros menſurari vt fines

g ¶ Condemnatur. ſ. ad intereſſe delato iureiurādo in litē. ac.
h ¶ Metiri. Additio. Nota ꝙ ille qui non patitur metiri fundum ſuū ad mādatum iudicis vt cōtumax et inobediens: poteſt puniri. Ange.

¶ Quod autem ⁊c. Caſus. ¶ Jā vidiſtis ꝙ in iſtis iudicijs duplicibus familie her. cōmuni diui. fi. reg. Sepe illud quod erat vni adiudicatur alteri: et alter in quadā ſumma pecunie cōdemnatur: modo ſcire debetis ꝙ quicquid in iudicijs iſtis alicui adiudicatur incōtinenti fit illius cui adiudicatur. et hoc dicit.

i ¶ Eius fit. Nota ex ſententia iudicis dominium transferri. ſic ē in miſſiōe q̄ fit ex ſecundo decreto. vt. ff. de acqui. poſ. l. iij. §. fi. ff. ſi ex nox. cau. agatur. l. ij. in fi. et. ff. com. diui. l. ſed et ſi res. que ſit accipe ſi fuerit facta miſſio ꝑ ipſum pretorem. Nam ſola ſententia non facit dominum: ſed traditio: vt. C. de pac. l. traditionibus. ⁊. ī. de re. diui. §. per traditionem. ⁊. ff. de acqui. poſ. l. iuſte. Sed in rei vendi. ſi res eſt aliena et mea pronunciet et ex ea cauſa michi traditur? Reſpon. idem. cum em̄ publiciana michi detur quando a domino michi adiudicatur: et traditur. vt. ff. de pu. l. iij. in fi. ergo vbi dominus eſt: debet ex ſententia traditione dn̄m facere vt. ff. de pub. l. q̄cumqꝫ. Preterea lex videtur expreſſa. vt. ff. de procu. l. non ſolum: alias pomponius. §. ſed et is. et. ff. de excep. rei iudi. ſi inter in fi. Nec ob. ꝙ ibi ſit error ex quo videatur dn̄ium non trāſire quia hic error iam reprobari non poteſt iudicis ſentētia purgatus a qua non fuit appellatū. Item nec obſtat ꝙ ſententia lata in actione perſonali reo abſoluto ꝙ remanet debitor. vt. ff. de condi. inde. l. iulianus quia illud

Sn̄ia ⁊ ſcd͡z decretum trāſfert dn̄ium.

Dñium rei corporalis facilius p̄dit ꝙ̃ incorpa lis.

habet locum inobligatione q̄ eſt res incorporalis: hic aũt dicimus de dñio rei corporalis quod facile ⁊ prorſus poteſt ſepararı ab vno ⁊ alijs darı: ſed nõ ſic in incorporali.v.ff.pro ſocio.l.ea vero.

rum.in princi.⁊ in auc.de exhibē.re.§.ſuſcepto.coll.v. et habet hoc locũ in publico et in priuato crimine qñ criminalit agitur.vt.ff.de priua.deli.l.fina.Et iſta poſſunt haberi his verſibus. Cõſule/menſe/die coram pretore pfeſſus.Te deferre reũ/crimē/loca/pone ſodalē. Et licet hora dies/non tempus pretereatur.c.tue.extra de procurato. Quandoqꝫ tamē hec ſolēnitas non eſt neceſſaria: vt in leui crimine ⁊ notorio.vt.ff.de accuſa.l.leuia.et.C.de accuſat.l.ea que. Et idem in caſib⁹ in quibus ſine accuſatore quis dānari poteſt.quiſcꝫ caſus his legibus notantur .ff.ad.l.iuliam.de adul.l.j.§.ſi publico.⁊.C.de teſti.l.nullum.et.C.de probat.l.penulti.⁊.ff.de ſuſpe.tu.l.tutor.§.p̄terea.et.C.de caſuum.l.j.et.ff.de bo.lib.l.qui cum maior.§.ſi libertus.⁊ idem in notorio crimine vt diximus per.l.C.de accuſa.ea que.et idem in crimine falſi. ſm .B.vt.C.de falſi.l.vbi.Sed Joh.contra.et dicit ꝙ ibi principaliter fuit accuſatio falſi inſtituta. Additio.(i) Dic ad minus duos vt.l.forma.ff.de cenſibus.et.l.ſi quis in fundi vocabulo .ff.de lega.j.niſi locus eſſet inſignis ⁊ notorius per ſe vt in palatio prētis.vt.l.j.in fi.ff.de do.p̄ie.et.l.demonſtratio.in p̄nci.ff.de ꝯdi.⁊ demonſtra. Ange.

Continuatio

Quia ciuilia iudicia dicta ſunt vſqꝫ huc ⁊ etiam quedam criminalia.ſcꝫ circa priuata delicta.vt.ſ. in p̄n.huius quarti libri. vſqꝫ ad tit. de actionibus. id nunc ponit de publicis accuſationibus ſiue iudicijs.

Publica.

diuiſio. Tot⁹ iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primo ponit ꝙ publica iudicia non habent cõformitatem cum priuatis. Secundo vnde dicta ſũt publica iudicia. Tertio ponit in genere que pena ſit in publicis iudicijs. Quarto ſigillatim demonſtrat publica iudicia ⁊ penas vniuſcuiuſqꝫ. Secunda ibi. publica autem dicta. tia ibi publicorum iudiciorum. Quarta ibi. publica autem iudicia.

## De publicis iudicijs.

**Judicia ex edictis publicis deſcendentia in multis ab actionibus differunt. Et quia vnicuiqꝫ permittitur accuſari ideo dicũtur publica quorum pena aliquando eſt corporalis: aliquñ irrogat infamiam cum pena pecuniaria. Af.**

Publica iudicia. neqꝫ per actiones[a] ordinantur nec omnino quicꝙ̃ ſimile [b] habent cum ceteris iudicijs de quibus locuti ſum⁹: magnaqꝫ diuerſitas eorum eſt et in inſtituendis[c] ⁊ in exercendis. Publica[d] autē dicta ſunt: ꝙ cuiuis ex populo executio eorũ plerũqꝫ[e] dat. Publicorum[f] iudiciorum q̄dā capitalia ſunt: quedam non capitalia. Capitalia dixim⁹ que vltimo ſupplicio[g] afficiunt hoīs. veluti aq̄ et ignis interdictione[h]: vel deportatione vel metallo[i]. Cetera ſi quam infamiam[k] irrogant cũ dāno pecuniario. hec publica quidem ſunt: nõ tamē capitalia[l].

**Crimē leſe maieſtatis ē publicum: et in duobus caſibus morte nõ extinguit: ſed memoria defuncti dānatur**

☞ Publica iudicia. Caſus. Queſiui a legiſlatore vtrũ publica iudicia.i.publica crimina ordinent ⁊ conſtituantur ſeu exerceantur per ciuiles actiones de quibus dictum eſt. Et ipſe reſpon. ⁊ dicit. Chariſſime ſcire debetis ꝙ alio modo inſtituuntur: ⁊ alio modo exercētur publica iudicia ꝙ̃ act. Et di. aliquis. domine quare dicuntur publica iudicia? Frater dicit ipſe propter hoc quia cuilibet de populo datur eorum executio: et hoc intelligendum eſt dum tamen ſit habilis ad accuſandum. hoc dicit.

a Neqꝫ per actiones. immo per accuſationes. Additio Nota ꝙ actio ſignificat ad vtilitatem partis priuate et ciuiliter facit quod notat Bar.in.l.agraria.ff.de termi.mo. Ange.

Publica iudicia differũt a ciuilibus;

b Nec oīno quicꝙ̃ ſimile. Hoc verbũ nimis large poſitũ ſic intellige: quia in ciuilibus agitur vt aliq̄d detur actori: in iſtis autem non vt aliq̄d detur: ſed vt puniat accuſatus: ⁊ ita cõſiderata petitiõe ꝯquerentis nichil habent ſimile in ſpecto fine. Nec in principio cũ vnum per actionem: alterum per accuſationem inſtituitur.

Judicia publica et ciuilia in aliquibus ꝯueniũt

Nec in exercitio: cũ in ciuilibus probet actor tantũ. vt C.de eden.l.qui accuſare: ſed in criminalibus actor et reus quandoqꝫ. vt.C.de abol.l.fallaciter. vt.C.de fal.l.vbi. In alijs autem multa ſunt ſimilia. nam in vtriſqꝫ fit libellus. vt.C.de lit.conteſta.auc. offeratur. et.ff.de accu.l.libellorum. Itē in vtriſqꝫ de calumnia iuratur. vt.C.de iureiur.l.j.in p̄n.⁊.C.de fide inſtru.l.vlt.lꝫ quidam dixerunt contra. vt arg.ff.de.bo.eorum.l.j.

Libell⁹ in criali b⁹ quid ꝯtinere debet.

c Et in inſtituendis. Sed qualiter formatur libellus? Reſpon. ſic vt contineat nomē accuſantis ⁊ accuſati. ⁊ crimen/et mēſem quo cõmiſſum fuit crimen: ⁊ locũ vbi fuit cõmiſſum: ⁊ ꝯſules ſub q̄bus eſt admiſſũ. (i) Item dies dati libelli debet inſeri: ſed dies cõmiſſi criminis vel hora non eſt neceſſe. vt.ff.de accuſa.l.libellorum.

d Publica. Hec eſt ratio quare dicātur publica. ſcꝫ quaſi publica. ſic.ſ.de ſuſpe.tu.§.cõſequens. Et intellige ꝙ al's poſſit eſſe habilis ad accuſandum non al's. vt.ff.de accuſa.l.qui accuſare.

Partus ſuppoſiti et adulterij accuſatio nõ omnibus cõceditur.

e Plerumqꝫ. Hoc ideo dicit. quia quandoqꝫ eſt publica accuſatio: et tamen non competit cuilibet ius accuſandi: vt in crimine ſuppoſiti partus vbi accuſant ſoli parentes. vt.ff.de fal.l.cornelia.§.j. Item propter accuſationem adulterij que primo defertur certis perſonis. vt.C.ad.l.iul.de adul.l.ꝙ̃uis. Accurſius

Publicorum ⁊c̄. Caſus. Scire debetis ꝙ publicorum iudiciorum quedam ſunt capitalia: ⁊ quedam non capitalia. Capitalia dicuntur illa per que infligitur mors vel exilium perpetuum vel ignis vel aque interdictio vel in metallum damnatio. Publica autem et non capitalia ſunt que gerunt infamiam cum damno pecuniario.

f Publicorum. Facit.ff.eo.l.ij. Accurſius.

g Vltimo ſupplicio. Quod interpretamur mortem. vt.ff.de penis.l.vltimum.

h Interdictione. Que eſt mors ciuilis. vt.ff.de cõtra tabulas.l.j.in fine.

i Deportatione vel metallo. Has penas expone vt diximus.ſ.quibus modis ius patria poteſtate ſoluitur.§.cum autem.

k Infamiam. vt in lege iulia de vi priuata. vt.j.e.§.item lege iulia de vi publica.

l Capitalia. Et iſta appellantur relegationes: vt ff.eod.l.ij.in.§.finali.

¶ Publica[a] aũt iudicia hec ſunt: lex iulia maieſtatꝭ: que in eos qui cõtra impatorez vel rẽ publicã[b] aliquid moli tiͣ ſunt ſuũ vigorẽ extendit. Cuius pena aĩe [c] amiſſionẽ ſuſtinet[d]: ⁊ memoria[e] rei etiã poſt mortem damnatur.

¶ Ex lege iulia de adul. in oib⁹ capłis ẽ crimẽ publicũ cui⁹ pena aliꝫ honeſtiores ⁊ aliꝫ humiles puniunꝫ. Are

¶ Item lex iulia[f] de adulterijs coercendis que[g] nõ ſolũ temeratores alienarũ nuptiarum gladio punit[h] ſed ⁊ eos qui cũ maſculis[i] nephãdam libidinem exercere audent. Sꝫ eadẽ lege iulia[k] ẽt ſtupri flagitium puniꝫ cũq̃s ſine vi[l]: vel virginem: vel viduam[m] honeſte viuentẽ ſtuprauerit. Penã aũt eadẽ lex irrogat pctõrib⁹. ſi honeſti ſunt publicationẽ ptis dimidie eoꝝ bonoꝝ ſi hũiles[n] corpis coertionẽ cũ relegatõe[o]

¶ Hominẽ telo (id ẽ q̃cũq̧ quod manu emittitur) occidens: vł cũ telo cã occidẽdi pſeq̃ns lege corne. de ſic. puniꝫ q̃ lege caſtigabiꝫ veneficus: vł arte magica hominẽ occidẽs: vł malo medicamẽto publice occidens. Areti.

¶ Itẽ lex cornelia[p] de ſicarijs[q] q̃ homicidas vltore ferro pſequiꝫ[r]: vel eos qui homies occidẽdi cã cũ telo ambulant[s]. Telum aũt (vt cai⁹ nr̃ ex interp̃tatione legum duodeci tabulaꝝ ſcriptũ reliquit) vulgo q̃dẽ id appellatur quod ab arcu mittiꝫ: ſed et om̃e ſignificaꝫ qđ manu cuiuſdam mittitur ſequitur

¶ Publica autem iudicia ⁊c. Caſus. ¶ Domine pro deo ponatis nobis exempla de publicis iudicijs ⁊ capitalibus. Frater dicit ipſe libenter. vnde dicit ipſe. Publicum iudicium ⁊ capitale eſt .l. iul. maie. per quaꝫ puniuntur illi qui contra imperatorem vel rempublicam aliquid moliti ſunt. Per .l. enim iul. maieſt. puniũtur tales vltimo ſupplicio: ⁊ etiam eorũ memoria dãnatur qui contra principez aliquid moliti ſunt.

a ¶ Publici. Rempublicam .ſ. romanorum. Accurſius.

b ¶ Moliti ſũt. Cum effectu: tamen ſola volũtas ſufficit. vt .C. ad .l. iuliam maieſta. l quiſquis.

Alia eſt in dei ptãte. Accuſatur q̃s Et poſt mortez

c ¶ Anime. anima ti corpis. Naꝫ anima non in hominis: ſed in poteſtate dei ↄſiſtit. ſic .C. de ſacroſã. eccł. l. ſancimus. in fine.

d ¶ Suſtinet. i. infert. Accurſius.

e ¶ Et memoria. i. dicere: etiam poſt mortẽ poteſt accuſari vt bona deferãtur in fiſcũ et auferantur heredibus tãq̃ idignis. vt .C. ad .l. iul. maie. l. quiſq̃s. ⁊ .l. ſequen. ⁊ quod dixi poſt mortem accuſari: intelligas in duobus capitulis illius legis. hoc eſt cum contra principem / vel contra rempublicam romanoꝝ eſt machinatus. i. niſus ad malum. alꝭ finitur morte vt cetera crimina. vt .ff. ad .l. iuli. maieſt. l. fina.

¶ Item .l. iuliam. Caſus. ¶ Uidiſtis iam vnum publicum iudicium. hic ponit dn̄s iuſtini. exemplum de quodam alio iudicio publico: ſcꝫ de .l. iul. de adulterijs que punit temeratores nuptiarum vltimo ſupplicio: et illi qui cum maſculis rem nephandam cõmittunt: ⁊ non ſolum puniuntur illi qui adulterium cõmittunt .l. iul. de adulterijs ſed etiam qui ſine vi virginem vel viduam honeſte viuentẽ ſtuprauerint. Si ei honeſtus cũ honeſta muliere fornicaꝫ patienꝫ obligationẽ dimidie partis bonoꝝ. ſi autem humilis ſit relegabitur.

f ¶ Itẽ lex iulia. Scꝫ inꝫ publica iudicia numeraꝫ.

g ¶ Que. Scꝫ lex iulia de adulterijs.

h ¶ Gladio punit. Sacrilegos enim nuptiarum gladio feriri oportet. vt .C. de adulterijs. q̃uis. in fine.

Additio. Dic ꝙ in adulterio pena mortis fuit hodie inuenta que non erat olim tempore digeſtorum. vt notat gloſa. in .l. qui cum vno. §. adulterio. ff. de re militari. et dicas ꝙ in talibus delictis etiam per viam inquiſitionis poteſt procedi. vt .l. ij. §. ſi publico. ff. de adulterijs. Angelus.

i ¶ Cum maſculis. nam in hoc caſu armantur iura vt gladio feriantur. vt .C. ad legem iuliam de adulterijs. l. cum vir nubit.

k ¶ Lege iulia. Scꝫ de adulterijs. Nam hꝫ hec lex multa capitula. vt .ff. de mino. l. auxilium. §. ſed vt ad legis. ⁊ .ff. ad .l. iul. de adulte. l. capite quinto.

l ¶ Sine vi. quid ſi vi? habetur. j. eodem. §. ſi autem per vim.

m ¶ Uiduam. Adijcias vel puerum. et dic de vidua et de virgine niſi ſint meretrices vel licite concubine. vt hic ſubijcit honeſte ⁊c. et .ff. de adulterijs. l. ſtuprũ j. rñ. ⁊ §. j. Addit. Dic ꝙ hoc pcedit de iure ciuili: ſed de iure canonico nõ eſt permiſſa. vt cle. ad nr̃z đ here. igitur ⁊c. Ange.

n ¶ humiles. Qui ſunt humiles vel honeſti. dic vt .C. đ inceſ. nup. l. humilem.

o ¶ Cum relegatione. hec diſtinctio pene fallit in tribus caſibus in quibus cõmittitur ſtuprum: et tamẽ maior pena impõitur. Primus eſt ſi quis in puerum committit: quia tunc gladio feritur. vt .ſ. e. §. Item ⁊ quando tutor ſtuprauerit eam cuius eſt tor. vt .C. ſi tu. pupil. ſuam. l. j. Item ſi fuerit ſtuprata aliqua a ſuo proprio ſeruo. vt .C. de mu. que ſer. pro ſe iunx. l. j. Et nota penam ſtupri eſſe quinquennalem: niſi quando per vim committitur. tunc enim ſine prefinitione temporis poteſt inſtitui. vt .ff. ad .l. iuliam. de adulterijs. l. mariti. §. quinquennium. et. §. fina.

ſtuprũ in trib⁹ caſib⁹ g̃uiter punitur.

Stupri pena ẽ q̃nquennalis.

¶ Item .l. cor. Caſus. ¶ Supra vidiſtis duo exempla publicarum acꝫ. adhuc dabo vobis vnum exemplum videlꝫ in .l. corne. de ſicca. que homicidas punit: ⁊ etiaꝫ eos qui cum telo ambulant hominis interficiendi cauſa. Sed queſiui a domino Iuſtiniano. Domine quid eſt telum? Frater dicit ipſe ſtricte accipiendo telum eſt quod ab arcu emittitur: large tamen loquendo dicitur telum quicquid emittitur: vel de manu vel de arcu dum tamen nocere poſſit: et ponit in littera multa greca nomina.

p ¶ Item lex cornelia. Scilicet computatur inter publica iudicia.

q ¶ De ſiccarijs. quare ſic dicaꝫ. dic vt. j. e. §. ſiccarij.

r ¶ Perſequitur. Id eſt perſequitur eos qui homicidium fecerunt cum ferro: nec enim per hanc legem occidiꝫ occidens: ſed deportatur: ⁊ oĩa bona ſua publicantur. vt .ff. ad .l. cor. de ſic. l. eiuſdem. §. legis. et .l. pe. Uel dic ꝙ perſequitur homicidas ferro: quia eos hodie occidimus. vt .d. l. eiuſdem §. fina. Additio Dic ꝙ pena legis cornelie de ſiccarijs eſt mors. vt not. in .l. j. et .l. is qui cum telo. ff. de ſicca. Angelus.

s ¶ Cum telo ambulant. Licet eos non occidant. vt .C. ad .l. corne. đ ſic. l. is qui. Et nota capitula ex quibus aliquis hac .l. tenetur. vt .ff. ad .l. corne. de ſic. l. j.

a ¶ Lapis. facit. ff. de interdic. §. qui autem.

b ¶ Greca. hoc totum quod ſequitur omittas. Ac. Additio. Immo labores vt intelligas. Eſt autez hoc grecum tale Belos eſtin oper apomacrothem pempete. quod ſic exponitur. Belos. id eſt telum. eſtin eſt oper. quod apomacrotħ ē in longinquū pempere mittitur. Senſus ē telum eſt quod i longinquum mittitur.

¶ Siccarij zc. Caſus. ¶ Domine inſt. vnde dicuntur ſiccarij Frater a ſicca quod eſt cultruz ferreum vtrobiqꝫ ſcindens.

c ¶ A ſica. Unde videbatur ꝙ tantum qui cū ſica occiderent hac lege tenerentur. Sed tamen generalius hodie accipitur ſica et telū per interpretationem. vt vt. ff. proxi. §. Eſt autem ſica (vt ſubijcit) cultellus vtrinqꝫ ſcindens quem portant peregrini quandoqꝫ i bacculo quodam ita ꝙ nō apparet. vnde verſus. Mucro latens ſica. ſiccarius inde vocatur.

Sica qd eſt. Uerſus

ergo vt lignū / z lapis[a] z ferrum hoc noie ꝯtineatꝛ dictū qꝫ ab eo qđ in lōgiquū mittitur a greca[b] voce figuratū βελοσ εσθιν οπερατπο μαϰροθεν πεμπεται. et ſic hāc ſignificationem inuenire poſſumus z in greco noie: nam qđ nos telum appellam⁹ illi grece βελοσ appellant. admonent nos epigrammata in zerophilo verbis cautiſſime ſcṗta. Siccarij autem appellātur a ſicca[c] qđ ſignificat ferreū cultrū. Eadē lege[d] z venific[e] capte dānantur qui artib⁹ odioſis[f] tā venenis qꝫ ſuſurris[g] magicis homies occiderit[h] vel mala medicamenta publice vendiderint.

¶ Lex popeia de parricidijs qua cauetur ꝙ occidēs parentes vel alios de quib⁹ hic ſingulari pena plectatꝛ eſt publici iudicij. Et cōmittens delictum in ſe pl⁹ punitur qꝫ cōmittens i alio. Ar.

¶ Eadem. l. zc. Caſ⁹. ¶ Iā vidiſtis vnā. l. cor. que tractauit de ſicca. modo videamus aliam q̄ tractat ꝺ veneficijs. z. l. iſta tenentur omnes illi qui artibus odioſis vel venenis vel ſuſurris homines occiderunt. et etiam qui mala publice medicamina vendiderunt hoc dicit.

d ¶ Eadem lege. Que dicitur cornelia de ſicarijs.

e ¶ Uenefici. Nam plus eſt hominem veneno extinguere qꝫ gladio occidere. vt. C. de mathema. l. j.

f ¶ Artibus odioſis. id eſt artificijs odioſis. Naz omnis ars bona eſt.

Ars ois bona eſt.

g ¶ Suſurris. Id eſt incantationibus. Nā hec ſcientia reprobāda eſt. vt. C. de male. z mathema. l. eoꝝ.

h ¶ Occiderint. Etiam ſine dolo. vt. ff. de pe. l. ſi qs aliquid. §. qui abortionis. Sec⁹ in cornelia: quia dolus eſt neceſſarius nec ſufficit etiam lata culpa: vt. ff. ad. l. cor. de ſic. l. in lege.

Dolus in lege. cornelia eſt neceſſarius.

¶ Alia deinde zc. Caſ⁹. ¶ Adhuc eſt q̄dā lex q̄ aſperrimū crimen perſequitur noua pena. quia ſi quis patrem vel matrem vel auum proauum vel aliquem eorum de quibus fit mentio in littera occiderit debꝫ cedi cum virgis ſanguineis et poſtmodum conſui debet in quodam ſacculo z cum ipſo debet poni ſerpēs viuus et canis et gallus gallinacius et vipera et ſimea. et tunc cum illis animalibus brutis debet proij ci in vicinum flumen vel in vicinum mare ſecūdum ꝙ regionis qualitas tulerit vt ſic inter ferales anguſtias deficiat. et omnium elementorum vſu viuus careat. vt ei celū ſupſtiti et terra mortuo auferatꝛ. h. d.

¶ Si quis autem zc. ¶ Caſus Iam vidiſtis qualiꝛ punitur ille qui aliquem de linea deſcēdenti vel aſcēdenti iterfecerit: ſꝫ certe ſi quis alias pſonas ſibi cōiūctas aliqua affinitate vel cognatione qꝫ illa de q̄ dictuz eſt. ff. §. proxi. necauerit per. l. cor. de ſicca. ſimiliter punitur. Itē. l. cor. zc. Iā vidiſtis multas acc. publicas adhuc ponit vnā actio. publiciā: videlꝫ ſi quis falſū inſtrumentū vel teſtimonium ſcripſerit vl ſignauerit: vel ſubiecerit. l. corne. de falſis punitur: ita ꝙ ſi ſeruus ē vltimo ſupplicio affligetꝛ ſi vero liber eſt ꝺportari debet.

¶ Alia deide lex aſprimū crimen noua pena pſequitꝛ. que pompeia di parricidijs vocatur: qua cauetꝛ vt ſi qs parentis[i]: aut filij: aut oīno affinitatis[k] eius que nuncupatiōe parētū parricidij cōtinetur[l] fata preparauerit[m] ſiue clam ſiue palā id auſus fuerit: necnon is cuius dolo malo id factū ē: vl ꝯſci⁹ criſ extitit: lꝫ extrane⁹ ſit[n] pena parricidij punietꝛ. z neqꝫ gladio neqꝫ ignib⁹: neqꝫ vlli alij ſolēni pene ſubijcietꝛ: ſꝫ inſut⁹ culeo cū cane z / gallo gallinaceo / z vipera / z ſimia z inter eas ferales anguſtias cōprehēſus ſcđm ꝙ regionis qualitas tulerit: vel i vicinū mare vel in amnem[o] pijciatꝛ vt oīz elemētoꝝ vſu viu⁹ carere icipiat: z ei celū ſupſtiti et terra mortuo auferatur. Si qs aūt alias cognatiōe vl affinitate pſonas ꝯiūctas necauerit penā legꝭ cornelie ꝺ ſiccarrijs ſubſtinebit.[p]

¶ Parricidium qꝫ pſonas concernit.

i ¶ Alia. Parētis. accipe parentes z filios vſqꝫ i infinitū. vt. ff. de i ius vocādo. l. qꝗ. §. fi. z. l. ſꝫ ſi hac. §. liberos.

k ¶ Affinitatꝭ. Alias affinitatis: et alias affectionis.

l ¶ Continetur. Sed qui ſunt hi qui hac appellatione cōtinentur? Reſpon. ſuperiores z inferiores: vt diximus. Itē collaterales vt fratres cōſobrini. z patrueles z proximiores eis. Itē affines quidā: vt vxori nur⁹ / gener / vitricus / priuignus / ſocer / et etiam patronus. vt. ff. eo. l. j. z. l. ſed ſciendum. z. l. cum pater.

m ¶ Preparauerit. Forte et'ſi non occiderit ſꝫ. p. z facit ꝑ eo. ff. e. l. i. in fi. Uel dic illum ſpecialem caſum Additio. Dic primam opi. ſequitur hic Io. fab. propter atrocitatem criminis fa. l. fina. C. de ſicca. z hanc tenet glo. in. l. vnica. C. eo. Ange

n ¶ Extrane⁹ ſit. Nota extraneū plus puniri qꝫ ſi ipſe occidiſſet. vt. hic. z. ff. eo. l. vtrum et. l. ſciēte.

o ¶ Uel in amnē. i. flumen. vel ſi hec vicina nō ſunt beſtijs ſubijcitur. vt. ff. e. l. pe.

p ¶ Subſtinebit. Sed nonne et ſuperiores perſonas occidit hac lege cornelia tenetur? Uidetur ꝙ ſic. vt. ff. eo. l. j. Sed contra. C. e. l. j. Dec ergo ꝙ hac lege cornelia tenetur: ſed nō accuſatur. Uel dic ſecundum Io. ꝙ tenetur eadam pena ſcilicet capitali: ſed maior hic imponitur.

¶ Item lex iulia. zc. Caſus. ¶ Iam vidiſtis multas accuſationes publicas. adhuc eſt quedam accuſatio publica ꝑ quā punitꝛ violētia ſiue ſit publica ſiue priuata.

z. iiij.

mata:quio per.l.iul.de vi publica punitur quis de vi armata:quia deportatur. Per.l.autem iuli.de vi priuata aliquis punitur qui vim fecit ſine armis ꝙ tertia pars bonorum ſuorum publicatur.
a ¶ Item lex Teſtamentaria. Ideo ſic dicta.quia et de teſtamento falſo ibi agitur.

virginem vel monialem rapuit.vel potes continuare iſtum.§.ad precedentem ſic. In.§.proxi.dictū ē qualiter punitur ille qui per vim armatā vel ſine armis aliquid alicui abſtulerit:modo autē tractat qualiter punitur ille qui ſtuprū commiſit per vim.
i ¶ Sinautē. Dixi.s.quando ſine vi aliquis cōmiſerit ſtuprum.vt s.eo.§.ſed eadē. nunc quando vi. Uel continua cū ſuperiori pxi.§.

b ¶ Inſtrumētum.ſ. emptionale:vel alicuiꝰ contractus.
c ¶ Falſū ſcripſerit.et ita veritatem mutauit. vt in auē.de fi.inſtrumento.§.j.in princi.col.vj.
d ¶ Recitauerit. Additio. Nota contra illos q̄ habent inſtrumēta et ſcripturas alienas in cuſtodiam: et tñ aliis oſtendunt ⁊ recitant/⁊ copiam faciunt: quia incidūt in falſum. vt hic.⁊.l.i.§.his q̄.ff.ad.l.cor.de fal. coniuncta.l.qui teſtamētū. Ang.
e ¶ Signum. id eſt ſigillū qd in teſtamētis apponitur.vt.s.de teſta.§.poſtea. Itē ſignum qd chartis imponitur:vt quandoqꝫ facilius fiat comparatio ex inſtrumentis. vt in autē.de fide inſtrutum.§.oportet autem.col.vj. Accurſius.
f ¶ Ultimum ſuppliciū.quod interpretamur mortem.vt.ff.de pe.l.vltimum.
g ¶ Deportatio.et omniū bonorum publicatio. Et ſic nota ꝙ

Sigillū quando ꝙ teſtamentiſ. quandoqꝫ cartis iponitur.

Pene diuerſificant.ex pſonaꝝ diuerſitate.

¶ Publici iudicii crimē legis corne.de falſis cenſet qua tenetur quicumqꝫ aliqd de his q̄ exprimunt in textu cōmiſerit ⁊ pena eiꝰ in ſeruo eſt vltimum ſuppliciū.in libero deportatio. Aretinꝰ.

¶ Item lex cornelia de falſis qua etiam teſtamentaria[a] vocatur penam irrogat ei qui teſtamentum vel aliud inſtrumentum[b] falſum ſcripſerit[c]: ſignauerit: recitauerit:[d] ſubiecerit: vel ſignum[e] adulterinum fecerit: ſculpſerit: expreſſerit: ſciens dolo malo. Eiuſqꝫ legis pena in ſeruos vltimum[f] ſuppliciū eſt quod etiā in lege de ſicariis et veneficis ſeruatur In liberos vero deportatio[g]

¶ Uim committens cū armis aliter ꝙ virginem rapiendo deportabitur: ſi ſine armis tertie partis bonorum publicatione damnabitur. Sed per vim virginem vel monialem rapiens vel preſtans opem capite punitur. Aretinus.

¶ Item lex iulia de vi publica ſeu priuata aduerſus eos exoritur qui vim vel armatam vel ſine armis cōmiſerint. Sed quidam armata arguatur: deportatio ei ex lege iulia de vi publica irrogatur. Si vero ſine armis in tertiam[h] partem bonorum ſuorum publicatio imponitur ¶ Sinautem[i] per vim raptu virginis: vel vidue: vel ſanctimonialis: vel alterius fuerit perpetratus: tunc et peccatores et hi q̄ opē huic flagitio dederunt capite puniuntur ſecundum nr̄e conſtitutiōis diffinitionem: ex qua hoc apertius poſſibile eſt ſcire.

¶ Publicam ſacram: vel religioſam rem furto ſubtrahens: et talibꝰ opē preſtās ex lege iulia peculatus que publica eſt capite punitur: aliter autem ex ea delictum committens deportat. Are

¶ Item lex[l] iulia peculatꝰ eos punit qui publicam pecuniā: vel rem ſacrā[m]/ vel religioſam[n] furti[o] fuerint. Sed ſi quidem ipi iudices tēpore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint: capitali animaduerſiōe puniuntur. Et non ſolum hi: ſed etiam qui miniſterium[p] eis ad hoc adhibuerit vel q̄ ſubtractas ab his ſciētes ſuſceperint[q]. Alii vero q̄ i hāc legē inciderit: pene deportationis[r] ſubiugentur.

¶ Lex fauia de plagiariis quandoqꝫ penam capitis. quādoqꝫ leuiorem irrogat ſecundum angelum. Areti.

k ¶ Conſtitutiōis.vt.C.de rapto.vir.l.j
¶ Itē lex. Caſꝰ. ¶ Nō ſolū leges ſuperiores dicūtur accuſationes publice ſed etiam accuſatio.l.iu.peculatus dicitur accuſatio publica et hac.l. punitur ille qui pecuniam reipublice ſurripuit.⁊ ſi fuerit iudex vel magiſtratꝰ qui hoc fecerit pena capitali punietur ⁊ omnes eiꝰ complices. Si autem quis extraneus qui non fuerit iudex vel magiſtratus pecuniā reipublice ſurripuerit ipſe et eius cōplices deportari debent.
l ¶ Item lex. Puplica.pecuniam.ſcilicet ciuitatis romane: nō alterius.vt.ff.de fur.l.ob pecuniā ⁊.ff.ad.l.iuli.pe.l.iiij.§.pe. Additio Glo.debuit allegare.§.fina. Johan.fab.
m ¶ Rē ſacrā. Ut calices ⁊ thuribula.que ſacra ſūt.vt.s.de re.diui.§.nullius.

ex eodem commiſſo plus ſerui ꝙ liberi puniuntur:vt hi .⁊.ff.ad.l.corne.de fal.l.j.§.fina.et.ff.ſi ex nox.cauſa aga.l.penul.et.ff.de pe.l.in ſeruorum.immo et inter liberos magis puniuntur minores ꝙ maiores.vt ff.de incen.rui.nau.l.pedius.
h ¶ Item lex In tertiam partem. Nota ex maioritate delicti maiorem penam imponi.vt hic.et.C.ad l.iul.de vi.l.ij.et facit.s.de interdic.§.qui autem. Itē hic damnatus fit infamis.vt.ff.ad.l.iul.de vi pu.l.i.i.reſpon. Accurſius
¶ Sinautē per vim ⁊c. Caſus. ¶ Supra vidiſtis de ille qui commiſit ſtuprum cum vi vel quia viduam vel

Pena maior maiori delicto debetur

n ¶ Religioſam. Ut ornamento ſepulchrorum.
o ¶ Furati fuerint. Uel etiam immiſcuerint/ ita ꝙ dānificauerint rē publicā.vt.ff.ad.l.iul.pecu.l.i.
p ¶ Miniſterium.i.adiutorium.
q ¶ Suſceperint. Scilicet ad cuſtodiendum.
r ¶ Deportatiōis.deportat ei. Et nō.ꝙ q̄nquēnio durat hec act.vt.ff.ad.l.iu.pe.l.peculatꝰ.(j) Itē eſt ſpāle in ea ꝙ contra heredes inchoet.vt.ff.ad.l.iu.pe.l.fi. Ac. Addi.(j) Dic idē i adulterio ⁊ ſtu.vt not.gl.s.e.§.ij rta.qt dura p an.xx.vt.l.q̄re.cū ibi no.C.de fa.l.⁊c.an.
¶ Eſt inter Non ſolum iſta ſunt publica iudicia queᵉ vos vidiſtis,ſed ⁊.l.fauia de plagiariis

Peculatus actio quinquēnio durat.

q̄ interdum penam capitis infligit et interdum mino rem dicitur publicum iudicium.et habet locum hec. l.ſi aliquis filium alterius ſurripuerit et eum vendiderit talis enim magnam plagam parentibus infert Idem eſt ſi ſeruum alienū ſurripuerit et diſtraxerit.

a ¶ Eſt et inter. De plagiarijs.ideo ſic dicta:quia orbato patre filio: vel domino ſeruo:hec lex punit orbantem: ſiue talem plagam inferentem habet enim locum quā do aliquis diſtrahit alienum ſeruum / vel filium: ita ꝙ pater/vel dominus non poteſt rehabere. vt ff.ad.l.fa. de pla. l.i.et.l.lege . et.l. eum et.l.pe.§.fi. Item tenetur q̄ liberum hominē

¶ Eſt et inter publica iudicia lex fauia de plagiarijs[a] que interdum capitis penā[b] ex ſacris conſtitutionibus irrogat: interdum leuiorem.

¶ Lex iulia de ambitu:repetundarū de annona:et reſiduis q̄ ī diuerſis capitulis loquuntur: diuerſas penas (preterq̄ mortis) inferunt.

¶ Sūt preterea publica iudicia lex iulia[c] d̄ ambitu:lex iulia repetundarum[d]:et lex iulia de annona[e] ⁊ lex iulia de reſiduis[f].que de cert̄ capitulis loquūtur.⁊ anime q̄dem amiſſionē nō irrogāt alijs autem penis eos ſubijciūt[g] qui precepta earum[h] neglexerint.

¶ Iuſtinian⁹ finē factur⁹ ampliorem publicorum iudiciorum determinationē: digeſta continere dicit:hoc dicit Angelus.

de loco in locum trāſportat.vt.C.ad.l.fa.de pla.l.quoniam.et hoc ſi dolo facit:nō aliter.vt.ff.ad.l.fa.de pla. l.legis fauie.Item hac lege tenetur ſi quis ſeruum in fuga conſtitutum vendat ita vt emptio ſtatim teneat.vt.C.ad.l.fa.de pla.l.in fuga.

b ¶ Capitis penam. Scilicet maiorem:aliquando minorem capitalem:cū capitalis/alias ſit minor/ alias maior.Nam ingenuus:nobilis in metallum:ignobilis gladio feritur.ſeruus vel libertus beſtijs ſubijcitur.vt.C.ad.l.faui.de pla.l.fi.et.ff.ad.l.fa.l.fi. in fine Item quedam ciuilis pena olim imponebatur que ceſſat hodie.vt.ff.e.l.finali.

¶ Sunt preterea publica ⁊c. Caſus. ¶ Scire debetis ꝙ omnia fere iudicia publica de quibus tractatū eſt a principio iſtius titu.vſq̄ huc ſunt publica et capitalia.Modo autem tractaturus eſt iuſti. de quibuſdam iudicijs q̄ ſunt publica ſed non capitalia et enumerat ea in littera.Prima eſt.l.iul.de ambitu.Secūda eſt.l.iuli.repetundarum. Tertia eſt.l.iul.de annona.Quarta eſt.l.iul.de reſiduis. Quando autem et in quibus caſibus locum habeant iſte leges:plene habes notatum in glo.ordi. Iſte autem leges minorem penam q̄ capitalem inferunt eis qui p̄cepta earum ſiue earum iudicia neglexerunt.

c ¶ Sunt preterea. Lex iulia de ambitu. que habꝫ locum in quattuor caſibus. Primo ſi quis dederit clā pecuniam vt aliquem ſortiatur honorem non in ciuitate romana:nam ibi ceſſat hec lex cum princeps ibi eligat.vt.ff.ad.l.iuli.de ambi.l.i. in princi. Ideo dixi clam quia palam poteſt (i) vt.ff.de pollici.l.i.§.i.et.ff. de offici.preto.l.barbarius. Secūdo habet locū quādo quis ſtat in magiſtratu vltra annum.vt.C.ad.l.iuli.de ambi.l.i.Tertio ſi quis ingreditur domum iudicis cognoſcentis de cauſa criminali.vt.ff.ad.l.iuli.de ambi.l.i.Item in quarto ſi quis iudex nouum vectigal inſtituerit:et eſt pena centum aureorum.vt.ff.ad l.iuli.de ambi.l.i.Sed in caſu deportatur:quando ſcilicet bis idem officium continue eſt aſſecutus . vt .C. ad.l.iu.de ambi.l.i.Sꝫ fallit in aſſeſſore. vt.C. de aſſeſ.l.liceat.Item in proconſule.vt.ff.de offi.procon .l. antepe.Uel dic ibi ſex faſcibus.id eſt ſex menſibus: quia tantum durabat eius officium Additio.(i) Dicit Io.fab.ꝙ hoc non eſt verum.vt.l.in eos.ff.de tut. — *Lex iulia de āmbitu in q̄ttuor caſi⁹.hꝫ locum.*

et in aut.vt iudi.ſine quo.ſuf.per totum.⁊.ff.de mu.⁊ ho.l.eſtimationem.tu autem dic dic pro honore ſine adminiſtratione conſequendo aut cū adminiſtratione ſm Bar.et Ange.

d ¶ Lex iulia repetundarum. Que habet locum quando iudex per pecuniam facit aliquid vel omittit vt.ff.ad.l.iuli.repe.l.i.iij.iiij.v.vj.⁊.vij.Eſculentuꝫ tamen poteſt accipere iure veteri:dummodo nō minus magnum vt.ff.de offi. procon.ſolent.in fin. ſed iure nouo nō niſi quando deficeret ſalarium vt in aut . ſcriptum eſt exemplar ⁊c. in medio prime col.Pena autem huius legis eſt ciuilis in quadruplum.vt.C. ad.l.iuli.repe.l.j.Criminalis extra ordinē vt.C.ad.l. iul.repetunda.l.lex iulia.§.hodie. — *Lex iulia repetūdarū.*

e ¶ Lex iulia de annona. Hec lex locum habet quotiens quis facit vt annona carior ſit.Et eſt pena in eo ſtatuta.xx.aureorum.vt.ff.ad.l.iul.de anno.l.ij. — *Lex iulia d̄ annona.*

f ¶ Lex iulia de reſiduis. Et hec lex habet locum quando aliquid ſuperfuit ex aliqua adminiſtratione publica:et ipſe in vſum ſuum conuertit cui erat illa adminiſtratio commiſſa.vt.ff.ad.l.iul.pe.l.ij.et.iiij.§. lege.Pena autem huius legis eſt in tertia parte quā accepit amplius q̄ debite quod.P.ſic dixit vt eſſet in quadruplum.Uel dic amplius tertia parte:quia punitur in ſimplum:et in tertia parte ſimpli.vt.ff. ad.l. iuli.pecu.l.iiij.§.ſed et qui pecuniam in fiñ. maxime quia pene reſtringende ſunt.vt. ff.de pe.l. interpretatione. Additio. Nota ꝙ in iſtam legem incidunt officiales ſiue camerarij qui habent ex adminiſtratione publicas pecunias et finito officio aliquid retinent: quia tenentur iſta lege et pena ſupra dicta.Et etiam aduertas ꝙ iſta pena et lege tenentur officiales qui habent vnam collectam impoſitam in communi deſtinatam pro vſu et neceſſitate communis:et ipſi cōuertunt dictam pecuniam in alium vſum:etiā ſi eſſet pro neceſſitate communis tamen incidunt in iſtam legem.vt eſt caſus in.l.ij.ff.ad.l . iuli . pecu . ſm Ange. aretinum. — *Lex iulia de reſiduis.* — *Pene ſt reſtringende.*

g ¶ Subijciunt. Scilicet leges predicte quattuor. Uel dic ꝙ loquitur indefinite.vt patet in inferiorib⁹.

h ¶ Earum ſcilicet legum. Nam in contractibus ⁊ alijs que debent de iure ſortiri effectum et non ſortiuntur iudicat lex non valere.vt.C.de leg.et cō. l.non dubium.Item in criminalibus varie conſtituuntur pene.quarum quedam ſūt ordinarie:q̄ ſcilicet habēt certam penam aliqua lege inductam.vt patet p̄ multas rubricas.ff.de publi.iudi.et in ſequentibus.Alie ſunt extraordinarie.vt.ff.ad tur.l.et in priuatis. et.ff. de extraordi.cri.l.i.et in ſequentibus titu . vſq̄ ad titu.de publi.iudi. — *Pene in crialib⁹ ſūt ordinarie et extraordinarie.*

¶ Sed de publicis iudicijs ⁊c. Caſus. ¶ Dixi Iuſti. Domine quare tantum de publicis iudicijs tractaſtis:et tot exempla de eis poſuiſtis: Frater reſpon. dominus iuſti.hoc fecimus ad vtilitatem veſtram:vt de eis aliquam noticiam generalem haberetis ſine

cognitione.ſed plena eorum cognitio ſiue ſcientia ex latioribus.ff.libris deo propicio aduentura eſt. Modo autem ſufficiant vobis hec ſummo digito et quaſi per indicem tetigiſſe. Et nota ꝙ per hec duo verba aduentura et ſummo digito duo dat vobis intelligere ſcilicȝ profunditatem per hoc quod dicit ſummo digito. et beatam ſpem per hoc qđ dicit aduentura.

a ¶ Sed de publicis. Summo digito. id eſt longiori digito/ cum quo quis tangere poteſt altius ꝙ̄ cum alijs: qui dicitur medius. Accurſius de florentia.

¶ Sȝ de publicis iudicijs hec expoſuim⁹: vt vobis poſſibile ſit ſūmo[a] digito et q̄ſi p indicē[b] ea tetigiſſe. Alioquin diligentior eorū ſcientia vobis ex latiorib⁹ digeſtor ſeu pādectarum libris deo propicio aduētu[c]ra eſt.

b ¶ Per indicem.i.per altum digitum qui dicitur index. Vel dic et melius ꝙ hec dicta ſunt vt ſint index/ſiue demonſtratio aliorum dicendorum: ſicut et ſub gallina ouum dimittitur vt ſit index ad hoc vt ibi alia faciat oua: et idē in his qui aucupan̄t ad colūbas. Oua q̄ ſub gallinis et colūbis dimittuntur.

c ¶ Aduentura eſt.vt.ff.de publi.iudi. per totum librum vſqȝ ad librum de appellationibus. qui ſequitur. Accurſi. floren. Velit rex celeſtiȝ noſtra crimina omnia ꝛ priuata ꝛ publica tollere: ne nos ethereas ad ſedes impediant aſcendere. Amen. Additio

¶ Finis. Deo gratias.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.ſ.t.v.x.y.z.ꝛ. Oēs ſunt quaterni preter ꝛ.qui eſt ternus.
Superaddite ſunt table que ponuntur in principio et cōplectuntur duos codices.

¶ Inſigne hoc opus inſtitutionū imperialium impreſſum fuit Pariſius. Singulis etiam titulorum paragraphis caſus longi prout re ipſa contingere potuerunt feliciter annectunt. Anno. M.ccccc.ꝛ xvj.



nterdum mino
bet locum hec.
et eum vendi=
entibus infert
et diſtraxerit.
c dicta: quia o?

ublica iudi
plagiariſs[a]
capitis pen=
nſtitutioni=
nterdum le=

ambitu: re=
nnona: et re
is capitulis
erſas penas
s) inferunt.
a publica iu
ambitu: lex

a.de pla.l.quo
ad.l.fa.de pla.
quis ſeruum
tio ſtatim tene

em: aliquando
s ſit minor/ ali
etallum: igno
s veſtijs ſubij=
l.fa.l.fi. in fine
onebatur que

¶ Scire debe=
ibus tractatū
publica et ca=
uſti. de quibuſ
pitalia et enu=
mbitu. Secū=
eſt.l.iul.de an=
uando autem
iſte leges: ple=
tem leges mi=
is qui ꝑcepta
t.
bitu. que hab3
uis dederit clā
m non in ciui=
n princeps ibi
nci. Ideo dixi
lici.l.i.§.i.et.ff.
abet locū quā=
n.vt.C.ad.l. iu
r domum iudi
.ff.ad.l.iuli. de
nouum vecti=
eorum.vt.ff.ad
tur: quando ſci
ſecutus. vt.C.
e.vt.C.de aſ=
offi.procon.l.
ex menſibus:
Additio.(1) Di=
eos.ff.de tut.

et in auf.vt iudi.ſine quo.ſuf.per totum.⁊.ff.de mu.⁊ ho.l.eſtimationem.tu autem dic dic pro honore ſine adminiſtratione conſequendo aut cū adminiſtratio=ne ſm Bar.et Ange.

d ¶ Lex iulia repetundarum. Que habet locum quando iudex per pecuniam facit aliquid vel omittit vt.ff.ad.l.iuli.re=pe.l.i.iij.iiij.v.vj.⁊.vij. Eſculentu3 tamen poteſt ac=cipere iure vete=ri: dummodo nō minus magnum vt.ff.de offi.pro=con.ſolent.in fin. ſed iure nouo nō niſi quando defi=ceret ſalarium vt in auf. ſcriptum eſt exemplar ⁊c. in medio prime col. Pena autem huius legis eſt ci=uilis in quadru=plum.vt.C.ad.l.iuli.repe.l.j. Criminalis extra ordinē vt.C.ad.l.iul.repetunda.l.lex iulia.§.hodie. — Lex iulia repetundarum.

iulia repetundarum[d]: et lex iulia de annona[e] ⁊ lex iulia de reſiduis[f]. que de cert3 capitulis loquūtur. ⁊ anime q̄dem amiſſione3 nō irrogāt alijs autem penis eos ſubijciūt[g] qui precepta earum[h] neglexerint.

¶ Iuſtinian⁹ finē factur⁹ ampliorem publicorum iu=diciorum determinationē: digeſta continere dicit: hoc dicit Angelus.

e ¶ Lex iulia de annona. Hec lex locum habet quotiens quis facit vt annona carior ſit. Et eſt pena in eo ſtatuta.xx.aureorum.vt.ff.ad.l.iul.de anno.l.ij. — Lex iulia de annona.

f ¶ Lex iulia de reſiduis. Et hec lex habet locum quando aliquid ſuperfuit ex aliqua adminiſtratione publica: et ipſe in vſum ſuum conuertit cui erat illa adminiſtratio commiſſa.vt.ff.ad.l.iul.pe.l.ij.et.iiij.§. lege. Pena autem huius legis eſt in tertia parte quā accepit amplius ꝙ̄ debite quod. P. ſic dixit vt eſſet in quadruplum. Uel dic amplius tertia parte: quia pu=nitur in ſimplum: et in tertia parte ſimpli.vt.ff.ad.l. iuli.pecu.l.iiij.§.ſed et qui pecuniam in fin̄. maxime quia pene reſtringende ſunt.vt.ff.de pe.l. interpreta=tione. Additio. Nota ꝙ in iſtam legem incidunt offi=ciales ſiue camerarij qui habent ex adminiſtratione publicas pecunias et finito officio aliquid retinent: quia tenentur iſta lege et pena ſupra dicta. Et etiam aduertas ꝙ iſta pena et lege tenentur officiales qui habent vnam collectam impoſitam in communi de=ſtinatam pro vſu et neceſſitate communis: et ipſi cō=uertunt dictam pecuniam in alium vſum: etiā ſi eſſet pro neceſſitate communis tamen incidunt in iſtam le=gem.vt eſt caſus in.l.ij.ff.ad.l.iuli.pecu. ſm Ange. aretinum. — Lex iulia de reſiduis. Pene ſt reſtringende.

g ¶ Subijciunt. Scilicet leges predicte quattuor. Uel dic ꝙ loquitur indefinite.vt patet in inferiorib⁹.

h ¶ Earum ſcilicet legum. Nam in contractibus ⁊ alijs que debent de iure ſortiri effectum et non ſorti=untur iudicat lex non valere.vt.C.de leg.et cō.l.non dubium. Item in criminalibus varie conſtituuntur pene. quarum quedam ſūt ordinarie: q̄ ſcilicet habēt certam penam aliqua lege inductam.vt patet p mul=tas rubricas.ff.de publi.iudi.et in ſequentibus. Alie ſunt extraordinarie.vt.ff.ad tur.l.et in priuatis.et.ff. de extraordi.cri.l.i.et in ſequentibus titu. vſq3 ad ti=tu.de publi.iudi. — Pene cri=minales ſūt ordinarie et extraordinarie.

¶ Sed de publicis iudicijs ⁊c. Caſus. ¶ Dixi Iuſti. Domine quare tantum de publicis iudicijs tracta=ſtis: et tot exempla de eis poſuiſtis: Frater reſpon. dominus iuſti. hoc fecimus ad vtilitatem veſtram: vt de eis aliquam noticiam generalem haberetis ſine